Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
9
4 MB
15

JOANNIS BISSELII,

è Societate Jesu,

# LEO GALEATUS,

ANNI M. DC. XX.

Hoc est,

## MAXIMILIANI,

BAVARIÆ DUCIS,

EXPEDITIO, PUGNA, VICTORIA

PRAGENSIS.

Permissu Superiorum.

AMBERGÆ,

Apud JOANNEM BURGER.

Anno M. DC. LXXVII.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Digitized by Google

# LECTORI S.

*Liber hic, APOCOMMA simul anni M. DC. XX., propter longitudinem narrationi rerum plenæ necessariam, huc dilatus, ac seorsum positus est: ne, volumini suo junctus, gravaret prius manum: quàm notitiâ gestorum relevaret animum.*

LEO-

# LEONIS GALEATI

## *Paragraphorum capitalium*

## SUMMARIUM.

I. *Impunitum nihil, quod peccatur. Trojani. Gigantes. Iſraelita.* Pag. 11.

II. *In univerſo mundo, Deum habere, ad nutum parata, punitionis inſtrumenta.* Pag. 12.

III. *Terra, ignis, aër, aqua; miniſteria pœnarum.* Pag. 13.

IV. *Supplicia ſcelerum, è feris montanis. Pardi, exigendæ pœnæ cuſtodes.* Ibid. & 14.

V. *Montis-pardorum, & Montis-Albi, comparatio.* Ibid. & 15.

VI. *Pardi, & Hereſeos, allegorica collatio, in caſtris.* Pag. 15. & 16.

VII. *Tranſitus, ad ultionem per Leones. Samaritici leones.* à Pag. 25.

VIII. *Contra rebelles Bohemicos, Leo Boicus. Leo S. Joan. Silentiarii.* à pag. 29.

IX. *Alamundárus, & Gabor. Piorum Praga tutor, Leo galeatus.* à pag. 31.

X. *Droſendorffium, à Bohemis oppugnatum: ſed, Bavarô propinquante, relictum.* à pag. 34.



Digitized by Google

XI. Consilium bellicum. Sententia; ne Pragam nostri properent. &c. à pag. 38.

XII. Sententia Bavariæ Ducis, contraria, & melior: ut Pragam eatur. à pag. 41.

XIII. Castris motis, pergitur. Insidiæ Bavaro, sed frustra, tensæ. Dilapsus hostis. à pag. 51.

XIV. Bavari Ducis, & Bucquoji, diversæ sententiæ. De Constantia, digressio. à pag. 55.

XV. Immobilitas decreti, Stoica. Nimia mobilitas, noxia. à pag. 56

XVI. Sententiæ mutatio, suo tempore, laudabilis, & utilis. à pag. 60.

XVII. Maximiliani Ducis sapiens, & discreta Constantia. à pag. 63

XVIII. Ungerschizium, à nostris occupatum. Bucquojus, periculum evadens. à pag. 68.

XIX. Per diaria cur scribatur. Equus Niloticus. Itinerum propinquitas. à pag. 72.

XX. Arcis Rapsianæ situs, & occupatio. Bavari Ducis abstinentia. à pag. 76.

XXI. Per VVajdhosium, Gamundium, & alia loca, Bohemiam nostri intrant. à pag. 82.

XXII. Budowizium veniunt. Litteræ à Saxone ad Bavarum. à pag. 85.

XXIII. Res Friderici Palat: & sollicitudo. Suadetur, ut Praga remaneat. à pag. 87.

XXIV.

XXIV. *Diſſuadetur id, argumentis longè fortioribus, ab aliis.* à pag. 95.

XXV. *Ergò diſcedit in caſtra Fridericus. abit aliò filius. Pragam fuga ſit.* à pag. 107.

XXVI. *Budnam Bavarus oppugnat: capit: clementer tractat.* à pag. 112.

XXVII. *Bucquojani, capiunt Pragadizium, & ferrô vaſtant.* à pag. 114.

XXVIII. *Ziſca Bohemi, tempora, ſcelera, fraudes, inſſperguntur.* à pag. 118.

XXIX. *In Pragadizianos, Ziſca immanitas. Sacerdotes urbis ejus.* à pag. 123.

XXX. *Cur Ziſca geſtorum mentio. Bucquojus defenſus. Ziſca pellis.* à pag. 128.

XXXI. *Piſeccam exercitus noſter venit. Narratio, de ea, veracior promittitur.* à p. 130.

XXXII. *Piſeccæ, noſtris Ducibus invitis, atrox exſcidium.* à pag. 132.

XXXIII. *Schittenhofii oppidi, per Marradæ ſtrategema, occupatio.* à pag. 136.

XXXIV. *Pilſnæ, noſtris tradendæ, ſpes, ſuſpecta, & falſa; à Bavaro vitatur.* à pag. 139.

XXXV. *Strakonizium occupatum. Judæorum illic Infanticidium.* à pag. 141.

XXXVI. *Horaſchovvizium, & Grunberga, deditæ. Haulangi laus.* à pag. 144.

XXXVII. *Morbi, in castris nostrorum. Bucquoejus, ope Bavari, cladem evitat. à p. 151.*

XXXVIII. *Dolor hostium, è successu nostrorum. Bohemi nobilitatem cadunt. à p. 155.*

XXXIX. *Risenberga, dolô Marráda ridiculô, capta. à pag. 159.*

XL. *Urbis Taussii deditio. Incendium, occupatori damnosum. à pag. 163.*

XLI. *Losîna, ubi Ervvittus ab Ungaris premi cœptus, ab iisdem incenditur. Glattovia. à p. 165.*

XLII. *Palatiniani Pragam præfestinant. Lidzsum Maximil. dux venit. à pag. 170*

XLIII. *Baro Haslangus, ab Ungaris capitur. à Friderico invisitur. à pag. 173.*

XLIV. *Haslangum Maximilianus, æquâ conditione, sed irritâ, repetit. à pag. 176.*

XLV. *Invicem Palatinus, à Maximil. colloquii copiam petit: nec impetrat. à pag. 179.*

XLVI. *Maximiliani responsum, Palatini legato datum. à pag. 185*

XLVII. *In interiora Bohemia pergens Maximilianus, Tuscavviz̃um venit. à pag. 188.*

XLVIII. *In eum, illic opprimendum, Palatinians noctu movent. à pag. 190.*

XLIX. *Hungarorum aberratione, & ope DEI, Dux Bavarus servatur. à pag. 195.*

L. *Idem*

L. *Idem tamen Tuſcavvizii inquietatur à Mansfeldicis, quorũ captivos dimittit. à pag. 197.*

LI. *Idem, Bucquojo opitulatum properat. VVelam occupat. Lindelóum ſervat. à pag. 200.*

LII. *Velitationes alternæ, noſtrorum, & hoſtium. Diarii Teiſſingeriani laus. à pag. 205.*

LIII. *Senomátum, & proximè Rackonizii, acceditur. Equites Boici. Haslangus. à pag. 207.*

LIV. *Equitatûs noſtri virtus, experimentô conſpicuô probatur, in paucitate. à pag. 211.*

LV. *Prœlium intrà ſylvam. Quorumdam cædes, & captivitas. à pag. 214.*

LVI. *Joan. Philippi Crazii factum inſigne. Franconum, & Bucquojanorum, laus. à p. 217.*

LVII. *Fuggeri mors atrox. terror equitum. Bavari Ducis, ad abitum, utilis paræneſis. à p. 221.*

LVIII. *Impedimenta diſceſſûs. Pro aquatione, conflictus acer; noſtris ſecundus. à pag. 225.*

LIX. *Bucquoj°, Ungaros obrutur°, viis iniquis; Bavarus, à prœlio, tempore hoſtiũ, impediti. à p. 230.*

LX. *Rackonizii à noſtris oppugnatio, ſed cauta; propter Haslangũ. Bucquojani, pene merſi. à p. 234.*

LXI. *Alexandri Haslangi mors, deſolata. Ejus elogium; & Icon. à pag. 239.*

LXII. *Bucquojus ſauciatus. Ejus modeſtia. Bavari Ducis gloria. Launa dedita. à pag. 241.*

LXIII. *Iter noſtrorum, Pragam versùs. nebula inſolens. Ordo profectionis: ſylva.* à p. 244.

LXIV. *Palatini reditus Pragam: quẽ mox ejus copiæ ſequuntur. Hungari caſi.* à pag. 247.

LXV. *Straſsizii oppidi, inconſulta, irritáq;, à ſuis defenſio.* à pag. 250.

LXVI. *Prœlii committendi occaſio præclara, impedita. mox, unà cum hoſte, dilapſa.* à p. 251.

LXVII. *DEI, circa occaſionem illam dilapſam, providentia adoratur.* à pag. 255.

LXVIII. *De perſequendo hoſte, Bavarus Bucquojo perſuadet. Bavari, tria hoſtium genera.* à p. 256.

LXIX. *Nocturna profectio. Montis-albi ſtatus. De loco aciei, ſententia Tillii.* à pag. 260.

LXX. *Fruſtra Bohemi Montis acceſsu noſtros prohibent. Pugna præludia.* à pag. 265.

LXXI. *Bohemi in Monte ſe vallant. Bucquojum Bavarus, ad pugnam maturandam, incitat.* à pag. 269.

LXXII. *Militare conſilium. Sententia prior, de pugnâ ſtatim, & in Monte, committendâ.* à pag. 272.

LXXIII. *Sententia poſterior, id diſsuadens: ſed, à La-Motteo eventilata.* à pag. 274.

LXXIV. *Decernitur, ſtatim confligendum.*

dum. P. Dominicus Carmelita. Metus hoſtium, pánicus. à pag. 277.

LXXV. Anti-Cæſarianorum, primores. copiarum numerus; ſed, dubitabilis. à pag. 282.

LXXVI. Pro Cæſare ſtantium, ductores, legiones, turma. &, ubi Dux Bavarus. a p. 287.

LXXVII. Acierum utriuſque partis, forma, ac diſpoſitio, diſpar. a pag. 293.

LXXVIII. Tempus, inchoatæ pugnæ. Catholicorum exhortatio: teſſera, vexilla prælata. à pag. 299.

LXXIX. Prælii, inter noſtros, & hoſtes, hypotypóſis. Anhaltini Junioris ardor. à pag. 303.

LXXX. Joan. Philip. Crazius, rem noſtrorum, labantem, reſtituit. Anhaltin. Junior, captus. à pag. 308.

LXXXI. Hungarorum, ſub æſtu prælii, fuga, trucidatio, ſubmerſio. de Bornemiſſa. à p. 314.

LXXXII. Capta Bohemorum caſtra. fugatus ſuperſtes equitatus. caſus peditatus. à pag. 319.

LXXXIII. Ad Stellam, nova pugna; ſpolia, captivi hoſtes. Turnius Junior fugatus. Prælii diuturnitas. a pag. 322.

LXXXIV. De Friderico, figmenta explosa. Intelligit is, ſe victum. gynæcei planctus. à pag. 327.

LXXXV. *Turnius junior Pragam, & in ea, diversa loca, petit. tandem dilabitur.* à p. 331.

LXXXVI. *Exercitus noster, Pragam accedit; legatio Friderici, ad Bavarum. migrat è Regia Fridericus.* à pag. 333.

LXXXVII. *E nostris, in acie cæsi. Inter nominatiores, falsò tunc cecidisse creditus Pappenhemius.* à pag. 339.

LXXXVIII. *De Pappenhemio, seorsum nonnulla. Ejus, illô prœliô, mirus casus, & salus.* à pag. 340.

LXXXIX. *Quàm magna, numerosáq;, fuerit hæc, ad Pragâ, Victoria; discutitur.* à p. 343.

XC. *Palatini, sinè regni Insignibus, è Pragæ abitus. Ejus comitatus; etiã è Proceribus.* à p. 354.

XCI. *Contra Palatini discessũ, Sectariorum calumniosæ querelæ. Solatiũ Catholicorũ.* à p. 357.

XCII. *Urbs parvi-lateris, à VVallonibus inscensa; curâ Maximiliani Ducis servatur, indirepta.* à pag. 362.

XCIII. *Veteris, ac Novæ Pragæ, legatis. Inducias postulantibus deditionis, Catonianè respondetur.* à pag. 367.

XCIV. *Ingreditur Pragam Dux Bavarus; gratum cunctis spectaculum, & DEO grates agens.* a pag. 369.

XCV.

XCV. *Capituli metropolitani laus, & constantia; Duci Victori meritissimò perprobata.* *à pag. 372.*

XCVI. *Dispare verò fronte, & ore, excepti, Proceres quidam Subutraquai, supplicabundi.* *à pag. 391.*

XCVII. *Pelopii Utraquai, laus tamen digna; ex odio, ac detestatione, Iconoclasmi.* *à p. 396.*

XCVIII. *Reliquiæ militis hostilis, ob stipendia tumultuantes, coërcentur: & Pragâ extruduntur.* *à pag. 403.*

XCIX. *A Maximiliano Duce, res Pragæ, ubique, præclarè componuntur.* *à pag. 407.*

C. *Pragæ subsistens, miles noster, rara variâq; dissit, ex incolis orthodoxis.* *à pag. 413.*

CI. *De diversis Bohemiæ locis, à naturæ variè dotatis. de Palma.* *à pag. 415.*

CII. *De Collegio Clementino. de Hussitis, & ipso Hussio. de Hieronymo Pragensi.* *à pag. 416.*

CIII. *De gerentibus nomen Joannis, malis & bonis. De Canonicis ad S. Vitum. de VVenceslao IV. rege.* *à pag. 424.*

CIV. *De B. Joanne Nepomucéno: Joannâ reginâ: impietate regis VVenceslai.* *à pag. 431.*

CV. *De VVenceslai morte. De incredulis, ac blasphemis, pœnis ex alto.* *à pag. 444.*

CVI.

CVI. De Drahomira nuptiis, initiis, & paullatim impiâ Crudelitate. à pag. 448.

CVII. De Ludmilla pietate. de Drahomira apertâ in Christianos tyrannide; ac votis. à p. 454.

CVIII. De Pathógo, administrô tyrannidis. de cade, sepulcro, miraculis, S. Ludmillæ. à p. 459.

CIX. De pietate S. VVenceslai: déq; consiliis & conatu Drahomiræ &c. ejus occidendi. à p. 462.

CX. De epulo genethliacô: déq; S. VVenceslao, fratris manu, matrisq; instinctu, necatô. à p. 467.

CXI. De Drahomira, indè latâ: de Boleslao nisti, dolente, matrẽ increpante. quæ furit. à p. 475.

CXII. De Drahomira, inter blasphemas voces, mirè meritòq; hiatu terræ absorptâ. à p. 479.

CXIII. Digressionẽ hanc narrationum, non carere veterum historicorum exemplis. à p. 487.

CXIV. Bavariæ Dux, ritè cunctis Pragæ ordinatis; & gratiis DEO reiteratis, reditum adornat. à pag. 489.

CXV. Palatinus diversa loca, comitatu, sibi gravi, peragrans; in ærumnis vivit. Bavari gloria. à pag. 491.

CXVI. Is, Pragâ discedens, revertitur in sua. plausus in itinere fugit: Monachii, plausum omnem, DEO dat. à pag. 499. usq; 506.

APPRO-

# APPROBATIO R. P. PROVINCIALIS.

*Librum, cui titulus est : LEO GALEATUS, seu Expeditio MAXIMILIANI, Bavariæ Ducis, Bohemica; à P. Joanne Biſselio, Societatis JESU Sacerdote, compoſitum, ac Cenſorum judicio luce publicâ dignum, Ego* BENEDICTUS PAINTER, *Societatis JESU per Superiorem Germaniam Præpoſitus Provincialis, pro poteſtate, à Patre Noſtro JOANNE PAULO OLIVA, Ejuſdem Societatis univerſæ Præpoſito Generali, acceptâ, typis prodire permitto; ſimúlq; chirographo meo, & adpreſſo officii ſigillo, facultatem datam confirmo. Ratisbonæ 12. Decemb. 1677.*

BENEDICTUS PAINTER.

# LEO GALEATUS:

## Seu,

## *Bavaria* DUCIS *Expeditio Pragenſis.*

### I.

QUOD annoſum *Venuſini* ſcriptoris (1) adagium pronuntiavit, in Dardaniam trans-Hellespontanam, (2) ac regiam ejus urbem, EXTRA TROJAM, ET INTRA, PECCARI: ſi, tantô pòſt ſæculorum intervallô, nunc etiam valere debet (ut poteſt) in ILIUM (3) quoque Troadémque Bohemicam; in arcem illius regni, circumjectásque gentes fœderatas: ſtrages útique cladésque bellicæ, quibus Trojani, cum populis Aſiaticis, caſtrorum ſociîs, *plexi* ſunt olim, non intactas ætate noſtrâ conjuratas in Cæſarem Pragas, Móravos, & Nicrum advenam, (4) præteriverint. REDIT enim in ſeipſum, per pœnam, omne nefas. Divô PAULO teſte, Doctore gentium, Omnis contumacia, (5)





Digitized by Google

juſtam retulit ſuæ mercedis retributionem (6). Sirácidæ quoque judiciô, non evaſêre facinorum ſuorum pœnas, *antiqui gigantes* : qui, licèt ſtolidè viribus confiſi ſuis, *aeſtructi* tamẽ ſunt. (7) *Et in ſexcentis peditum millibus, eductis ex Ægypto, qui congregati fuerant* (inquit idem ſacer ſcriptor) *in duritia cordis ſui; ſi vel unus cervicem erectam obfirmáſſet; mirum, ſi fuiſſet* plagarum *immunis*. (8) *Uti* namque *Clementia cum DEO, ſic eſt & Ira cum illo*. (9)

II. Pœnarum autem in exactionibus, nec ipſe ſibi majeſtate ſuâ deeſt (quippe, ſibi pluſquam ſatis, ac ſufficiens,) nec Majeſtati, Juris exercendi fora, miniſteriáque, deeſſe *foris* poſſunt. *Armabit*, quæcunque produxit, & *creavit, in ultionem inimicorum*. (10) *Acuet iram duram in lanceam*: (11) &, pro tutela legum, *cum eo pugnabit Orbis terrarum, adversùs* mente captos. (12) Concurrent in vindictæ ſocietatem, & operam, omnia Numinis opera: *Corpora*, quæ dicimus, *Simplicia*, corporúmque *mixtorum* obſequia *Compoſita*. Servient ſtellarum agmina; famulabuntur & Elementa: quæque ſuprà, vel juxta nos, quæque ſunt infra nos, & in

& in *Universi* centro. (13) Quid quærimus, aut ambigimus? *Advocabit Cœlum* deorsum (14); ut sint *prodigia Solis, ac Lunæ*: (15) quorum aspectu *timoréque* siderum mortales tabescant, & *exarescant*.

III. Advocabit *terram* hiantem & absorbentem, ad *discernendum DEI populum*, à natione pravorum (16): velut actum in seditione Coritarum esse, novimus. (17) Descendet in exitia ministrorum impietatis Ignis: ut in geminas illas semicenturias militum Ochoziæ, sub Carmelo monte. (18) Décident, inusitatæ grandinis ponderibus onustæ, *nubes*, ac lapidosus *aër*; sicut in capita fugientium Josuam Amorrhæorum. (19) *Mare* fluctus & eluviones effundet: ac latè gurgitibus suis improbos accolas superobruet; uti *Frisonum* aliquando supra centum millia demersit, in *Eucharistiam* contumeliosorum, atque petulantium. (20)

IV. Denique, ne verbosior, quàm necesse sit in rebus manifestis, esse pergam: de *Montibus* quoque, subjectas in valles, & campestria, descendet ultrix Justitia, vel *hominum* pedibus, vel *Angelorum*: quemadmodum olim è Tabore, per Barácum &

Débboram, in Siſaræ perniciem: (21) aut in exitium hoſtium Eliſæi, vel Iſraëlis, mons Samaræus, plenus equorum & curruum igneorum. (22) Prodibunt iniquitatum vindices, *de cubilibus Leonum, déque montibus pardorum.* (23) Leo, notior eſt (24), quàm, ut deſcribi fusè poſcat. At PARDUS, vulgaribus ignotior; animal & efferum, & velociſſimum; (25) facilis & expeditus Vindictæ divinæ ſatelles, & apparitor: præter hæc autem, & acer, iracundus, &, ad ſummam, Aquinati quoque Satyrico (26) *magno ſublimis*, ad devorandos reos, (27) *hiatu*. quam ob ipſam proinde cauſsam, *Ultionis*, ſuo tempore de noxiis expetendæ, miniſter & cuſtos à ſummo judice conſtitutus eſt, apud divum *Jeremiam*. Libet, ejus vaticinii verba tragica pervolare. *Quapropter ad Optimates* (inquit) urbis regiæ Judæorum *ibo: loquar eis. Ipſi namque cognoverunt viam Domini; judicium DEI ſui.* Sed, *eosne, magìs hi ſimul confregerunt jugum:* ac *vincula ruperunt. Ideo percuſſit eos LEO de Sylva: lupus ad veſperam vaſtavit eos*: PARDUS, *vigilans ſuper civitates eorum. Omnis, qui fuerit egreſſus ex eis, capie-*

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

*tapietur. Quia multiplicatæ sunt prevaricationes eorum* : obstirmata malitia. *Super his* igitur, *in gente tuli*, non arripiet ultorem gladium anima mea ? Desit, agè, Gladius. Potiùs ergò, quàm ultrà parcam, procurrat interim è *Monte, Vivariôque* montanô belluarum, (28) *Pardus* : ac vastat perduelles !

V. Si, vetustissimi Christianorum doctoris, *Origenis*, (29) vestigiis insistentes, allegorias amplectamur, ac tropologicas rerum naturalium expositiones : nullâ sensûs, quem *Accommodatitium* nominant, difficultate, *Montibus Pardorum* accensebimus & *Album* illum, in quo Castra Bohemiæ conjurata se collocavêre, *Montem*. Ibi, *vox multitudinis montana* densa, *quasi populorũ frequentium*. Ibi, *vox sonitûs regum, ac gentium congregatarum*. (30) Ibi, *dominus exercituum* (inquit Isaias divinus) *præcepit militiæ belli, venientibus de terra peregrina* (31) Bojorum, Dalmatarum (32), Italorum, Hispanorum, & Eburonum (33) : mandavit iram, & gladium, in rebelles. At *Pardi* qui ? pars, ajo, si non & caput, *Ultionis* ? Non deerunt hi *Monti* ; si mentem huc, & oculos, intendas.

VI. Eſt *Pardus*, fera montana, non ſæva modò, pernicísque cursûs; ſed pelle quoque, quantùm maculîs refertâ, tantùm odore procùl ſparsô blandâ, pellacîque. quo fit, ut is, quantumvis frondibus ſe ſylvarum occultet, ad ſe tamen trahat omne ferarum genus, & agmen: dórcadas (34) præſertim, ſeu rupícapras, cervinas capreas, lynces (35). & id genus *incautas* (36) animantes alias; quas allectas, arripit, arreptásq; dilaniat (37). Interpretatione ſymbolicâ, *Pardus* (ſi rem ad liquidum diſpiciamus) eſt *Hæreſis*: natio Pardorum, Philone Carpathiô (38) ſic exponente, Confluges Sectariorum. Hi, ceu frondibus quodammodo, ſic latebrîs foliorum *Scripturæ*-depravatæ, *ſinè fructibus Operum, DEO placentium*, recondentes ac ventilantes ſe; gratè-fragrantibus Senſuum illecebrîs ad ſe pertrahunt improvidas mentium brutarum aures, & affectiones: errorum ſuorum *maculîs* eas inficiunt: animas, hiatu vaſto correptas, vorant & interficiunt. Ad extremum autem, *Hæreſis*, (ut omne vitium enorme,) *ſuámet hoſtis*, & interfectrix: ac, ſicuti mentita ſibímet Iniquitas, (39) ſic ſibimetipſi facta carnifex & ultrix, (quippe, *ſuomet*



Digitized by Google

*ſuomet Judiciô ſubverſa condemnatáq;* ) ſe, ſuósque per circuitum aſseclas, præcipitat in exitium ſempiternum. (40)

Hic *Pardus*, hæc *Utraquæorum Hæreſis*, in *Monte* ſtetit *Albo*, ponè Pragam: partim autem, *Vivarii* quoque *Stellati* ſe frondibus & arbuſtîs circumſepſit. Circùm ipſam, omne nomen aliud verſicolorum dogmatum; varietas omnis, fœdere ſociatorum populorum. Illic Islebidarum ac Genevatium factiones: illic Tigurinæ belluæ catuli. monſtra quoque Schwenckfeldiana; peſtes Anabaptiſtarum: portenta quadricipitum Calixtinorum; putà, Taboritarum, Orphanorum, Procopianorum, & Adamianorum reliquiæ. Gentium autem, Pardálim *hæreſim* tunc armîs tutantium, quanta multitudo? Bohemus, in fronte. tum Dacus, Moravus, Sileſius, Hungarus, Auſtrius: Rhenanus, Batavus, Anglus, Scotus: & interdum, Thrax quoque, ſpeculator eventuum. Omnes hæ, circa juxtáque *Pardum* feræ, cum Pardo pariter, pœna vindictáque ſibimetipſis factæ: de Monte demum ruerunt; & corruerunt. En, DEI vindicem Adraſtéam!

VII. Sed nempe, contemptîs exſibilatîsque

tisque *Pardorum* his allegoricis *Montibus* & ferís, ii, qui rebellionum *Rei* tunc erant, (Quotus autem quisque rebellium, sibi non innocentior est turturis pullô?) graviter accipiunt, acerbè ferunt, & indignanter audiunt; DIVINITUS in se, suósque conatus, animadversum fuisse. *Mortalium*, ajunt, illa fuisse contra se consilia, tela, castra; non *Numinis*. demum, hæc omnia gubernâsse Fortunam, & Casum; à quibus regatur mundus. *Pardos*, & *Ultorem* DEUM; fabulam, & commentum, clamant.

Agè proinde! commutatâ belluâ, substituamus feræ feram, potenti potentiorem, nobili generosiorem, maculosæ rutilam, barbaricæ Bavaricam, & Europæam; horridæ, seremissimam; *celeri*, properantem cum consilio; sævæ, severam; Pardo, leonem; Adrastéæ, *Maximilianum*. quem, quis vetet, eundem & *Fulmini* Scipionæo superiùs, & nunc, gentilitiis ex Insignibus, *leoni flavo*, comparam? qui, de *cubilibus Leonum* avitis egressus, *leonem Album* (Bohemiæ notam, ac symbolum,) coërceat, & compescat; ad ipsum usque *Vivarium* ejus (41) prosiliendo. Videamus Arcanum hoc, priusquam in opus prodi-

prodiret, allegoricîs jam antehac exemplis expreſsum, aut præformari viſum.

Eſt alioqui ſanè LEO naturæ ſuæ conditione vulgò ferum animal, & iraſci pronum. unde mirum nemini videatur; ſi Leo Thamnatæus ille, cuj lacerando viribus Samſonis, divinitus adjutîs, opus fuit, occurrerit antagoniſtæ ſuo, *Sævus & Rugiens*: quantumvis tunc adhuc *Catulus*: utì, *Judicum* capite decimô quintô, ſacer loquitur hiſtoricus. Nativus in eo ſtimulus, prædas ſuas ac cœnas, non annos, numerabat. Nihiloſecius tamen, etiam firmatæ jam ætatis, *Leones*, alium aliô videas, & experiâre, ferociorem: alium aliô manſuetiorem, & ad humanæ familiaritatis uſque commercia cícurem, atque tractabilem; etiam in campis, & agris, extra caveas & vivaria domeſtica. Sentias, & admireris, itinerum ſectatores, amicos, & nemini noxios: niſi quis, ſpontaneâ laceſsendi petulantiâ, patientiæ *Leoninæ* nervum irrîtet prior, ac rumpat: aut certè DEUS, Impietatis plectendæ cauſsâ, belluas has extrà morem incendat.

Rem, in hoc genere mirandàm, & ante



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

novendecim abhinc annos, in *Topotheſia Paleſtinæ* delibatam, (dum, *Tribum Ephraimi* deſcribens, paullatim eam claudo,) nunc compendiò relibo. cujus narrationis auctor primus, *Rudolphus* eſt, *Suchenſis* in Weſtphalia parœciæ pius curio; *terræq;*, quam vocant, *Promiſſionis*, ab anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto cultor, ad annum uſque quinquageſimum ejus ſæculi.

Non ità procùl (*inquit*) eô locô, quô quondam Rubenítæ, Gaditæ, dimidiáque tribûs Manaſsææ pars, regionis *Peræa* transamnano ſolo prægrandem, & aliquouſque ſuſpectam, *Aram* impoſuerant; *Jordanis* amnis prælabitur: compluribus tunc, in ripâ præſertim ulteriore, ſtantibus Græcæ Sectæ cœnobiîs, & *Eremitarum* ſolitariis tuguriîs, inumbrari ſolitus, ac prætexi. Ferarum ibidem, majorum æquè minorúmque, varium multipléxque genus: quarum omnium multitudo grandis, ſub veſperam quotidie, *potionis* ergô, concurrit, ex omni locô. præ cæteris verò, LEONES, non ſinè cervis, capreis, vulpibus, ac leporibus: viatoribus paſſim & occurſantes, & eos innoxiè prætereuntes. Ibi *Leo* quidam, cæterîs

Anni 1620. Leo Galeatus.

teris admirabilior, ad ripam Jordanis Moabiticam, notis ſibi latibulis habitare ſuetus; prætermeantibus adjungere ſe; comitis inſtar, adambulare; caudæ flagellô placidô peregrinis quoque, non ſecus, ac notiſſimis, catellorum inſtar, blandiri; nec fugere, nec fugare quenquam: multóq; minùs, vel interdiu, vel de noctibus, inferre vulnus, aut damnum. In hoc, præluſum fuiſſe dixiſſes, LEONEM noſtrum GALEATUM; priuſquam eum in arma bellica *Religionis tutela* protruderet, agnellô mitiorem.

Accidit autem, poſt hæc, intemperantiâ Jaculatoris cujuſdam, è ſtipatoribus Chriſtianorum; ut is, ritu temporum illorum, (adhuc arcubus & ſagittis utentium,) nullâ cogente cauſsâ, ſpiculum in *Leonem* illum, quem memoravi, *pacatum* torqueret. Cúmque telum bellua, licèt prorſus innoxium, illa tamen dentibus invaderet, & unguibus; hominem verò dimitteret: impunitate factus protervior ſagittarius, ictum repetere geſtiit, & feræ pectus impetere. Sed, offenſus audaciâ *Leo*, cùm altùm inſurrexiſſet, ac, tanquam pedibus ſimul, & rictu, ſagittam excepturus, animoſitatem ſuam oſten-

tâſset : ab eo temporis articulô, manſuetudinem abjecit ; locum deſeruit : hominésque, nullô cujuſquam diſcrimine, perdius atque pernox invadens ; *Animalium dominus*, multô paſſim ſanguine *regnare* cœpit, ac perſeveravit.

Vides, LEONES, quantumvis manſuefactos, obortîs tamen offensîs, ad ingenium redire ? Quid ergò, ſi ſuper hæc accedat etiam incitator DEUS ? utì ſubindè ſolet, *Religionibus* præſertim, & ſanâ doctrinâ cœleſtium, depravatîs. Quantô tunc, credamus, *Leones* altiùs & implacabiliùs, aſsurrecturos ? quippe, ſtimulîs & armîs ex altiore petitîs armamentariô. Tunc enim, & Leo ſævit; & ſævitiam DEUS inflammat. *Duplici Potentiæ*, nulla Vis *Una* feliciter obſiſtit.

POPULUS ille *ſtultus*, (42) *qui* quondam *habitabat in Sichimis*, immò verò, *Samariticus* univerſus ; colluviarium (43) fuit variarum Aſsyriæ nationum : putà, Cuthæorum, Avahæorum, Emathæorum, Sepharvaitarum, Sennaaritarum. Hi populi, legitimum veri DEI cultum, aut ignorantes primùm, aut poſtea conſultò negligentes, quantum-

tumvis DEUM interim verbis crepantes, cultúmq; ſimulantes; erexerant ſuos ſibi quiſque ſeparatim *deos*, aras, ac titulos. Sennaaritæ, Columbam in vexillis, (44) & Sochoth-benóthem: Chutæi, Nérgelem; Aſimam, Emathæi; Nebahazum, & Thárthacum, Hævaæi (45): conſtituîs ſibimet, è fæce vulgi ſordidiſſimâ, ſacerdotiîs, ararúmq; miniſteriîs. *Cœli-Deum* tamen, (ceſi mente procùl excluſum,) habebant in ore *Suchmotta*: tanquam amphibii quidam, & in UTRAMQUE partem claudicantes, bipedes; & ánates, bilinguî gutture *tetrinnientes*. (46)

Horum mortalium Impietati caſtigandæ, DEUS Ultor, & principiô ſtatim *immiſit* LEONES, *qui lacerarent eos* (47): & immiſsos ſemel, cùm nec poſtea corrigi ſe paterentur, inter eos retinuit: *Vallem* (quam vocabant) *arundineti*, veriſimiliter neque ſæculîs poſteris deſerturos; quoad profanos ſuos ritus illos, incolæ demum deſeruiſſent. (48) Componamus, agè, ſi placet, geſta geſtis; noviſſima, vetuſtiſſimis: ac DEUM, qui tunc erat, DEO, qui nunc eſt, idémque ſemper fuit & erit, *juſtus, fortis, & patiens*, ſed interim *arcum ſuum*, nunquam

quam non *intentum*, & *in eo præparata mortis* inſtrumenta, circumferens. (49) *Sederat* Cæſari-diſcordium populus, non dico *ſtultus*, ſed tamen (quis enim in rebellione ſatis animô valet, à capite diviſus?) *minùs ſapiens*: ſederat, inquam, aliquamdiu Linzii: ſederat Hornæ; ſediſset, ultra citráq; Teyam amnem, multitudo magna, diſſidentium à Deo; quoniam ab Hominis-Dei *Sponſa*: quam eſſe, ſcimus, *Eccleſiam* orthodoxam. *Sedebat* populus inſuper, inquietior, Budnæ, Pieſsékæ, Rackonizii: ſed turbidiſſimus omnium, in *triplici*, vel (ſi Judæorum diſtinctam habeas rationem,) in *quadruplici Pragá*; quódnam, quæſo, non incredularum nationum, ac Sectarum, nomen, & agmen? ſuîs quodque lábarîs, ac vexillîs, diſtinctum. quorum mortalium ii, qui *Sabbatarios* ſe ferebant, Decalogi tabulas, & cultrum circumciſorem, ventilabant: Huſſi progenies, calicem, & Anſerem; (50) Sacramentarii Zwingliani, panem piſtorium, ac ſcyphum; Novioduniani, Signum nudum, ſinè Re: Proteſtantes, Evangelium purum-putum; & Crucem, non in ſpinis, ſed mediô Roſæ, pro pectore ſui neoprophetæ, ſublimè tollebant.

Hîs

His illi, cum *Fide* sua *solâ*, peculiarique, seclusâ *bonorum Operum* omni *necessitate*, triumphabant. DEUM interea, (tertiô quôque verbô gerentes in ore sollemnissimum illud, *Domine, Domine!*) geminabant: oblîti, suîsmet ex Evangeliis, *Non omnem, qui Dominum, qui Deum, qui Servatorem* labiis, sed, qui *Divinæ Voluntatis exsecutionem*, opere manúque triverit, *in cœleste regnum translatum iri*. (51) *Voluntatem* autem *Numinis*, inter cætera, non postremam esse, nec obscuram, etiam hanc; UT *potestati*, legitimè *superiori, subjaceat Omnis anima*. (52) *potestati verò* legitimæ *quisquis resistat*, hunc *ordinationi resistere* magni *DEI*; *Vindicis*, *in malum & iram*, *ei*, *qui malum*, *iram* Judicis lacessendo, perpetrârit. (53) Quid horum tunc, in *Conjuratam Bohemiam* non cadebat? In *Ferdinandi*, seu quâ Regis, seu quâ Cæsaris, & Imperatoris, *potestate*, quid non legitimum? nisi fortassis iis, Quibus una lex est, nulli subesse, nec Regi, nec Legi. Quis ex omni tunc, Sichimæorum, Samaritarum, Marcomannorum, UTRAQUÆA Conspiratione, quis *subdi* Ferdinando, quis *potestati sublimiori*, quis *Ordinationi*

*tionis DEI*, voluit? Immò, quis eorum omnium, non potiùs obnixè, manibus pedibúsque, telîs, gladiîs, tribulîs, ligonibus, *raſtrîs, & caſtrîs*, fecit omnia; *Ne ſubeſſet*, aut ad obſequium rediret?

VIII. Quid faceret his fœderatorum conflugibus, & populis, NUMEN?

Id, illapſum Hominis animo, per hominem, excitavit in rebellium hominum capita *Decretum* illud proſcriptionis, ac *debellationis*, humanum (non ſinè DEO tamen exſequendum): ad fortiſſimum Bavariæ DUCEM *Cæſareô* volitante *Mandateô*, non aliter, ac Decretô DEI; cujus, *eloquia ſua mittentis in terram, velociter ſermo currit*. (54) Nec hic, in tanto Reipublicæ Chriſtianæ negotiô, torpuit; *in quo, mora vel levis, futura mors fuerat*, & Orthodoxæ quietis Interitus. Quid ultrà requirimus? *Immiſit in eos* humana manus (conjuncta divinæ,) non, ut in Sichimam, *leones*; ſed LEONEM UNUM, inſtar omnium aliorum, noſtri temporis ac notitiæ, *leonum*; colore comîſque *fulvum*; oculis vegeris pervigilem: nec nudum, & inermem; ſed, unguibus enſiferum, & Capite GALEA-

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

LEATO minas, ac flammas, vomentem in hostes Numinis, & æquitatis. UNUS hic, (hujus ordinis, & originis leoninæ,) DUX jubatus, ad ferarum *vivarium Pragense* tam suffecit, Aquilæ Ferdinandææ tutandæ; quàm, periclitantibus quondam, in Palæstinæ solitudinibus, ascetarum agminibus, ab Agarénico ferro, nobilissimi generis hujus *Una sola* quadrupes suffecerat.

Irruebat, in densa Religiosorum hominum contubernia, bellans sub Alamundáro rege, barbaricus Saracenorum exercitus; lupinâ rabie suetus, sacra per ovilia vagari; fugare, dissipare, mactare, perdere. Sed opposuit his lanionibus, septum quodammodo suarum ad DEUM precum, vir, in terra Cœlestis, *Joannes*, cognomentô *Silentiarius*.

Interest, paucîs expediri; Quid Hominis iste Vir, quid & Leonis, illa Fera fuerit?

Anno Christi quadringentesimô, nonagesimô primô, *Joannes* quidam, Colonienſis in Armenia Pontifex, instinctu Numinis, episcopi mitram exuit, ut in eremo cucullum indueret. Profectus in Palæstinam; post adorata, Christi vestigiis inscripta, loca, *Sabbæ*, sanctissimi Senis, magisterio sese tradidit, ac disciplinæ,

næ, formandum. Annum verò tunc agens ætatis triceſimum octavum; in eo deinceps vitæ tenore duravit, non tantùm ad ætatis uſq; centeſimum quartum annum; ſed (quod difficilius erat) conſtantiâ *taciturnitatis*, ad uſque *Silentiarii* cognomen, & cognominis meritum. Incolebat autẽ *Lauravum* unam, quas etiam *Cellias* priſci nominabant; &, cujus generis uni cuipiam, ferunt, tantam mapaliũm fuiſſe multitudinem: ut *à quinque millibus* Aſcetarum frequentaretur.

Illic ergò locorum cùm DEO vacaret is, quem dixi, *Joannes*: ſub annum Servatoris quingenteſimũ nonũ, fama repentè, curſúsq; fugientium, advolat: *Alamundárum*, (quem memoravi,) magnîs cum copiis, invadentem *Lauras* quoq;; proximis jamjam Cellulis imminere. *Quid agendum igitur?* Ibi, loqui cœpit, quod nunquam illic antehac, Joannis Silentium. Fugere detrectans hic, & Cœlô totum ſeſe dans; *Si DEO cura ſum*, inquit; *quem fugiam? Si non ſum, quid vivo?* Patuit illicò. DEO curæ cordíque *Suos* eſſe. Vox hæc impetravit, Servorum-DEI cuſtodem ac tutorem, LEONEM (utì Cyrillus loquitur) *horribilem*, ſed *Unum*; ab eo, qui, nutu

nutu suæ Potentiæ vel unicô, facillimè totas effudisset, in Alamundárum, *Rugientium*, & lacerantium, legiones: immò verò, Libyas, atque Marmaricas. sed *Unus*, pro *mille*, roboris oppidò-satis habuit; ad multa viciſſim millia Saracenorum absterrenda, fuganda, dispergenda, lanianda. (55)

IX. Nónne *Praga*, per hoc, quod scribendo nunc exsequimur, tempus, *Piorum* hominum supererat *Laura* non una; sed clausa? nónne Religiosus, ad Divi Jacobi, cœtus; sed exul? nónne Societas JESU; sed pulsa? sed sedes illius ab Ismaëlitis occupata? cæteri, Deo votis obstrictorum, manipuli, terrore pallentes; & in assiduo vel vitæ, vel stationis, periculô? nónne vexatus acerbè *Clerus?* ejectus *Archiepiscopus?* proscripti, devotíque diris, Procerum excellentiores? & ipsa *Catholica* demum *Praga*-triceps, intrà Pragam *sectariam* concluſa, tremens, rerúmq; suarum animíq; pendens? Ut certè nemo tunc in Urbe, nullus in vicino, sese commovisset, *Ecclesiæ*-veræ persecutor, & homicida Saracenus: nónne satis barbarorum, in unico fuisset Petro *Schwvambergio?* qui (quantum in ejus sensu, si non &

verbîs, fuit) cum *Caligula*, peſte mortalium, optavit, *Omnem Romam* (Pragam Orthodoxam) *unam habere Cervicem*, quam ictus ſecuris unus, ſimul ac ſemel abſecaret, & excinderet? de quo ſceleſto Schwambergii voto, nos & aliô ſuperiùs locô memorabamus. Quòd ſiquis & *Alamundárum* deſiderâſset aliquem, magìs genuinum: nónne ſuſpiriîs ſuîs, ac votîs quotidianîs, propinquus ſatìs Pragenſibus, piorum interfector, *Gabor* Transſylvanicus, Daco-Pannonicus, erat; Alamundáro quovis barbarior: & nec poſtea quidem unquam, (ſicut Alamundárus tamen Agarenus, tandem) emendatus? (56) Hic, ubi ſuam Pragæ præſentiam intrudere nequiit; eô, Cæſari-rebellium Hungarorum immiſit *Octo millia*: quibus in ſingulis, *unus* eſſet *barbarus*, & *Gabor*, Alamundárô ferocior. Sed, (Gratia ſuperis, & horum Regi ſummo, DEO!) qui precibus, ac pietati, tùm aliorum, tum ſignatè, viri, *Silentiario* moribus ſimillimi, (nudipedum *Carmeli* colonorum ſectatoris,) DOMINICI, tribuit: ut *Praga melior*, LEONEM nanciſceretur, ſuî fortiſſimum tutorem, ac Vindicem; monſtrorum omnium profligatorem, MAXIMILIA-

LIANUM; inclytum Bojariæ DUCEM. Qui generosissimi, de tribu Davidica *Leonis*, excitatus stimulis, & Imitatione ductus; assumpsit arma: traxit secum armatorum multitudines; cùm ipse vel solus armatorum esset, instar universorum. *Induit pro thorace justitiam: accepit pro* GALEA, non (ut multi sæpe,) temeritatem præcipitem, sed, expensissimô dudum antè consiliô, *judicium certum: sumpsit inexpugnabile scutum*, causæ sanctioris liquidissimam *æquitatem*. *Acuit Iram duram, in lanceam*; ungues, in gladium: dentes, in Alamundárum-Dacicum: adversùs quem, pro porta mœnibúsque Pragæ, stetit in acie: minitantem quidem, plusquam semel, congressum suum; sed irruere non ausum: &, in suis millibus, in fugam actum, cominus; & è longinquo, non potentiùs ensium fulgurantium formidine, quàm fulminantium in acie GALEATI-LEONIS oculorum, hostilísque vigoris aspectu, deterritum. *Leonem* hunc nos, ad vestibula liminâve Regni Bohemici relictum, (dum Saxonicas interim in Lusatia res, ac victorias, Gaboræas autem in Hungaria turbas, & fraudes, interserimus,) nunc *animô, quantô fa-*

*dici ſcribiq; magna corda volunt, magnô* reſumamus; & exſequamur.

X. AD arcem (57) *Gillenſtenianam* in Hornæ vicinia ſitam, & *Droſendorffii* mentionem, præſentis Anni geſtorum ſynopſin exhibentes, interjunxeramus; quò liberiore deinde curſu *Maximiliani* DUCIS, avidam feſtinationis, expeditionem proſequeremur. Eſt autem *Droſendorffium*, (Drozdovicium, opinor, Marti Moravico, Czechorodiano, dictum,) urbs Auſtriæ, fines Moraviæ meridianos ſtringentis, editô locô poſita; ſitúque conſpicuô, nec invalidè munitô. Cæſaribus porrò fida, per univerſum hoc turbatæ Bohemiæ tempus, *quingentorum* aſſiduô tenebatur præſidiô: nec eo ſupervacaneô. nam in ejus occupationem loci, (ceu, religione ſimul, & obſequiô, conjurationi rebellium refragantis,) animum curámque dudum intentam habebant, Cæſaris, & Eccleſiæ perduelles, illa loca pervolantes. Ejus tunc explendæ cupiditatis, ex rapto ſaltem, oblata videbatur opportunitas; hac conſilii novi capiendi repentinâ neceſſitate. Videbant, & dolebant, copiarum Bohemicarum ſectarii ductores illi, qui ſeſe per urbes, oppida, caſtel-

caſtelláque ſparſerant Inferioris, inter Iſtrum ac Teyam, Auſtriæ; ſentiebant, conjunctos, contrà, quàm exſpectâſsent, celeriter, & concorditer, Boicum, & Bucquojanum, exercitus. In caſtris quoque præſentes eſse *ſeipsîs*, & non per *vicarias* tantùm *operas*, ductores intelligebant; Viros, militarî jam antè gloriâ claros. illum ipſum, inquam, quem indicavi, Bucquojum: Tſerclaſium item Tillium; Balthaſarem Marrádam; Principes aliquot Italicos, & Auſtraſios: ac præcipuè, Ducum-Ducem *Maximilianum*, cum ingenti ſuo, nec mediocri Cæſaris, exercitu. Quibus ipſi rebus, viris, copiis, quo pacto viribus & multitudine ſuâ pares eſsent futuri, cùm ventum ad manus foret, non perſpiciebant ii, qui ſe cæterîs aliquantò plus in re militari videre cenſebant; Anhaltinus Princeps, Senior, &, qui ſecundas ab eo tenebant. Conſilium igitur, ac mox impetum quoque reverſionis, ex Auſtriæ finibus in Bohemiam, aut Moraviam, capientes; ac, ſub unum idémque ferè tempus, conclamatîs ubique vasîs, arces, oppida, munitiones, & ſtativa relinquentes Auſtriaca; cum plerâq; ſuorum multitudine convenerunt ad Teyam amnem,

quâ parte ripæ fluminis imminentem, & (ut antè dictum eſt,) inviſam ſibi jam antehac, urbem *Droſendorffium*, videbant. Eam (ne nihil ex Auſtria revexiſſe, ſeu prædæ, ſeu gloriæ, videri poſſent,) ad nonum ferè Septembris diem, oppugnare cœperant: confiſi, ſi præſertim celeritatem ſimul ad audaciam adjungerent, ſe, priuſquam hoſtis Droſendorffianis auxiliatum adveniret *totîs ſuorum viribus*, mox interim mœnia munitionésque ſuperaturos: aut certè, ſi *dimidiatæ* tantummodo manus adverſariorum ſuperveniret, ſeſe prœliô non improſpero concertaturos. In urbe deinde captâ direptâque, ſe rem pariter, ac victoriæ decus, inventuros. Hac *Bohemi* fiduciâ, baliſtîs urbem eam, & cæteri generis inſultu, diem jam quartum urgebant: nec tamen, qui præſidium intus agebant, animis deficiebant: Cæſarianîs præſertim, Boicîsque ſuppetiîs, propediem (ſi rebus illi ſecundîs uterentur,) ſuccurſurîs, extra periculum expugnationis ſe fore, non diffiſi. *Maximilianus* autem tunc, ad Gillenſtejniam arcem, haud Hornâ procùl, (58) agebat: &, caſtrîs propemodum unîs iiſdémq;, Cæſarianus ſub Bucquoji ductu

ductu miles. *Hornam* iſti, crebriùs jam memoratam, & *Egenburgum*, urbes premebant: Illam, ad Téfferam flumen, arce firmam; & rebellium-Auſtriæ-Statuum nonnunquam conciliabulîs inſeſsam: Iſtam verò, Schleyniziô rivô ſublutam, ac vinetô non aſpernandô ſuccinctam; de cætero, (tametſi *vetuſtate* ſuî gloriantem jam olim, & tunc Evangelii-quinti *novitate*,) re tamen aliâ nullâ, quare *bis* viſatur, dignam nonnemini viſam (59): etſi Bohemorum interim, ad eum uſque diem, præſidiô validô defenſam. Sed ab noſtris *Horna* præcipuè tentabatur; triginta, quæ currilibus è machinis in eam volitâſſant, ſphærîs grandioribus lacerari cœpta: neque tamen adhuc ad conſilia ſaniora deſcenſura, niſi malô coacta. Sed poſteaquam de Principis *Anhaltini*, copiarúmque rebellionis, in Bohemiam cœptô regreſsu, nuntiîs allatum in has urbes eſt: deditionem ambæ, nullâ morâ, facientes, *Maximiliano* ſeſe permiſerunt: & eum, qui fuerat in præſidio, militem univerſum, Ferdinandi ſignis, ac Bavaricis caſtris, adjungi paſsæ ſunt: ſacramentô Cæſari, quod tribunus *Traunius* præivit, nuncupatô.

XI. Secundùm hæc, ab noſtris intellectô *Droſendorffienſium* periculô; quò minùs illuc protinus iretur, uno die tardiùs allata, quàm ſpes & exſpectatio vulgò fuerat, annona prohibuit. Quæ res ductores militiæ ſupremos impulit; ut de ſummâ rerum, modôque, gerendi deinceps belli, quôque maximè pactô frumentationi ſtabili provideri poſſet, ſeriò deliberaretur. Id Hornæ tunc, & in arce partim Gillenſteniâ, factum à Maximiliano fuit, & Bucquojô: bellicæ quidem expeditionis, Droſendorffium indictæ, nonnullô, ſed brevî neceſſariôque, ſuſpendiô. Quis enim miles, quis eques & equus, niſi paſtus, labori ſufficeret? In quo ducum conſeſſu, nonnemini quidem viſum, *Exſpectandum à fortuna, virtutéq; cujuſque, ſucceſſum rerum: & rapiendum prædationibus obviis, quod unicuique deeſſet. Quô quis minimè ſubinde locô ſperet, ex obliquo commeatum occurrere. Magnam audaciam magnam ſequi copiam: ac ſtrenuis in prompto ſtare, quod timidis ingens ſæpe labor neget. Vel* Dræſſidelii *nuperrimè* (pagus is fuerat, & arx locuples, à Bohemicis infeſſa, ſed à Bucquojanis occupata,) *poſteaquam ab recuſatam*

fatam sui deditionem exustus pagus, & expilatum castrum, fugatúmque praesidium sit: nónne vim annonae maximam repertam, qua Bohemiae-conjurata quasi commune quoddam videri granarium potuerit? (60) Ne nunc quidem cuncta talium generum opulenta castella, municipia, praedia, vitae subsidiis exhausta sic esse; quin excursionibus industriis suppeditare castrorum alimenta queant. Fac autem; rapta tandem & ista, consumptáque continuis excursibus, ac diariis, sine: agè, quoniam adreperet anni frigidior pars, milutari, jámque recepto passim, institutô, properaretur in hiberna, qua locis hostium, aut ancipitis-fidei-sociorum, iis essent capienda, quibus aliquid etiam tum ad pabulum jumentorum, & victum hominum, supereset: ac scilicet transiretur in Moraviae ditia-frugum horrea, differtáque pastu fœnilia. Conquirendi cura mandaretur iis, apud quos hibernari contingeret. Eorum esse, qui tecta praeberent, etiam penum & cellas aperire. Quod voluntate nollent, coactos malô (si praesertim hostilia nuperrimè fecerint) tandem vel invitos esse facturos. Inter haec, translapsuram brumam, sensim; sed quodammodo sinè sensu: cum anno verò, cœ-

*lóque Veris novô, novas exercitibus vires, acceſsuras eſse: cúmque recentibus copiis, animos quoque renaſcituros, ad obruendos poſt hæc concordibus armorum ſtudiîs ac furiîs, Bohemiam etiam intimam, & prætoriana Regia caſtra: quæ nunc tamen, à feſso viîs, & defectô viribus, ac detrimentîs imminutô, militeſutura facinus ſint, magni fortaſse, ſed conſiliô carentis, & carituri ſperatîs emolumentîs, impetûs. LEONEM* Album (61) *flavo ruſsóve diſparem, ac minùs vulgò firmîs viſum unguibus;* urſorum *eſse* Borealium *æmulum: &, in furias actum, ad oblivionem uſque candoris, igneſcere. Periculosè, ſuîs in ſylvis ac ſedibus invadi feras: ſi præter, aut ante, tempus; & à venabulis, nondum ſatìs exacutîs. Denique* (ſenſerat enim conſultor, in Bohemos ardeſcere Boicum, & ducem, & exercitum,) *à Danubio, Viennâque, Cæſarísque propinquâ tutelâ, Gabore tam vicinô, támque Ferdinandi fortunis infenſô, non nimiùm ab exercitibus diſcedendum iîs; qui Cæſaris, univerſi, pars ſtipendiô, pars obſequio fideíq; militarent.* Auxilia *verò*, nimis longinqua; *quid aliud*, quàm partẽ *quodammodo fere*, proditionis? *NISI Cæſaris ſartâ-tectâ ſecuri-*

*curitate, ſalutéque; cætera ſalva tutáque fruſtra ſperatum iri.*

XII. Talia tunc, aliáque talium ſimilia, tanquam in unius omnia *Ferdinandi* majeſtatem in tuto collocandam dicta, directáque, (quantumvis & domeſticum interea commodum, ac decus, ſpectarent) nonnemini *Scriptorum* ejus temporis (62) miſsa videbantur ex ejus, aut eorum, ore; quibus belli diſciplina, ſub Bavariæ Magni Ducis ſignis, adſtrictior, & auctoritas alienæ luci quidpiam umbræ factura, credebatur. Quibus tamen, animi non minùs, quàm armorum, invictus, *Maximilianus* Dux, (veluti non agnoſceret ambitionis ſtylum,) diſſimulatîs offenſionis, quam capere potuiſset, cauſsîs, inſtitit, ac perrexit; rei publicæ potiùs commodis ſervire, quàm cujuſquam auribus. In hunc ergò ferè modum, in ea conſultatione, diſseruit.

*DUO, quæ reſpiciantur, in deliberatione ſunt.* Commeatus *unde petatur: &* Belli ratio, *quam deinceps inſiſtamus. Super utroq; , quid ſentire nos res cogat, expromamus.*

*Et quidem, ad* Annonam *quod ſpectat, & hominum jumentorúmq; victum: quidquid*

Auſtria

Auſtria ſuppeditavit Anaſsína, celeriter, ac menſtruum intrà tempus, abſumptum eſt. Auſtriam Secundam, alternîs nos, & hoſtis, non diripuimus magìs, quàm planè devoravimus, excidimus, exuſſimus. Bavariam noſtram frumentatione continuâ ſiquà nondum exhauſimus, multùm tamen imminuimus. quæ verò, proximè peractæ meſſis beneficiô, dives ea, refertáq3, manet (ut in tractu, longiùs ad Auſtrum & Alpes recedentis, terræ,) quâ longinquitate, morâq3, quantîs difficultatibus inter hoſtiũ aſsultationes, quantîsq3 ſumptibus demum ac diſpendiîs, ſubvectiones fiant: omnes videmus, & experimur; etiam hôc, quo conſultamus, die ſperatîs alimentîs deſtituti. (63) Creſcet autem ea ſupportationum moles, & copiæ deſperatio, cum ipſo locorum ſpatio, tantò manifeſtiùs; quantò longiùs à Danubio (quod omnino tamen debemus) in Aquilonem recedemus.

Placet igitur, omnium paullatim rerum penuriâ laboraturis, ex omni, quod occurret, rapere? Sanè, ſi, quod rapiatur, occurrat. nam, ubi nihil eſt, indè ne famelicus quidem lupus cœnam petet. Placet, maturiùs hiematum ſecedere; more, multis ſenſim adamari cœptô?

Sed,

*Sed, nos primùm*, ea militantes ſectemur, *quæ* non tam ex more, quàm uſu *ſint*, & *publico commodô*. *deinde*, cœlum *quidem paullatim ipſum, invitare corpora graciliora videri poteſt, in hibernacula; ventîs, & aurâ, rigeſcentibus*: (& verò, fiebant hæc; Autumni præproperô tunc in hiemem deflexu:) *ſed* terra *non ideò benigniùs nos, aut liberaliùs, excipiet; ſeu ſit hæc amica nobis, ſeu, noſtrarum formidine virium, amicitiæ ſimulatrix: adæquè videlicet ubiq; locorum, ſecuturîs paullò pòſt nivibus, rigens, emortua, nuda, calva, ſqualens: adhæc & ſæpenumero, dilapſîs fugâ colonîs, ac prareptîs etiam utenſilibus, ne* militi *quidem* (ex profeſso *tamen* aſsueto duris,) *habitabilis futura. Quo fiet: ut, qui proximè*, (64) *ſed tamen adhuc in* fœnili *quopiam, noctem, & prætorianum tabernaculum, cepimus*, (65) *& hæc ipſa libenter in deliciis numeravimus, tectîs, & culminibus aliîs, deſtituti: pòſt paullò, niſi meliora* militi *providemus, & militem, & nos unà pariter, hoſpitantes viſuri ſimus, aut in conglaciatis brumâ viîs; aut (ſicubi molliùs) in coopertis nive ſtramentis villaticis: quippe, deflagratione vaſtatîs, aut aliter dio nudo pleriſq;*

rîſq; domuum penetralibus expoſitîs. Quæ talia, pluráq; ſimilia, ſi nec ad ſtomachum ſunt, nec ad valetudinem, (jam nunc ſenſim tentari cœptam) legionum & alarum noſtrarum: ingruente ſuper hæc, & ærumnas aggravante, fame: quid reſtat, ad utraque depellenda, fortius ac præſentius; quàm, hibernorum præfeſtinâ deſidiâ, (quoad ejus fieri poteſt,) in longum dilatâ, quamprimùm quærere tutos & quietos receſſus, ex Victoria: commeatum autem, & annonam, ex arte Balearicâ: cujus gentis juventutem, ferunt, matrum è legibus, Panem, niſi fundâ, lapidíſque jactib. hoſtiliter petitum, ac partum, non edere. Vivunt, ex hoſte: quieſcunt, in hóſticô, ſui juris factô.

Diximus hæc hactenus, utì primô nobis locô propoſitum erat, De vitæ ſubſidiis, ac ſtativis, exercitui noſtro neceſsariîs: & modum, ea conficiendi, rerum intelligentibus, ſatìs per ipſa contraria, ſubverſa rationibus, in aperto poſuimus. Supereſt propoſitæ conſultationis labyrinthus alter, De belli proſequendi ratione, quàm fieri poſſit, conſultiſſimâ.

PLACET igitur, Iri, (poſt hiberna ſaltem, & reditu Veris,) in Hoſtem? Probatur & no-

*& nobis*, In hoſtem; *ſed, non tam* iri, *quàm* irrui: *propterea q*ꝫ, *nec annô, nec vere novo, ſed tantummodo locô, pugnis commodô, patienter exſpectatô; de cætero, bellum hoc, non* geri *magis, quàm* præcipitari, *quoad res, & conſilium, id ſinent: antequam* morâ cunctationéque nimiâ, (*quæ* victoriæ ſæpius noverca, quàm mater eſt; occaſionúmq; deſiderabiliũ pernicies,) *omnia deteriora nobis, hoſti verò planiora, reddantur, ac ſecunda. Non tamen animo ſedet, (quod quibuſdam ſedere video,) viciniora quæque regionum hoſtilium, attamen intactâ Bohemiâ, peti; quantumvis adhuc frugum opulenta: deinde, gradatim locum alium ex alio carpi: donec, detrimentorum, ac vexationis continuæ, dolore furiatus Bohemus, agminibus in nos verſis, confligere præoptaturus ſit; quàm, dorſum & patientiam diutiùs præbere vaſtatoribus. Nobis, è diverſo, diſplicet; circa Regni margines, aut inferioris notæ caſtella, rapiare, trahere, prædelaſſare, luctantem cum viis & elementis aſperîs, militem: & omittere, tamdiu ſuî præſidentem, belli totius, ac rebellionis,* Arcem: *quæ tantiſper minimè-gentium prætermiſſura ſit, alibi locorum accepta ſuorum incommoda ſanare; damna*

*damna reſarcire; copias imminutas ſupplementîs inſtaurare. quod, quale ſit, quisquis non penſat; perinde facit, ac paſtor ſylvaticus, qui deprehenſum in orbita viæ grandem cólubrum, nunc à caudâ, mox laterum tenus, invadit ictibus; aliàs, per ambitum corporis, ac pellis volumina, vagatur plagîs, & vulnera circumducit: dum interea* caput *anguis, arrectum, relinquit incontuſum. qui clavam tamen præferratam in manu ſua videt: anguem verò, linctu capitis, aliud ex alio membrum perſanantem. cujus denique, ſibi reſtituti, furor in percuſſorem reſiliet: conquieturus alioqui, ſi* Capitis *nactus fuiſſet oppreſſorem. Talis eſt* conjurata *nunc* Praga: *cujus cura non negliget, afflicta ſub ſe regni membra; vires interea novas in dies collectura, noſtrûm omnium, (ni prævertimus,) in internecionem. quâ nos (quod Cœlum avertat!) opprimente, corpora noſtra, jumentáq;, jacebunt; fame, frigore, peſtilitatéq;, ſtrata, per omne paſſim* Hercyniæ ſylvæ (66) *ſpatium, ac ſolum exterum, inſepulta.*

*Surgamus igitur, &, quoad ejus fieri poteſt, feſtinemus, (aliîs Rebellium terrîs urbibúsq; majus in otium dilatîs,) PRAGAM, REGNI*

Anni 1620. Leo Galeatus.

*REGNI CAPUT, ET CAPITOLIUM.*

*Adproperemus illuc, ubi nos exspectat (immò nondum exspectat, si celeres, & inopinantibus, superveniemus) multus, &* amicus *adhuc, &, accreturus novis quotidie copiis,* Inimicus. *Amicos, intrà Pragæ mœnia, credamus & sciamus esse, Catholicum omne nomen; nec Romanis à sacris, neq; Cæsaris ab obsequiis, unquam abruptum: idemq; manu, studiis, opibus, & ope, partibus nostris (simulac nos conspexerint) accedere paratissimum. Id nunc omne bonorum agmen, à Calvinisequis annuâ jam pene captivitate circumsessum, ne dubitemus ullô modô, supplices ad nos è longinquo tendere manus: liberationem sui rogitantes; & palmis ulnisq; gratulabundis exercitum liberatorem excepturas. LACRYMAS illis, ipsa ridendi causa,* gaudium, *excutiet. At* Inimicos, *tam jam antehac congregatos ibi, quàm, ad nostri famam adventus, undequaq; densius, ex omni Bohemiâ suâ, convolaturos esse, quis prudens non* animô *præcipiat? Hoc rectè! modò ne* cóncidat. *Equidem, uti NUNQUAM duci cauto Contemnendum, ità nec forti Pavendum, Hostem ullum,* (67) *judicavi. Sint Bohemi virium robusti, validiq;. ne nobis quidem*

*dem robora virésq; deerunt. vir virum leget: & Leonem album, Leo flavus, ex æquo (ſperamus) adrugiet. Sint, aut fiant, Bohemi, numerô plurimi! Multitudinibus, multitudines opponentur. &, Si DEUS pro NOBIS; quis CONTRA?* (68) *nónne, juſtiorem Deô tutante cauſsam, ſubinde vir armatus* unus, *viros* mille perſequitur? & duo, fugant decem millia? (69) *Sed, ſi ſanè Belgis noſtris, Eburonibus, Auſtraſiis, Italis, Hiſpanis, Teutonibúsq;, terrori ſunt hodie Marcomannorum, Sileſiorum, Anglorum, ac Batavorum, denſæ peditum equitúmq;* nubes: *eorum, conceſsô tantiſper illis autumni brumæq; diuturnô ſpatiô, nónne miles, in decuplum auctus, in Martiam denique* tempeſtatem *erumpet; omnes & terras, & copias noſtras, operturam? Diſſipemus ergò nunc nubeculam; eámq; temporì: priùs, quàm poſtea cum adverſariorum ſuperinfuſâ nobis tempeſtate, cum cataclyſmo, rubrôq; ſtragibus Marî, conflictari compellamur. Adoriamur eos: nec in hoc opere,* neceſſitatis *ſolius* (*quæ tamen ad novaculam venit*) *ſed* Famæ *quoq;,* (*magni ſemper in bello cardinis,*) *rationem habeamus; quâ novitatum nunciâ, per orbem ſpargetur, A Cæſari-fidis-caſtris, ande-*

auderi, (70) non jam Hornam, aut Gillenſtenium, ſed Pragam, obſideri; decem Budovviſiis, aut Taboribus, ac Pilſnis, illuſtriorem. Aggrediamur illic, cum Jonatha, (71) Philiſtæos illos: ſi manu ſuperiores effecti; cum ſpoliis, & gloriâ: ſin vincendi, ſternendiq; ; potiùs tamen à ferro, flammâq;, quàm ab ignobili, pigrâq;, fame. Qua tamen, ne fortaſſis inter ipſam nos expeditionem éxedat priùs, & abſumat, quàm hoſti nos immittat: providebitur; & cibariorum è Bavaria noſtrâ, quantæ cogi ſummîs omnium ſtudiîs adhuc poterunt, ſubvectionibus: & ſubvectionum armatîs densîsq; cuſtodiîs. quarum moleſtiam tantò noſtris eſſe tolerabiliorem, cónvenit; quantò ſimul ab interceptoribus tutiorem, & fini laborum ſupremo viciniorem.

Ad Cæſáreæ poſtremò majeſtatis, ac ſedis, tutelam & ſecuritatem, quod attinet; utinam Auſtriis, etiam fidis & incorruptis, (abſit verbis noſtris gloriolæ ſpecies!) utinã, tanta regis ac Principis ſui ſervandi ſemper cura, quanta nobis illius, omnî contentione protegendi, cum anima ſimul innata ſedulitas & charitas eſt! Sed, divinô munere, vallatus præſidiô copiosô Cæſar; vallata Regia Cæſaris, & provinciæ,



Expeditio Bavari Bohemica.

ſunt. &, ſi periculum à tyranno Dacorum, aut Thracum, ingruat: intellectô rerum arcto ſtatu, Maximilianus, ſi vel in umbilico jam Bohemiæ, rebellántmq; Sedis veſtibulô ſtetero; deficiente quavis aliâ ſuppetiarum ſpe, viâq; Pragam ac Fridericum tantiſper ſeponam: Viennam, & Ferdinandum, in tuto ponam. Nunc, quoniam, è propinquiore, nos Droſendorffiorum (amica nobis urbis,) diſcrimen ad ſe, pro ſe, vocat: priùs, quàm in Bohemiam penetremus, partium noſtrarum fidæ tutelæ præludamus; in hoſte, ſi nos opperietur, depellendô: ſin (quod alibi fecit) ſeſe ſubduxerit, tentandô; qualem ſe nobis præbiturus in acie ſit, quorum ipſe conſpectum ante congreſſum aciémq; non tulerit: quippe, qui, fatigare nos, & eludere Punicîs itinerum anfractibus, non verò conſerere manus, ac pedem pedi conferre, certus ſit, & obſtinatus. Id ſi Droſendorffii quoque nunc fecerit; & abſtulerit ſeſe; relinquamus ſanè, quoquoverſum volitaturum. (72) nos, propoſitum teneamus, ac deſtinatum iter: aſperum fortaſſe, præmoleſtúmq; ſed aliquando tandem ſuperabile futurum: nec anguillæ lubrico dilapſui ſimile, ſicut id tamen Hannibal Pœnus, Jugurtha Númida, Bohemúsq; conjura-

*juratus, inter glorioſa ponunt. Omnino DURA MULTA, MOLESTAq3, BELLUM HABET: SED MOLESTIUS ODIOSIUSq3 NIHIL, QUAM HOSTEM; CUJUS EST PUGNA TOTA, FUGA PUGNÆ.*

XIII. Secundùm hanc *Maximiliani Ducis* orationem, itum ab omnibus eſt in ejus ſententiam: ne *Bucquojô* quidem *Comite* demum diſſidente. Quocirca, quæ decimô Septembris die, ſub veſperam tandem, advenerat, *annonâ*, poſtridie ſtatim in caſtris ità militi divisâ, per manipulos, ac turmas, ut in diem utique quartum quintúmve ſuffectura ſperaretur: duodecimô menſis ejusdem, indictum iter, & ínitum eſt, Gillenſteniô Droſendorffium versùs. Cujus expeditionis dies ſtatim primus alternô poterat noſtrorum, & hoſtium, initiari ſanguine; ſiquid adverſariis, numerô *pluribus*, ad confligendum animi fuiſset. Arx erat *Wiltberga*, proximè Gillenſtenianam arcem; *Buchemiorum* nuper in poteſtate, ſed Septembris nonô die, Maximiliano Duci ſeſe permittere, Boicúmque recipere præſidium, compulſa. Paullô ſupra *Wiltbergam* cùm

eſset *ſylva*, latebris, inſidiísque recondendis, appoſita, quámque prætergredi, non ità procul viâ militarî diſtantem, agmen noſtrorum oportebat: eam, priusquam luceſceret, eodem ipſo die *trecenti* circiter equites inſederant *Ungarici*. Præſtolati verò tempus, eruptioni commodum; quietos ſe, magnôque ſilentiô compoſitos, continebant: donec Maximiliani viderunt agmen paullatim ingredi, propiúsque, ſe vorsùm, moveri. Tum enim è ſylva momentô proſilientes; impetum tumultu magnô fecerunt in antecurſorum agmen, Ducísque prætorianum ſatellitium. Sed, noſtrorum ex equitatu, non quidem pluribus *quinquaginta*, magnâ tamen alacritate contentionéque ſubvenientibus; *Ungari* protinus, re nullâ memorabilî geſtâ, refugerunt, ab armatis hominibus, ad pavidas, in latibulis ſuis, feras. Qui ſi nacti *Bavariæ Ducem*, armigeros ſuos ſubſequentem, forent; (Quis autem id, in exercitu Bojorum tantô, niſi planè ſtolidus, & impudens, ſperâſset?) nónne, pro *trecentis* ſeſe Pannonibus, totidem Romanos Fabios, aut Leonidæos Thermopylarum leones, (73) jactâſsent? Qui nunc tamen iidem, tantô ſuſcita-

citatô fremitu, ne tantillum quidem fortunis noſtris, quantùm vineis, & ſegetibus olim Philiſtinis, *trecentæ* Samſonis *Vulpes*, obfuerunt. (74) *Prædari* nimirum latrones hi, quàm *prælìari*, magis aſsuêrant.

Porrò, decimô demum tertiô Septembris die, ventum ad *Droſendorffii* ſuburbanum limitem eſt: magnâ noſtri militis alacritate cupidinéque, ſperatæ, pro liberandis obſidione civibus, pugnæ committendæ. Sed, ut in oculis urbs fuit; ità nullum in conſpectu, nec obſidium urbis, nec certamen, aut obſeſsor, aut omnino caſtra, miles, ductor, apparuit. Auditô quippe, pridianô noſtrorum, à Gillenſtenio, caſtrorum motu; qui *diem* (utì ſuperiùs dicere cœperam) *jam quartum*, muros urbis & circumſederant, & machinis verberârant: ſignô repentè per *Anhaltinum* datô profectionis; more, ſibi ſollemnî, conclamârunt, abierunt, ex oculis avolârunt; itinere, fugæ *ſimillimô*: *præurbiô* tamen (utì Phóſphori Radiô ſextô Czechorodius loquitur) prius *exuſtô*.

Quod itaque, facturos eſse Bohemos, divinârat, ac prædixerat, *Maximilianus*, utì noſtris, ad certamen paratiſſimis, illi, ſimu-

latione cupiditatis certandi, jam iterum, aut tertiùm, imponerent; id eo die factum eſt: quando, dextrorſum flexô diſceſsu, *Moraviam* petierunt; &, amicam conjuratis urbem, *Znamam* feſtinârunt.

Cæterùm, ad *Teyam* amnem & hæc urbs (ſicut *Droſendorffium*,) ſed extra limitem Auſtriæ, remotiùs in tractum Orientis ſita; nomen inter Moravicas urbes haud incelebre tenebat: & ambitum loci, vinearum amplô divitéque cultu ſpectabilem. Earum haud procul vindemiæ tempus, ac tempori ſollemnis hilaritas, aberant: ad quam *Anhaltinus* ſi Ducum duorum hoſtilium ſiticuloſum, ac ſæpe cum fame quoque conflictari ſolitum, exercitum, inſectandi ſuî cupiditate pellicere potuiſset, (utì procùl dubiô mente deſtinârat): jam non à Bohemia modò longiùs eum identidem longiúsque divocaturus erat; ſed etiam in loca ſenſim ex aliis alia vagabundum pertracturus, iniquitate vallium, & confragorum ac ſaltuum anguſtiis, alicubi demum concluſos noſtros, eò palantes induxiſset: unde receptus vivis & incolumibus futurus non fuerat. Et tamen (per exploratores continuò cogni-

cognitô, *Znamam* Anhaltinianos intrâsse,) Comiti *Bucquojo* placuerat; vulsîs è vestigio signis, ac raptîs Aquilîs, hostem insequi; circumsidére Znamam; &, cum ea pariter, profugum Bohemorum exercitum delere. *Non aliàs opportunorem in manus venturam, hostis insigni clade mactandi, facultatem.*

XIV. Diversus ab hoc *Bucquoji* consilio, *Maximiliani* fuit & sensus, & sermo; recordantis, & *Comiti* recordationem suscitantis, eorum, quæ nudius tertius & quartus Hornæ fuissent, & Gillenstenii, decreta: quibus immaneri nunc, par esset, ac necessarium; si constare sibi ductores inter sese mutuò, si militi fides & obsequium erga ductores, deberent. De qua DUCIS excelsitate-mentis, *in abnuendis, quæ minùs probaret*, quid alii sentiant, aut quid Invidia temporis illius senserit; haud moror. Nam ego quidem, in *Maximiliani* virtutibus expendendis, (quæ permultæ, magnæque, fuerunt) omnes quidem ac singulas magnopere suspiciendas venerandásque semper duxi; juxtáque mecum unà, testes Actorum ejus, quotquot viventem, florentém-

que geſtîs, *novimus* eum, ac *vidimus*. Sed, inter illius animi décora locô nequaquam vulgarî poſuimus Conſiliorum ejus decretorúmque *magnanimam firmitatem*. Verùm *intereſt*, *In quónam quiſque*, *vel quouſque rerum*, *& caſuum*, *temporúmque*, *firmum ſe præſtet*. Sunt enim, in hoc rerum agendarum ſtadio, Cenſorum oculis offerentia ſe, *mortalium genera tria*: quorum primum poſtremúmque cernimus, *extremum* quid ſectari, nec imitatu decórum. unum verò, quod, *modum* ac *medium* amans, viâ verè regiâ, dignâque Principibus, incedat. Prima claſſis, *Immobiles*; tertia, *nimis mobiles*; *media*, *prudenter-ſtabiles*, habet. Singulas harum (quoniam ad vitam gubernationémque rectè componendam apprimè conferunt) per digreſſionem, perfunctoriè ſaltem, intueamur.

XV. Ac *Primis* quidem illis, quantumvis hodie *Chriſti* doctrinam profeſſis, (manſuetam, ac lenem,) totus tamen adhuc infixus eſt menti *Zeno*. cujus Stoicam duritiam, quantum in ſuo *Sapiente Conſtante* Seneca philoſophus extollit; tantùm, in *Murena defensô*, Marc. Tullius irridet, ac deprimit.

Anni 1620. Leo Galeatus,

primit. cujuſmodi paradoxa ſunt. Nunquam ſtudiô cujusquam, aut gratiâ, moveri Sapientem. Nullius donô, vel delectari, vel egere. Ridere, vel exultare, nunquam: ſed, neque flere. Nullius unquam ignoſcere delicto: nullius miſereri. Peccatorum omnium, eſse paritatem; æquè galli gallinacei, ſinè neceſſitate ſuffocati, quàm, patris, in jurgio jugulati, cædē. Sapientem hominem, nihil *opinari*, ſed *ſcire*. Nullius eum facti, reíve, pœnitere; nullâ re falli; ſententiam, ſemel animô conceptam, immutare nunquam; ne ſi quidem alioquin, eâ perſtante, collapſura cœli terrarúmque machina ſit. Errare denique, nullo tempore: propterea-que, nec errâſse ſe, ſeu ſponte ſuâ fateri, ſeu tormentîs adactum. Hujus claſſis, cum *Cæca Superbia* conjunctæ, *Sapientes*; ſunt *farum*, quantumvis Angelicarum ſibi mentium imitatores videantur: qua, de placito Theologiæ melioris, *exiſtimationem*, *ſemel hauſtam*, aut arreptam, *deponere*, ſeu boni ſint ii, ſeu mali, *nequeunt*. (75) Hujus farinæ mortales, in Rebuspublicis, frugi non ſunt: in gubernaculis verò, ruinæ rerum; non fulcra, vel columnæ. Viri, nimis Stoici; nimii

mii Catones, & obstinati; Petræ quidem in mari sunt, animosæ contra fluctus, sensu vitâque cassos: sed eædem interim hominum, ratione præditorum, naufragiis infames-viri, quos sermo plebejus vocat, *Sui-Cerebri*; metaphoricus, *Capitones*; satyricus, *frontones*, & *obstipos*; barbaria, *Cervicosos*. His omnia destinata, statuta, clavô plusquam trabalî fixa, sunt: &, ob hoc, inconcussa. Talium horum *Zenonica* virtus, est, vocatúrque, PERTINACIA: sibi quidem (ut ei videtur) *Immota* sedens: sed aliis omnibus, querelarum, seditionúmque, *motrix*. A cujus habitudinis notâ longè *Maximilianus*, Bavariæ Dux, semper abfuit.

Longiùs autem, à classe regentium dirigentiúmve *tertiâ*, quæ *primam*, per omnia contraria, subruere laborat, Heros ille recesserat: ad morum actionúmque dignitatem omnem, factus à *naturâ*; perpolitus autem, ab *institutione*. Contra quod morum decus è regione bellant homines, quovis trochô volubiliores; Euripô concitatiores; vernô ventô mutabiliores; vespîs æstivi Solis inquietiores; oscillis demum ligneis illis simillimi, quæ videmus nonnunquam, villati-

villaticorum tectorum culminibus defixa, verti revertíque, sonorô cum strepitu, decies, ad unum oculi nictum, in plurimas cœli positiones: non ad custodiam domûs ullam (quam longè præstat utiliùs, latrator canis) sed, ad aves, crepitaculô suô terrendas; & pueros, risu scurriliter hilarandos. Tales sunt nonnulli, rebus administrandis, vel intrusi per alienum errorem, ac fortuitò; vel semetipsos intrudere gestientes. Agunt, ac redigunt: *mandant, & remandant*: præcipiunt, ac mox vetant: vocant, & jubent; jussáque, jam fieri cœpta, revocant: struunt; &, jam effecta, pòst paullò destruunt. Irides sunt, mille colorum, sed pluviæ felicis steriles: pectora, sexcentarum cogitationum tumore fœta: nullius interim solidæ fœcunda. verbo! *Proteorum* ingenia; quovis, & cujusvis impulsu digituli, versabilia: propterèáque *Mentes, in re nulla, quàm suâ volubilitate, constantes*. Harum plerumque *leporina* sunt corda: propterèáque consilia fugacia, decretáque vecordia. Qui pendent ab horum arbitriis; ii vivunt, non in diem, sed horam: semper, agendorum haud secus, ac prætermittendorum, ancipites. Quid enim,

in

in ſummam, imperatum ſit ; perinde neſciunt : ac frequenter, ipſímet illi, qui, mutanda paullò pòſt, imperârunt, quídnam mandârint, oblíti diſquirunt. Indè, damna ſæpe rerum enata grandia, Rebus quoque publicis, provinciis, regnis; cœtibus item & ſacris, & civilibus. Indè quoque, defluvium omnis ſenſim *Auctoritatis*, quæ *Magiſtratuum* tamen *nervus* eſt, & *anima* : quâque pereunte, pariter omne cadit, ac perit, obſequium. Id ſi fiat, non magnum adeò diſcrimen intercedet, inter hominum in terris regimen, & ſpirituum *apud Inferos* regnum: *ubi nec opus, nec conſilium eſt, aut ſapientia, neque ratio* (76) : *nullus ordo, ſed ſempiternus horror, habitat.* (77)

Hic talis animorum, in præſidendo, morbus, apud doctores *Aſceticos*, hominum eſt *gyrovagorum*, (78) ac malè feriatorum. quorum eſt unica totáque vita, more Propertianô, NULLO vivere CONSILIO: (79) quippeni proinde, NULLO tandem & SUCCESSU? Vitium iſtud, *Animi*-LEVITAS eſt, & appellatur : multósq; ſuîs ſub ſignis habet ; nunquam *Boicum* habuit *Leonem*.

XVI. Ad horum ergò, quæ produxi modò,

modò, duorum gubernandi generum, nec iſtud, nec illud, declinabit moderator ſapiens; ſed *mediô*, tanquam Scyllam inter & Charybdin, maris angiportu pergendo, portum apprehendet *Aureæ mediocritatis*, ac temperamenti. Faciendum omnino, quod agendum inſtat; & ambabus (quod ajunt vulgò) manibus: ſed SINE CONSILIO NIHIL. (80) *Conſiliô* verò, (*ne poſt factum pœniteat*) maturè, graviter, ac providè, momentîs ſuîs omnibus expensô: rationibus interim, non civilibus modò militaribúsque, verùm ſacrîs etiam ac divinîs, in concilium intromiſsîs: utì David, & Ezechias reges; & dux Machabæus, ac Bavariæ lumen, *Henricus* Imperator, ſolitabant. Qui claſſis hujus ſunt, omnî commendatione dignæ; conſultores ſibi legunt, aſsumúntque, *cani ſenſûs*, & exercitatos; cordatos, & conſcientiæ curam inter prima ponentes; libertatémque dicundæ ſententiæ ſobriam, circumſpectæ reverentiæ miſcere, gnaros. Horum talium excoctæ cogitationes, indictô deliberationis conſeſsu, DEUM, & honeſtatem, agendis præfigunt. horum *Oculi*, Salomonis ex præcepto, (81) *recta vident; & palpebræ præcedunt*

*dunt* ingreſsum operis. quódq; Magnus urget Gregorius, (82) hi, *nequando ſemetipſos rerum eventibus præcipites immittant, cautè cuncta diſpiciunt*, & ſuîs, & conſultorum ſuorum, oculîs: ac, *ne rebus*, quarum inſtat agendarum neceſſitas, *repentinus in contraria ſuperingruat exitus*; hunc ipſum caſuum adverſorum eventum, *molliter priùs poſitô præcogitationis pede*, more viatorum, noctu per ſylvarum ſalebras incedentium, *prætentant*. Defixô verò demum, *in ſolidis rationum fundamentis*, agendorum aut omittendorum *decretô*; perſeverant: & ad expedienda, quæ conſtituerant, procedunt: *Immobilitate*, non illâ Stoicorum, aut Marpeſiarum rupium; ſed illâ moderatâ, temperatâ, póſtque cuncta jam concluſa, confirmatáque, tamen adhuc *Rectæ-rationis diſcipulâ*: quæ, mutatîs plurimùm rebus, mutare, (quoad neceſſe ſit,) aliquid ſententiæ ſuæ, non erubeſcat. Quod enim divinè patriarcha noſter, Divus *Ignatius*, frequenter ſuos omnes admonebat, id valere fas eſt univerſim apud omnes; in ſago pariter, ac toga. NON SE *negotia nobis*, (ajebat) *ſed, nósmet negotiis attemperare, par eſt*. Hanc Tullius Sapientiam, dum, quem

quem suprà dixi, *Muranam* defendit, in Platonicis ac Peripateticis si jure meritò prædicat (ut sanè meritissimò;) nos in philosophia, Christiano perspersâ defrictâque sale, non æquiùs extollemus? Hæc illa *prudentis* est, appellatúrque, CONSTANTIÆ Virtus; in loco, temporéque, decóra, viris quoque Principibus. QUOD *dixerit interdum, si sic rectius sit, mutare. de sententia decedere nonnunquam: ut, qui nôrit, ac certum habeat, Omnes virtutes* (& quippeni, Prudentiam etiam?) *mediocritate quadam esse moderatas.* (83)

XVII. Ex hac SAPIENTER-CONSTANTIUM, & *in nullo Contumacium*, notâ, mundi subscribente nobis testimoniô, Bojorum DUX hic fuit, MAXIMILIANUS; Gulielmi Quinti filius, modestissimi Principis, & Renatæ Lotharingæ, religiosissimæ vitaginis: indéque factus ipse naturâ, stirpe, parentum exemplis; suoptéque studiorum cultu, quàm optimorum, formatus ad omne, regendæ curiæ castrorúmque, decus, assuetus deliberare, non nisi cum *delectu*, scientissimorum *Juris inermis, & armati, Senatorum*: quíque, præter cæteros viros

E fortis-

fortiſſimos, *Joannem* quoque *Tillium* (poſtmodum Imperii *Comitem*,) tunc bellis præſertim Hungaricîs exercitatum, & clarum, circùm ſe Monachii, tempore non exiguô, familiariter haberet: quippe, quem jam tum prævideret, à belli conſiliis arcanioribus, in publicum aliquando cum gloria proditurum; Heroëm, ſui temporis Incomparabilem, & in poſteritatis Martiæ libentiùs Exemplum, quàm in orituram ex ſe propaginem, incubiturum: quam, perpetuò cœlebs, nullam, niſi qualem *Epaminondas*, reliquit, pugnam, palmámque, *Leuctricam*. (γ) Talis ergò cùm eſſet ipſe ſuopte geniô, cúmque cum talibus, domì forìsque, ſecundùm DEUM, conſultaret; quid, niſi *fortiter* ac *conſtanter*, aggrederetur *Maximilianus*, & perficeret? fortitudine tamen, & conſtantiâ, nec prorſus ſemper, ac pertinaciter, *immotâ*: neque tamen levibus unquam momentîs *mobilî*. Quapropter, *Firmum* eum ſenſit, & Inconcuſsum, ULMA, Correſpondentium in conſeſsu; quô Cæſari, (Duce Bojorum interim internuntiô, motoréque, parùm civiliter ibuſuri,) contendebant extorquere, quæ peſsum datura receptas antiquitus Imperii leges, & vim ener-

enervatura Majeſtatis, fuerant. Ibi (ſicuti ſuô dictum eſt locô) præcisâ *Maximilianus*, eâq; repetitâ, poſtulatorum recuſatione, coacturos ipſum Conjuratos, coëgit ipſe prior, ſtabilitate ſuæ negationis; & petitîs ſuîs, & omnî Sueviâ, decedere. Solum videlicet illi vertere, quàm Bavari Ducis animum, tolerabilius ducebant.

Eadem, poſt hæc, decreti ſtabilitas eluxit, in Superioris Auſtriæ proceribus Linzianîs ad obſequium reducendîs; ad Cæſaris eos ſacramentum adigendo; præſidiáque dimittenda. Nec diſpar mentis immobilitas, & antea frequenter, & poſt hæc ſemper, apparuit; in improbanda *Palatini Rhenani* voluntate: qua ſe ferri, demonſtrabat, ad Bohemicum capeſſendum pro Ferdinando regnum. Nam, iſtud ſuum animi ſtudium approbari Bojorum quoque Duci, ceu cognato, quantumcunque tum litterîs, tum legationibus miſsîs, percuperet *Fridericus*, (etiam oblatô promptôque, Cæſareum ad faſtigium evehendi Bavarum, ſuffragiô,) plus ex eo tamen is extundere nullîs, vel blanditiis, vel promiſsîs, & argumentîs, potuit; quàm, *Quod ſemel, maturrimè ponderanti cauſsam, diſſlicuerit,*



Expeditio Bavari Bohemica.

*cuerit, id amplùs placere nequire.* Nec flecti, ne ſub oculis quidem acie ſtante contrariâ, valuit : quò minùs, Potentiam arreptam, pronuntiaret, *fortunam* eſse *fugitivam*; & *Sceptrum alienum*, vaticinaretur, non fore *proprium*. (84)

Idem ipſe DUX interim, *Conſtantiæ*, prudenter aliquando *tempori ſervientis*, ac rerum ſeſe flexionibus inflectentis, documenta præbuit. veluti, cùm, ad *Gundelſingam* poſitîs jam caſtrorum metîs, confligeréque certus, Ducis tamen Engoliſmenſis interpoſitæ pacis compoſitioni, ſuam pugnandi cupiditatem gratificatus eſt : &, ad conditiones, haud quaquam iniquas, ſeſe demittens, hoſtem *propinquum* omiſit : *remotum*, eúmq; ſæviorem, alibi quæſivit. Idem quoque, cùm, domitîs *Super-Anaſſinîs*, viîs (ut in loco retuli,) tempeſtatibúsque fœdiſſimîs, & aſperrimîs, ſéque, militémque, jumentáque, delaſsans; in *Bohemiam* eò jam uſque penetrâſset, ut, à *tertio*, non plus, *milliarî* diſtantem, ſibíque ſuper adventu *Ducis* gratulantem, *Budovvizinam* urbem haberet : relictîs tamen ſubitò, præter omnium exſpectationem, poſt ſe Budowiziô, Capliziô, Stro-

Strobonizîôque, Weitrachium denuò Zwetelámque versùs movens, in *Auſtriam* flexit *Inferiorem*. (85) Cujus, in hunc modum inſtitutæ per *Ducem*, expeditionis, tametſi cauſsæ proferantur, tanquam ipsô ſtatim initiô, ſeu terrendi ſic hoſtis, ſeu fallendi mente, ſuſceptæ: manet id tamen, quod ad rem propoſitam ſatìs eſse debet; Non erubuiſse Maximiliani *Conſtantiam*, interdum & hoſtibus videri, *Mutatîs rebus, mutâſse mentem, & iter*. Id quod in virum cadit, etiam inter caſtra *mota*, conſtantem & *immotum*.

In hæc ego porrò, deſtinatione meâ nonnihilô verboſiùs excurri, ſuſpensô narrationis interim, & intercisô, progreſsu: non, ut exſpatiari per ludibundum otium geſtiens, nec, ut aſsentari gloriæ *Maximiliani*, tantò pòſt, ambiens; à quo vivente quondam præceptum, per internuncium (86) Jureconſultum, acceperam, *Ne ſe, ſed majores ſuos, & hiſtoriam, ſcriberem*. quódnam autem nunc adulationis mihi præmium *pii Manes* ejus rependerent, niſi fortaſse (quod abſit!) indignationem ex alto; ſi nec ipſum ſilerem: & inſuper ipſius aliquid, præter verum, narrarem?



Expeditio Bavari Bohemica.

rarem ? Verùm hæc ego, de Maximi Ducis *ſapiente-Conſtantia* produxi : quoniam is & nunc militiæ collegis illis, quibus, in Moravos irrui, dilatâ Bohemiâ, conſilium & ardor erat, non ceſſit : &, in expeditione cæterâ, non defutura ſunt, in quibus, ſi locum auribus maluiſset, & gratiæ, quàm Conſtantiæ, dare, damnosè ceſſiſset. id, quod ſua rerum ſeries evolvet. Ad ſummam ! *Quacunque Maximilianus incedebat Armatus*, robore ſuô, prudenter immobilî ; poſt ſe nihil, vel hoſtile relinquebat, vel ſeris aliquando nepotibus excuſandum. *In Omnibus*, *EXERCITUM DUX ; RATIO DUCEM, anteibat.*

XVIII. In ſententiam ergò DUCIS transeunte *Comite* ; die poſterô ( qui, Septembris decimus quartus, *Exaltatæ* Sacræ *Cruci* ſacer erat,) exercitûs utriuſque moveri caſtra, Bohemiam versùs, perrexerunt. Ac *Caſariana* quidem, uſa viarum indice, regionis ( utì ferebatur ) gnarô ; paullò remotiùs ad latus, quod *Moraviæ* propinquius erat, incedebant. *Bavarica* verò, *Droſendorffiô* profecta, Teyâ flumine ſuperatô, Dyrnam, ad latus dextrum, intactam prætereunt. Ulteriùs

teriùs autem, ad Aquilonis plagam tendentia loca, (ceu pretium operæ majus, ac ditius,) alibi quærunt : ac poſt paullum inveniunt.

Erat ſupra Dyrnam, ad amnem, qui Teyam ab extremis Bohemiæ ſaltibus, Orientem versùs, influit, *Arx*, ſitu conſpicuô, firma munimentîs, & inſtructa præſidiô *ſeptuaginta*, quos vocant, *catapultariorum* jaculatorum. Hi pro partibus ſtabant, Cæſari rebellantium ; & in ſtipendiis *Strejnianæ* familiæ : cujus caput tunc erat *Vidua* nobilis, caſtelli domina, ſicut & *Dræſſidelii* quondam, ſuperiùs mihi memorati loci, poſſeſſionem ſibi vendicârat. Hujc porrò, de quo memorare cœpi, loco nomen erat *Ungerſchizium*. (87) Venit eò *Maximilianus*, cùm adhuc diei plerumque ſupereſſet. Præmiſsô caduceatore, *dedi jubet arcem ; relinqui fœdus Bohemicum ; ad obſequium rediri Cæſaris*. Horum autem nihil ad aures admittentibus, adducuntur in conſpectum oppugnationis-inſtrumenta caſtrenſia ; machinæ curriles ; tormenta formæ grandioris ; aries bellicus ; oppugnantium agmina. Quibus visîs ; qui *Bavariæ Ducem*, nec vidiſsent antehac,



Expeditio Bavari Bohemica.

tehac, nec experti fuiſsent: ne videre compellerentur iratum, aut experiri defectionis vindicem; ſe pariter, & arcem, permisêre Cæſaris gerenti vices. Cæſari tamen è veſtigio ſacramentum non dixêre. Pepercit nihiloſecius deditiis; & inviolatos Dux, cum ſarcinis quemque ſuîs, emiſit. In *arcem* porrò priuſquam ſe conferret ipſe, jam irruerant, numerô densô, juris & ductoris alieni milites; ac *Dálmatæ* præſertim equites. qui, cùm ad caſtri maturandam deditionem minùs nihilô contuliſsent; in ejus tamen direptione, *Bojis* victoribus, ſed vacuis ſpectatoribus, minus pilô reliquerunt: gens, à puero prædatrix; & hinc, virilibus etiam annîs ac bellîs, efficax, quæ nec terras hoſti, nec hoſtem terris, aut cujquam quidquam, præter patientiam, relinquat. Hos tales, hæc talia tempora, bellatores, *quærunt* magìs, quàm *amant*. Aliter violentiæ publicæ non obſiſtitur, (ut putant;) quàm, per violentiam inſaniorem.

Cæterùm *Ungerſchizii* noctem etiam ſubſecutam ab exercitu tranſigi, duo coëgerunt. alterum, quòd ad eam, quæ poſterum in diem indicta fuerat, expeditionem

nem viaticatus miles futurus non fuerat; nisi recentis *annonæ*, quam in horas exspectabat, superventu firmatus. alterum, quoniam, in quem locum pridie condixerant, eò *Bucquojus* Comes advenire, differebat; nullâ suâ, suorúmve, seu contumaciâ, seu conjunctionis, cum exercitu Bavarico, fugâ; sed, quoniam ductoris sui, vel imperitiâ, vel perfidiâ, (sicut postea cognitum est) à via militari longè recessérant, in latus & oram locorum, partim transitu difficilium, partim hostium etiam insultibus inopinis obnoxiorum: non sinè *Comitis* luculentô periculô, vel ideò saltem; quòd ab eo pars Cæsariani militis, & Dalmatæ, prædatum, uti diximus, abruperant se: forísque palabantur. Attulerat sanè *Maximiliano* fama, (ne cui fortè leve periculum istud videretur) certis, &, qui viderant ipsimet, auctoribus confirmata; cum magna manu, non ità procùl locîs illîs tendentes, Anticæsarianos opportunitati, nostris inferendæ cladis, imminere. Quâ re cognitâ *Maximilianus*, & ut suam, erga Comitem *Bucquojum*, humanitatem *opere* declararet, &, ut simul ad insignem, pro Cæsarianorum incolumitate, solli-

licitudinem, (etiam virium ſuarum imminutione,) nihil reliquum ſibi faceret; equitum armatorum *duo millia* ſtatim expedivit: partim, ut conquiſitum eum repertúmque, dignitatis ergô deducerent: partim quoque, ſicubi confligendum cum hoſte foret, ut laboraturis Cæſarianis, ſuppetias Boici ferrent: ac, ſiquam Bohemicis inferre plagam inexſpectatam valerent, rei bene gerendæ facultatem necubi prætermitterent.

Et hoſtes quidem, tantâ noſtrorum alacritate multitudinéque conſpectâ, mori ſuo conſuetudiníque, ſicut ſemper antehac, conſtiterunt: ac, ne veniendum ad manus eſſet, in pedes, & tentoria ſua, maturè ſeſe conjecerunt. In diverſorium autem, ſibi deſtinatum, ante noctem ingruentem, cum ſuis *Bucquojus* incolumis ſe recepit: ſervatus tunc, partim *pavore* Bohemicorum; partim, & magìs, magnanimâ (quantum in eo fuit) Maximiliani *curâ*: quæ Bucquojo poterat, ac debebat, eſſe pretioſa. Nam, *IN periculô, plus illi, qui me ſalvum voluit, quàm ei, qui me necare non auſus eſt, debeo; ſi vivo.*

XIX. Septembris interea dies decimus quintus illuxerat. Placet enim, expeditionis



Digitized by Google

nis hujus, qua PRAGAM, Cæsaris, ac Boicus, miles petivit, deinceps, non *Acta* modò, sed & *Diarium*, exsequi. *Diarium*, inquam, non quodvis obvium, aut è trivio raptum; sed traditum, rebus etiamnum recentissimis, à Viro, qui vidit, & interfuit: revisione verò *magni Ducis* ipsiúsmet auctoratum: quò majore cuncta, tam in luce sint, quàm in ordine. Dies igitur is, quem nominavi, quémque destinatum profectioni fuisse, subindicavi, subsistere tunc quoque coëgit utriusque ducis exercitum; inopiâ cibariorum; quæ diem jam alterum impatienter exspectabantur: nullô famis residuô levamentô. Quod enim pridie supersse deprehensum fuerat *Ungerschiziano* præsidio, de commeatu; totum id exercitui nostrorum cætero præripuerunt, unà cum spoliis reliquis, illi, de quibus memoravi superiùs, *proscyleutæ* (88) Græcis suis dicti, *Dalmatæ*: quos *Antepræadones* barbaria nominâsset. Quod autem alimentorum, ad quintum ab eo die diem, advectum è Boica fuerat; aut, siquid ante triduum repertum fortè *Drosendorffii*: totum id dudum, & absumptum jam, & digestum erat celeriter. Neque mirum, id

id à tanta duorum exercituum actum eſſe multitudine ; tanquam *Ægyptiacis* frugibus immiſsâ *locuſtarum* innumerabilium ingluvie: (89) cùm in *Achillis Tatii*, ſcriptoris Alexandrini, Græcâ *Leucippâ*, Chármides, militum ductor, memoret ; belluam fluminis, *Equum Niloticum* vulgò dictam, *ingentem* illam quidem, ac magnitudine corporis maximo cujque bovi parem, ſed *unam* tamen, & *ſolam*, nullâ pabuli ſociâ, refertiſſimum ſegete campum audacter invadere: rictúque voracis oris, ad uſque tempora diductô, totum, continuatô comeſtionis labore, ſimul ac ſemel, (90) depaſcere. Quantam nos igitur frumenti, pabulíque, vim, cenſeamus, intrà dierum haud adeò multorum intervallum, tot millium militares equinósque ventres edacitate conſumere debuiſse; *legibus Sumptuariis* omnibus excuſatiſſimâ? Non parùm ergò *Magnum* ſe DUX *Maximilianus*, in hac etiam annonæ Præfecturâ, tam difficilî, præſtitit: dignus exinde, qui *Caſtrorum* ipſe quoque *pater*, & *altor*, cum priſcis illis Cyris, Octavianis, Titis, Trajanísq;, ſalutaretur.

Cæterùm *Maximilianus*, inter hæc, ne dies, qui vacuus itinerum & operis erat, pari-

pariter & *consiliorum* otiosus, ductoribus periret; ad *Bucquoji* Comitis tabernaculum ultrò transgressus, de belli totius omni ratione multùm, ac variè, deliberavit. Cujus deniqne consultationis ea præcipua fuit, inprimísque concordiæ rerum gerendarum utilis, *summa-decretorum* : ut in commune deinceps utrimque, rebus in omnibus, (potioris præsertim momenti,) consuleretur; communiter agerentur, quæ decerni contingeret: unà, simulac proficiscendi datum signum esset, útraque castra moverentur: unà (quoad ejus fieri posset,) diversîs quidem, at non longè diseptîs inter se, viîs, hàc DUCIS, illàc COMITIS, agmina tenderent; itinerum æqualî quodammodo progressu. Quòd totum illi tunc statuerunt, Caji Marii quadam, ac Metelli Numidici; (91) Bomilcaris item, & Jugurthæ; (92) Parmenionis, & Alexandri Macedonis, imitatione. Disparatîs in hunc modum legionibus, ac turmîs, nec tamen adeò procùl inter sese disjunctîs, censebant, & latiùs in hostem sparsum iri formidinem, atque cladem; ostensîs, & immisîs hosti, longè latéque, copiîs adversariîs; &, sicubi partem nostrorum alte-

alteram, ab hoſte premi, laboraréve, contingeret; à conflictantibus ſignificatione factâ periculi, concurſuros unà cunctos illicò; fortaſséque ſupremi certaminis, & belli profligandi, facultatem inventuros. (93)

Hôc utrimque probatô collaudatôque conſiliô, digrediuntur, in ſua quisque contubernia, ductores. Quorum curas & ſollicitudinem, eádem adhuc veſperâ, *frumentarii*, cæteríque victûs, aliquantô numerô *currus* appulſi, temperare, conſolaríque, viſi ſunt.

Eô proin ipsô, non paullò redditus ad laborem alacrior, exercitus uterque, visâ Ducum illâ pro ſe providâ diligentiâ; poſtridie (qui Septembris fuit ſextus decimus) caſtra movit: eáque, ſicuti decretum pridie fuerat, bipartitò; ſic nimirum, ut, ad lævam deflectentes Bucquojani, *Weidhofium* versùs tenderent; cujus urbis inferiùs mentio recurret aliquantula: *Maximilianæi* verò *Rapſium*, ad latus dexterius ſitum locum, peterent. de quo locô nunc agimus.

XX. Eſt *Rapſium*, arx, cum nominis ejusdem, ſubnexô ſibi, *caſtellô*: firmîs ipſa murîs, munimentîsq; validîs, inſuper & rupi

pi ſolidiſſimæ ſuperimpoſita. *Teyâ* flumimine radices arcis, & rupis, ſubluuntur. de quo flumine ( quoniam illius crebram hucuſque mentionem inſperſimus ) aliquando demum ſubmonere, non extra ſaltum, ac rem, fuerit; Id è Bohemiæ, Solem naſcentem reſpicientibus, finibus montanîs ( ut aliô ſuperiùs locô ſubindicavi ) defluere: capitibus fontium *ternîs* celebrioribus. Horum *illud*, quod ad dextrum ruit latus, meridiem ſpectans, *Teyam* aquam, quæ *Magnæ* cognomen habet, orditur: ac, ſpatiô longitudinis ſuî fluxûs, cæteras aquas ejusdem appellationis antecedit. *Alterum* Teyæ caput, ídque quadrifidum, è montano Septentrionis tractu proſilit; & amnem effundit, inter duos extremos *Teyas* mediô labentem tractu: quem, aquarum præcopioſum, ſimpliciter tamen *Teyam* nominant, quotquot Acta condunt: plebs, *Dejnſam*; nonnulli *Thyſiam*: nos, inter duos cæteros amnes cognomines, à ſitu *Teyam Medium*. Teyæ fontem *tertium*, & ex eo fluvium, emittit locus, cuj nomen *Altſtadio*; quaſi *veterem* dicas *Urbem*. Hic *Teya*, cæterorum extremus, ac lævus, ſpatiô ſuî procurſûs

sûs incedit, haud paullò breviore: cujus Confluentes, ad Carloſtenium oppidum, emittunt eum in *Teyam-majorem*. unde, Moraviam unà, quidquid Teyæ nomine cenſetur, irruens, Solis ortum versùs, Moraviæ totô margine meridianô procedit, eouſque: donec, ad Auſtrum deflectens, ad confluentes Rabenspurgi, *Móravæ* flumini (nunc *Marchæ* dicto) miſceatur: &, unà cum eo, cis Hajmburgum urbem in Danubium deſcendat. Sic *Auſtriæ*, (quam aliquouſque, quodammodo per otium in Moravos exſpatiatus, ſepoſuerat) poſtliminiò ſe *Teyæ* reddit; totus, & cum uſura, piſcium pariter, & aquarum, quas interea collegerat, advenarum: eô proinde nomine, nec *ingratus* Auſtriis, nec *inutilis*, ſuî-reſtitutor.

Verùm, ad rem ut veniamus: Ad *Teyæ*, fluminis illius *tertii* (quod Altſtadiò deſcendere diximus in Teyam-Magnum,) ripam dextram, arx, & caſtellum *Rapſianum* ſitum, in ditione tunc erat *Buchajmbiorum*, per eos rerum temporúmque motus, nondum Cæſari concordium: & idcirco, juſtum ad obſequium vi compellendorum. Accedebat his, quòd *Rapſium*, haud ſecus, ac de Droſen-

Droſendorffio dixeramus, locus erat limitaneus ; &, ex æquo, tranſituris ex Auſtria, Bohemiâ, Moraviâ, ni præſidiô ſtationibúsque teneretur, *pervius*; &, ſi cuſtodiretur, *clauſus*; ideóque, multum addere, detraheréve, rerum ſummæ valiturus erat. Tenebatur autem, eâ tempeſtate, præſidiô militum, non tam numerô, quàm virtute bellicâ, præſtantium; ac rebellis Bohemiæ cauſſam tutari perſeverantium, *Palatini* ſub auſpiciis. Hos, cæterósque *Rapſianos*, haud continuò, ſub exercitûs Bavarici primum adventum ac conſpectum, ſeſe *Maximiliano* permittentes, ſed ad reſiſtendum ſeſe comparantes, liquet; vel non hauſiſſe quidquam, vel nihil certè tribuiſſe, famæ præviæ, virtutis ac geſtorum DUCIS, in Auſtria Super-Anaſsæa: ſicut vulgò, *quæ nolumus audire, credere quoque detrectamus*. Unde, poſtquam eò Boicîs à copiis ventum eſt, immittenti fecialem *Maximiliano*, poſtulantíque, *Sibi, vices obeunti Cæſaris, arcem municipiúmq; dedi* : reſponſum à Buchemianis eſt, ac præſidiô ; *Non placere, dedi*. Sibi, ceu viris, quantumvis multitudine plurimùm inferioribus, (*quinquaginta* namque, nec plu-

F res,



Digitized by Google

res, erant,) animîs tamen viribúsq;, ſicut confiderent, cuivis exercitui paribus ; fixum, ac decretum eſse, ſanguinem potiùs, ac vitam, quàm datam Bohemis fidem, prodigere. *Mulierum eſse, terreri, flere, ſupplicare, manus dare. Militum armatorum, commiſſa ſibi, tueri : ſuiq; décoris, quàm incolumitatis, majorem habere rationem. Vivida virtutis, teſtem fore, mortem ; & conſtantiæ pignus, quemcunque toleratum caſum.*

Inter hæc abrupta, tumidáque, rebellium reſponſa, fecialis ad DUCEM; hic, ad oppugnationem, & miles caſtellanus, ad vim vi pellendam, tranſit. Nec diſtulerunt *Rapſenſes*, in noſtros ſclopetorum glandibus, & ignitîs catapultarum globîs, eminus pugnare ; jam ab eo ſtatim, quô ſolutum colloquium eſt, temporis veſtigiô : magìs autem, ac denſiùs, & ferociùs ; ex quo, DUCIS juſsu, *machinæ* tormentariæ *geminæ*, verberandæ fronti *Rapſenſis* arcis, ſtatui cœptæ ſunt. Quò minùs enim conſuetâ celeritate, utròque, ſuis utraque fundamentis figerentur, ac firmarentur ; prohibere conatus eſt improbus, & aſſiduus, ex arce jaculantium, furor. Nec deferbuit huc ; donec tonare



Digitized by Google

nare contrà, fulminaréque, baliſtæ noſtrorum illæ *binæ*, ſimúlque quatere caſtri muros, orſæ ſunt. Ad *quatuor primos* illarum (ſic enim *ſignatè* traditur) *ictus*, nutare muri, labare corda propugnatorum, excídere fortia, generoſáque, verba cœperunt. deditionem ſuî, quam irriſerant, fecerunt: pactíque vitam, & ſarcinas ſalvas, ſed armîs interim exuti; priuſquam illius diei Sol cœlô decederet, ipſi præſidii munimentîs emigrârunt. Caſtellum autem, arci ſubjectum, *Maximilianus* ingreſsus; *arcem* ipſam (quam à ſuis diripi vetuit) præſidiô recentî, militéque, Cæſarianæ cauſsæ fidô, firmavit: cùm alium interea militarem cuneum, qui ſtipendia Bohemica Bavaricîs mutatum venerant, à præſidii Rapſenſis numerô muneréque ſecluderet: veritus (opinor,) ne fortaſſis in parvam Trojam iſtam, ligneum ipſe quoque caballum, *proditione* gravidum, cum *Sinónis* progenie, reciperet. (94) Ut paucîs dicam. DUX, providus pariter, & abſtinens, ſalutis eorum, quorum eſse videbatur *hoſtis*, veriùs tamen *amicus*, & cuſtos: egreſsus eſt *Rapſiô*; ſecúmque, præter bene celeritérque geſtæ rei gloriam, extulit nihil; intulit è



**Expeditio Bavari Bohemica.**

diverſo, Cæſaris ac DEI, diu jam jacens, Jus, & obſequium: ínq; duobus his, *Omnia.*

XXI. Rapſiô porrò, Septembris die decimô ſeptimô movens caſtra, Bavarorum exercitus; & adhuc temporì Bucquojanum, ſiniſtrorſum altero látere viarum incedentem, aſsecutus, paritate linearum itineris: unà ferè, ſub idémque tempus, intravit *Waidhofium* (95); urbem, & *Catholicis* addictam ſacris; & tunc præſidiô *Cæſaris* inſeſsam, ſolitô magìs, ac vigilantiùs, in hoſtem intentô: quòd is, per eos ipſos dies, ferebatur, (intellectô noſtrorum, ſuperiora versùs conversô, profectionis flexu,) deſeruiſse *Znamam*, ac *Moravia* totum eum limitem; & ad noſtros, introitu Bohemiæ prohibendos, omnî contentione feſtinare. Quâ famâ crebeſcente; non erat, vel ex illius conſilii primi, Gillenſtenii nuper fixi, conſtantiâ, vel è re communi militaris inſtituti; ſuſceptam ſemel expeditionem interſcindere novô conſiliô: paſsúque retrogradô, perſequi perſequentem ſe Bohemum, ex Auſtria Moraviâque profugum: & relinquere, poſitam in conſpectu, Bohemiam, ad ſe Móravos, Auſtriósqi quotidie trahentem. Sinerent quinimo noſtri



Digitized by Google

ſtri conſiliis, & anfractibus ſuis, hoſtem: ac ſimul, ſuis ipſi decretis inſiſtentes, qua cœperant, eâ viâ pergerent: ſi *viros* ſe, non *ventos*, ad omnia variabiles, præſtarent. Hoc egerunt, quod agebant: ac ſpretîs, de premente terga noſtrorum Anhaltinô, rumoribus; *Wajdhofii* non plus unâ morati nocte, diluculô poſterô magnîs itineribus *Gamundium* perveniunt. Is locus, in Auſtriæ Secundæ limitibus extremîs adhuc hærens, oppidulum erat ſupra Confluentes Launſizii fluminis ſitum; quod dominum habuerat aliquando, patronúmque, *Bernardum*, Buchemianæ familiæ locupletem dynaſtam. (96) Et tunc arcem, ejus loci, Buchemiani tenebant; cùm in oppido miles *Bavaricus* hoſpitaretur, contuberniis quidem arctîs, ſed modeſtîs, & obviô victu contentîs: in *Schjempſiano* verò caſtello, duobus paſsuum millibus indè diſtantî, *Caſarianus*. Utrobique, (poſteaquam eò ventum erat, ad decimum octavum Septembris diem,) interjungere noſtros, die quoque poſterô, coëgit, profectionis cæteroquin avidos, curruum ac vecturarum tarditas: quâ, neſcio quibus ſocordiùs agentibus, acciderat; ut machinæ

tormentariæ, cum impedimentis, & apparatu bellicô cætero, ſeriùs advenirent. Evenerat autem ibidem tunc; ut, *Schjempſii* maximè, nonnullorum *Cæſariani* militis importunitate, turbaretur aliquid in ſtativis; & *Coſaccorum* inprimis audaciâ: qui ſubinde, nec in contuberniis diſciplinæ leges, nec in agmine modum & ordinem, ſervantes, excurrebant liberiùs: prædam ex hoſtibus adæquè, ſociísque, contra belli jus, agerent: quódq; deterius erat, & poſtea quoque non infrequens illis, quacunque propemodum incederent, municipia caſtelláque vaſtarent: & exhauſta ſpoliîs, ad extremum etiam inflammarent. Horum nimis effuſam agendi licentiam (UT Exempla, *præſertim impunita*, facilè trahunt alios in paria,) complures, è numero Cæſarianorum audaciores, imitaturi; cùm prædatum & ipſi, die Septembris decimo nonô, circa *Gamundium*, ac locîs finitimîs, in villas, prædia, pagos, & agros, excurrerent; hàc, illàc, palabundum in hoſtem priùs, quàm exoptatam in prædam, inciderunt. Ex iis, haud pauciores *trecentîs*, pars vivi capti, pars oppreſſi ferrô, jugulatíque; documento ſalutari cæteris, clade ſuâ, fue-

fuerunt : *nequis* in poſterum, *In hoſtili regno, locum ullum, aut fortunam, ſibi crederet amicam* : extra juſtam autem aciem, ut plurimùm, temerariam eſse, periculi provocationem. Hoc ſuis quàm commendatiſſimum ſemper eſse, DUX *Maximilianus* volebat: id animis eorum imprimebat. qui, cum Bucquoja Comite, cúmque copiis utriuſque, vigeſimô demum Septembris die *Bohemiam* intravit; quando *Schvvejnizii* ſtativa poſuit: & utriuſque Ducum agmina, tunc collecta, circumſpexit.

XXII. *Schvvejnizio* porrò (quod Comitatui *Graczenſi* contributum municipium eſt) diſceſsum viceſimô ſecundô Septembris eſt: &, itinere, propiùs *Malczam* amnem, lævâ fluentem, Aquilonem versùs inſtitutô, *Budovviſium*, eodem adhuc die ventum; urbem Bohemiæ, crebrô ſuperiùs, nec inhonorè, nominatam: quippe, Bohemicæ ſeditioni diſſidentem; Cæſarianis partibus faventem, & hoſpitam: eóque nomine, rebellioni paſſim inviſam. Hæc ad *Malczam* ſita; loca, ſibi finitima, quaquaverſum habebat, eâ tempeſtate, Cæſari diſcordia: Mansfeldio verò notho, Turrianóque, Comitibus haud in-

imica. Tunc in triduum, nec plenum tamen, illic ab utroque ſubſtitum eſt exercitu. cujus moræ *dies* priores *duos*, partim abſumpſit pabulandi frumentandíque neceſſitas: partim, *Freyſtadiô* demum advenientis *annonæ* viritim facta diſtributio. Præter hæc autem, hoſtis domandi, quàm famis pellendæ, non ferè minor ducibus cura: qui, ſuper omni belli reſidui, coërcendæque rebellionis, viâ compendiôque, ſtudiosè deliberabant. *Die* ſtativorum *tertio*, (qui Septembris fuit quintus, & viceſimus, & in quem pridianô veſpere militi ſaturo profectio fuerat ulterior indicta,) cunctationis paullulum videri potuerat allatura, recens quædam abitûs interpellatio: quippe, *Saxonis-Electoris* ſummô diluculô ſupervenientibus litterîs, & curſore veredariô. Narrabant Maximiliano DUCI (nam ad hunc DUX Saxo ſcripſerat, & mandata curſori dederat,) de *Budiſſim*, Luſatiorum urbis, obſidione: de civium urbis, & Ordinum provincialium, contumaciâ: de Jægerndorffiano Marchione, pertinaciam eorum armîs, & conſiliîs, accendente: de minis denique Bohemici fœderis univerſi, Saxonicísque terris denuntiatâ vaſtitate; ſecuturâ



Digitized by Google

turâ procul dubiô ; ni *Maximilianus* (quem *Elector*, etiamnum in Inferiore credebat Austria bellare,) maturaret, in Bohemiam, ad retrahendos è Saxonia Bohemos, irrumpere. Redimendi temporis, & ad alia festinandi, studiô ; breviter *Maximilianus*, at officiosè, rescripsit, & cum nervo. *Currenti sibi, calcar addi. quam postularet Elector, à se penetrari, Bohemiam : in ea se, Comitémq; Bucquojum, jamjam bellare ; duobus conjunctim instructum utrumque, stipatúmq;, fortissimîs exercitibus. Ne proinde dubitaret interim, & ipse, quaquaversum posset, ac nôsset, carpere Bohemorum fines, & refractarias terras ; malô talî dignas, donec bonam tandem ad mentem, ac Cæsaris ad obsequium, redirent.*

Cum his dimissô litteris, atque stimulîs, nuntiô Saxone: Dux, & Bucquojus, eodem ipso die, Budowiziô discedunt ; (97) Budnam Bavarus, Pragadizium alter, petentes: quónam successu rerum, posteriora, *nec tamen statim*, memorabunt. Nos enim interea, relictam aliquousque casibus suis, *Pragam*, ac *Palatinum*, revisemus.

XXIII. Horum ambo, suâ, nec modicâ, sollicitudine distringebantur : acriore

tamen, quàm Praga, Fridericus. quoniam incolarum urbis pro ſe quiſque, quantum impendére *ſibi* mali poſſet, expendebat. in Friderici caput, (tanquam, in commune fretum, omnes fluvii,) ſic & *proprii* diſcriminis metus, & *aliorum univerſa* formidines, atque curæ, coibant. Hoc nempe quærit, quisquis *regnum* vel ambit; vel admittit; *cujus fuga beatior eſt, quàm poſſeſſio*: quod glorioſiùs, *principiô ſtatim*, declinatur, quàm, exortâ *poſtea* pœnitudine, deſeritur. Hæc, aliáque talia, ſub hoc tempus, quô *Bavariæ Ducem*, ac *Bucquojum*, intelligebat, in eo totos eſſe, quò, ſubſeſſore pulsô, Bohemiam poſſeſſori primo redderent obnoxiam; agitabat animô *Fridericus*: ſollicitúsque, ne, cujus *gentilitias* ditiones, terrásque, *Rheno* contiguas, *Spinolæus* exercitus (utì ſanè faciebat) in Germania rapere cœpiſſet: ejuſdem *adventitium* quoque *regnum* Cæſarianus, ac Boicus, in Bohemia nunc eriperent. Id ſi fieret; *quid tum ſe futurum? quid hæredibus ſuis; quibus vix hæreditolum ullum, nedum provincias, ſupereſſe contingeret. Nimirum, eò rerum proceſſiſſe ſua tandem, exigui temporis, Acta; ſuorum verò Scævolarum, ac Trebatio-*



Digitized by Google

batiorum, (98) *per annos complures, consilia, Jurísque tortuosos flexus: ut illi quidem, rebus in omnibus,* Omnia videre *sibi visi sint; ipse contrà, (ni præverteretur) hoste prævalituro, suîs in terris visurus* nihil. *Quid aliud ergò restare nunc? quàm, ut, qui suîs ipsum funiculîs sericîs in eum rerum labyrinthum induxissent; eum indidem suîs iisdem artibus, aut, siquid nôssent subtilius, educerent; salvô tamen, & immotô sibi, REGNO? nam hujus, ne pilum quidem, cujquam mortalium se cessurum.*

In hæc, secum volutata, concilium *Palatinus* indicit, tam Suorum, quàm, siqui tribus ex urbibus Pragæis præsentes essent, Ordinum-regni senatores. Conveniunt, magnâ satìs frequentiâ. Refert ad Senatum, per administrum regiarum consultationum, Fridericus; *Super instante negotiorum mole, quid statui placeat, aut agi?* De delectibus novis habendis, & veteribus supplendis, déque generis omnis ad prælium & aciem apparatu, quia res ipsa clamabat; nemo reclamabat, aut ambigebat. Volitabant simùl, & vocibus haud obscurîs erumpebant, desideria decernendi; *Réxhe rectiùs, & uti-*

*& utiliùs, in caſtris foris armatus ageret? an, in Ratſchino domi trabeatus, Urbi cuſtos aſſideret?* Nec eſt, vel diſſimulata, vel dilata, ſententiarum, inter Ordines, ductoréſque militares, perrogatio. quam deliberationem, in partem utramque ventilatam, appáret ex eo: quòd, *pro* Palatini militiâ bellantes rationes, quàm pro quiete, contentiùs, acriùs, ac diffuſiùs, ſic agebant; ut argumenta partis mollioris ſimùl *involutò* viderentur enervare, nullóque quodammodo numerô ducere. Cujusmodi veriſimile fit, hæc aliáque talia, fuiſſe; *Friderici* remanſioni blandientia. *TANTO ducum, Legatorum, prætorúmque caſtrenſium, numerô, qui vel præſentes tunc aſſiderent, aut, foris agentes, acciri, nullô rei communis detrimentô, poſſent, compendium ad Regni cladem fore; ſimulac populorum Caput, in caſtris & acie conſpectum eſſet, ab adverſariorum exercitu. Cextatim enim univerſos, ſicut in centrum linearum-radios, in turrem arcis Trojanæ machinas & ictus, ſicut in Eúmenis prætorianam navem Bithynorum claſſem(99), in Joſaphatum omnes curruum Syriacorum principes (100), in Aream dominicam omnes Philiſthæorum manus,*

Anni 1620. Leo Galeatus.

*vius, & tuneos;* (101) *ità concurſurum, in exitium Bohemiæ regis, omne* Papiſtici *roboris armatum examen; quod nunc, apiaſtrorum inſtar, ſeſe terris* Utraquæorum *infuderit. At in Unius herclè ſalute, perniciéque, cardinem univerſa verti, non modò Bohemiæ, ſed, ſacramentô fœderum unanimî colligatæ, Religionis Evangelicæ. cujus mali metus, ac labes, minor impendeat; ſi Regis, in ſpecula ſedentis, vices interea, ſicut aliquouſque jam antehac geſſerit, ità poſtea quoque gerere perſeveret, heros, caſtris armisque tractandis natus, innutritus, & exercitatus,* Princeps Anhaltinus: *perinde prorſus, jam tum à puero, gladiis aſſuefactus, & equis; ſicuti ſoliis, curiisque, rex Fridericus. Quòd ſiquid tamen humanitus (uti multa poſſent) in partem leviorem eventurum eſſet Chriſtiano Seniori; ſuperfuturum Juniorem; & ipſum, Anhaltini nominis ac ſtirpis dignitati reſponſurum. Sed, ſiquid interim hujc prejudicii ſit impreſſura,* minor, *(in magnis tamen animis,) ad auctoritatem ætas: at ſuperfore, ſtantem hinc & hinc ad latera, florem ducum, ac ductorum: Comites, Turrianum, Hohenlojum, Hollachium, Styrumbum, Mansfeldium: quorum nemo non, ſi ventum eò rerum eſſet.*

Expeditio Bavari Bohemica.

*eſſet, in caſtris gerere dictaturam nôſset; dum Rex tribus urbibus, & ex his, Bohemiæ reliquæ, jura daret. Ad hunc autem, (regem, inquam,) antequam ad rerum deſperationem extremam ventum foret, per tot ducum ſtrenuorum, quodammodo transſultum, illico decurri; quid aliud fore, quàm, fluctuante ſalô, figendo navigio, ſtatim, aliâ nullâ bólide prætentatâ,* Sacram-anchoram *pangi? vel, concurſurîs præliô legionibus, in aciei fronte primâ,* triarios *protinus, (pugnæ titubantis noviſſimam ſpem) conſtitui? SATIS* maturè venturum regem; ſi tempeſtivô dimicandi juſsu. *Signum autem conflictûs, ex Aræe regni, quàm è campeſtri tentorio, non imbecilliùs emiſſum iri.* Maneret ergò rex, ubi nunc; unde non niſi mandaret. *Sin conſumpta, ſinè ſucceſſu, mandata forent; prodiret ſanè, prodiret indidem: ac, frigeſcentem deſidiâ Martem, præſentiâ majeſtatis accenderet.*

*Quòd ſi verò quis* exemplîs *probari rem, ſeu* priſci, *ſeu* præſentis *quoque temporis, ac tempeſtatis, expeteret: annon* Davidem, (*multùm enim, tum omnes vulgò Sectarum propugnatores, etiam caſtrenſes, tum præ ceteris hypocrita Puritanúsque* Turnius, *ejúsque collega, Sacris*

*in*

*in Teſtimoniis crepandis, verſabantur,) annon* Davidem, *(inquiebant,) ætatis adhuc vegetæ, regem Jeroſolymorum, & Chanaanitidis, Ammonitici belli, Rabbathæq; vaſtandæ, curam & expeditionem Joábo commiſiſſe, ſororis filiô; Jeroſolymîs ipſum reſidentem, & in caſtra transamnanæ regionis, quæ fieri vellet, mandantem?* (102) *Nónne poſtea quoque, (ſubjungebat, ejus conſilii repertor,) bellô civilî, quod inter eum, ac degenerem filium Abſalomem, geſtum eſt, egreſſurus in aciem rex idem, prohibitus eſt à populo; coactúsque, tantiſper ipſe ſedens in urbis Ephraimæ præſidio, permittere copias legatis bellicis tribus: inter quos locum primum idem, de quo dictum eſt, Joábus tenebat? & hoc annon ideò; quòd* David unus, decem millium inſtar *cenſeretur?* (103) *Neque tamen, ex eo quoque tempore, prælîs in univerſum abſtinente rege, nónne, poſt aditum acie Philiſtinâ capitis periculum, conjuratione ducum lata lex eſt; Ne David unquam præſens ulli miſceretur expeditioni?* Ne, fortè, *caſus hoſtilî ferrô, morte ſuâ* lucernam extingueret Iſraëlis. (104) *quod ſanè* lumen, *ſui quiſque regni* Rex *eſt; ſi* vivus: *tenebræ regni, ſi* mortuus. *Hujus veritatem oraculi, ſeveri-*

**Expeditio Bavari Bohemica.**

*severitatémque, multos (addebant,) vidisse, fugisséque, postremorum quoque temporum* Reges: *quorum, ab usque Caroli Quinti, Cæsaris bellicosi memoriâ, deinceps etiã Austriaci sanguinis, vix uno plures ullus, aut rex, aut Imperator, bella* per se, *sed per* legatos *&* proreges *gesserint; aut hodie quoque gerant. Sic* Philippum Secundum, *Hispaniæ regem, in Oceano, per Sancta-Crucium; in Anglico freto, per Sidonium; in Belgio, per Farnesium Parmensem, duces: Sic* Philippum tertium, *per Ossúnam in Adria, Tuscôque marî; per Petrum Toletanum, in Insubribus, & Monte-ferrato, bellare solitos: ipsos interim aut Vallisoleti sedentes, aut Madriti: neque tamen eapropter minùs in summa rei clavum intentos. Ità quoque gentis eorum Cæsares, & Imperatores; Ferdinandum Primum, Caroli fratrem, in Hungaria, vices in castris suas, mandâsse,* Kaziáno *Cróatæ:* (†) *Maximilianum Secundum, Ferdinandi filium, Nicolao Serino, Dalmatæ; Rudolphum Secundum, in Ungaria Daciáque, Georgio Bastæ: Matthiam, adversùs Clivienses motus, Leopoldo fratri; contra Bohemicum fœdus, Tampierio: Ferdinandum demum (eum ipsum, qui nunc,* Secundi *nomine,*

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

*ne, Bohemis & Imperio nihil* ſecundum *& auſpicatum immittat, ) Bavaro ſuas partes, ac Bucquoio, committere*; procùl jaculis *ipſum*, & acie, Viennenſes inter vindemias *quieſcentem. Horum ergò tot, quà priſcorum, quà recentium*, Principum coronatorum *veſtigiis inſiſtens, rex quoque Fridericus; quidni, dum in campis arma miſceantur, ipſe tantisper in Regia Pragenſi, cum delectu conſultiſſimorum, ſeſe teneret; Oraculum caſtris, & curiis; uxori regiæ, denùo prægnanti, levamentum; palatinæ ſoboli fomentum; urbi trepidanti ſolatium; Omnibus demum, ut quæque res incaſura foret, ſolò quoque ſuî præſentis intuitu, futurus Omnia?*

XXIV. Sed adversùm hæc, ( & præſente fortaſse quandoque *Friderico*, ) diſserebatur ab Regni Proceribus, ac belli primoribus adminiſtris, audacter: ut, qui *primos reverentiæ menſes* ſenſim jam devorâſsent; & majeſtatem, aſsuetudine, vertiſsent in quandam familiaritatis imaginem; immò revera, potiùs in quoddam *libertatis*, invitâ *ſubjectione* miſtæ, ſimulacrum, & picturam. QUIS enim mortalium, Uni priùs, eíque legitimo, domino rebellium, unquam alteri poſtea, *per*

ſe ſuffecto, libenter, & diu, ſervivit? *Regere ſe putant eum debere, cuj regnum dederunt.* Tales Friderico Bohemi tunc erant: talis & Bohemis Fridericus. id quod ſerò demum hic, & animô reputavit, & verbîs dequeſtus eſt: (105) poſteaquam querelæ jam, & fortuna, pariter in ventos ibant.

Dicebatur igitur ab his, in concilio: *Tam ingentem rerum agendarum inſtare molem; ut verbis perdendis, nec cauſsa ſuppetat, nec otium. Ingruere tempeſtatem, cujus violentiáne formidabilior eſset, an irruendi celeritas; fruſtra diſputari: niſi potiùs, omiſsîs in præſenti negotiis alîs omnibus, vis viribus, & feſtinationi par impetus, occurrat. Leniùs lentiúsque fortaſsis acturô Bucquojô; ſuîs ſtimulîs nullam ulli quietem, aut reſpirandi moram, conceſsurum eſse Bavarum; fulminis alîs ruere gaudentem. Sic Donavverdam antehac; ſic poſtea Juvavienſem Primatem, ſuperventu Ducis iſtius repentinô, ſideratos; dediſse manus. Sic Anaſſi ſuperiores accolas, illi turbini procubuiſse nuperrimè; priùs pæne, quàm adeſse ſentiretur. Contra feſtinantem, properandum, & volandum. Ei Duci, Palatinum Rheni ſe natalium jure ferenti, Rheni Palatinum opponi*

*poni, fas eſſe; tametſi Fridericus etiamnum in* Electoris laticlaviâ (106) *duntaxat, & nondum in purpura regali ſpectaretur. Iret obvius leoni leo, flavo flavus: agnato-ſanguinis, ex æquo generoſus; cujus cruor & vita quæreretur, ab amico, nuper hoſtem indutô. Nam cæteris quidem, qui numerô magnô, pene totius ex Europæ populis, adversùs Bohemiæ novum regem, coëant, opibus, & copiîs; quin obviàm,* ipſe per ſe, Rex *ire debeat: ne* regem *quidem ipſum,* reginámque, *videri dubitare; propter hoſtium majeſtatem, vultu majeſtatis æqualis excipiendam. Ut arduum, ac moleſtum, ſic magnificum,* Bohemico Regi *futurum; adversùs unum ſe, frémere gentes; inire conſilia populos; in acie partum, ac partim in procinctu, fœdere, conjurationéq; ſtare totius & Europæ potentiſſimos, & Papiſmi ſpectabiliſſimos, acerrimósq;* megiſtânes: *Regem Hiſpaniarum; Auſtriaci nominis, quanta ſupereſſet, univerſam ſtirpem; Paulum Burgheſium, Sacrificorum omnium principem, Italiæ principibus ſuccinctum. è Germaniæ regulis, & exarchis, quidquid Herbipolitanô fœdere conjurâſſet adversùs Proteſtantes: anteſignanô, Duce Bavarorum. è Septemviris Imperii, Trevi-*

*renſem, Colonienſem, Moguntinum, & ipſum inſuper, (ô nefas!) Saxonem; tot nomina, capitáq; bellacia, contra nomen & caput unius Bohemorum regis. Qui proinde, quid ſibi muneris & operis in manus, ipsô cum ſceptro gladiôq;, traditum eſset, ponderare meminiſset; & exſequi. Ni fiat id; ſuper omiſſione, diverſos diverſa ſenſuros, ac ſparſuros. Malevolos quidem certè (quorum ubiq; latè diffuſa natio ſit,) malè jam nunc ſuppreſsô murmure, gannituros: Si per Legatos ſolos, ac prætores, omnis adminiſtretur belli ſumma;* Neſciturum, per ſe regere, qui, per ſe, neſciat, aut renuat, bellare. *proptérq; cauſsam hanc ipſam, inuncto coronatóq; Capiti, manuum etiam ſuperadjici laborioſarum inſignia; quoad Rex vivat, indivulſa:* Sceptrum, & Enſem: *quòd alterius, ſi ceſset alterum, (quoties ſecus juberet uſus,) nulla futura ſit utilitas; nulla gratia, neq; ſplendor. REGIS eſse, domì foríſq;, non modò jubere, ſed juſſis, exemplô vigorem addere; ſi neſciat, diſcere:* (107) *militarémq; diſciplinam univerſam, aſsequi ſtudere; nihilô ſegniùs, quàm gubernaculorum, ac Juris dicundi, peritiam. Sicut autem fabricando, fabros; & exercitando, curſores: ità mili-*

*militando, milites; ordinando, jubendo, prælian-*
*do ſuômet Marte, militiæ principes, & impe-*
*ratores, fieri. Scientiarum optimas eſſe, quas*
*experimenta propria pariant. Et alioquin her-*
*culè, ſi Bucquojus nuſquam ullus, nec Bava-*
*rus, aut Saxo, Bohemicas infenſarent terras:*
*Bohemici tamen Regis, haud ſecus, ac cujuſ-*
*vis populorum rectoris alterius, fore munus,*
*& partes; ad belli, quantumlibet etiam eminus*
*adhuc clangentis, primum quemque ſonitum,*
*armare ſemet: ad arma citare ſuos; egredi*
*priorem; educere ſuorum agmina; phalangas,*
*& legiones hoſtiles, ubicunque repererit, adori-*
*ri: ſicubi non invenerit, quærere, profligare,*
*concidere: curas, ac fortunas, domeſticas, im-*
*belliori ſexui, (cum præſidio tamen,) relinque-*
*re. dum ipſe, totus-quantus interim in armis;*
*cæteros, ad latera, circúmq; ſe, volitantes, lêget*
*ſibi, non præficiat, aut æquet: id, quod pæne*
*fieret, quoties hi tales, ſinè cauſsâ grandi, ni-*
mis-grandes, *ac* Loco Regis, *fiant. Indè*
*tumorem multis, & cornua, ſurgere; gaudenti-*
*bus, vocabulô ſe, quàm reges, pæne ſonantio-*
*re, ſalutari; dum* ducum-duces, *ac* Genera-
liſſimi, *proclamantur. Quam pompam uni-*
*verſam, ſi ſibimet ipſi Rex, in caſtris & a-*

*cie præſens, reſervet; nec in alios diſpertiat: tum enimvero pondus majeſtatis ingens accreturum ei;* monarcham, (*etiam in tentorio,*) *agenti, tantò tutiorem, quàm intrà Regiæ parietes: quantò denſiore firmioréq; plurimorum millium præſidiô Regis-tutelæ circumfusô. Quid, quòd & mutuô, coronati-capitis, & copiarum, armîs fulgentium, aſpectu, plurimum ambabus partibus acceſsurum animorum ſit, & alacritatis? quando, non ad nudam imperatoris ſui memoriam, & auſpicia, ſed in ejus ipſiúſmet oculis, præſentiâ, commilitiô, conſeri manus, & pari victoriam, in medium & commune, cuncti viſuri ſint? Hinc, multîs paribus luculentiùs auctum iri, tum in imperante, mandandi fiduciam; tum in milite, capeſſente pugnam, obſequium; exarſurô, jam non ad vicarias alicujus legati, tribunive, voces, ſed ad regii vultûs inflammatos, vivaces, præſentes, oculos, & prœlia miſcentes manus: ſuſpecturîs virtutem, tam hîs, qui* Victorem *eum volent, quàm iîs, qui* victum, *ac deletum: gloriâ parî, viri-fortis, & ſecuturâ vitam, & ornaturâ mortem. Recuſaturîs præterea legatîs, agminúmq; ductoribus, in momenti potioris negotiis, ſuopte quidquam arbitriô ſtatuere; nec, niſi*

*niſi praconſultô Rege, certaminum occaſiones ac tempora, (quantumvis idonea, ſecundáq3.) ſumpturîs, donec, ultrò citróq3 mittendîs, ac remittendis, internuntiîs, ſententia primi ſummíq3 culminis, exquiratur identidem, & in caſtra reportetur: quàm multas interim, rerum bene gerendarum opportunitates aureas, aut tralapſuras, aut corruptum iri? quæ cuncta, præſentis, & viva-vocis-oracula fundentis, Principis unicâ ſyllabâ, negante, vel annuente, ſucceſſum invenirent.* (108) *Ob hæc igitur, & alia generis ejus plura, caſtris eum, cum laude, gloriâq3, necnon, utilitate ſimul, ac neceſſitate publicâ, non, ut cæteros, interfuturum; ſed, quo modô cæterorum neminem, præſeſſurum.*

*Quæ verò contrariam ſententiam fulcire momenta viderentur; ea* colores *eſſe potiùs, quàm* ſolidas *vivásque* rationes.

*Ad Unius, in acie, vel agmine, conſpecti, Friderici regis oppreſſionem, hoſtium omne concurſurum robur, & odium. At viciſſim, ad tutandum eum, circumfuſum iri Regi, prætorianarum cohortium omnem nervum, & ardorem. Diſcrimini caput objectum iri Principis; qui caſurus, niſi caſuro pariter omnî*

rapit, aut in se: ut in medium vim omnium rerum Natura cogit. Quidam autem existimant vocem ipsam proprietatem sequi, non ut ea, quæ sunt, ita vocentur, sed ut ea, quæ vocantur, ita esse videantur. Ita enim Varro IN MEDEO, PRÆTEXTAM. Cum autem quid videtur, ut ita videatur, non sequi se Antonium, qui sentiret, ita videri, sed ut videretur, ita sentire. Item Cicero pro Cluentio. Verbum habuit impudens Græculus, ut ita videretur. Item Nævius, nempe ut Antichristum fecisse; sed ut eum videri. Item Cicero pro Cæcina. Omnium fortunæ eversæ vestræ, nisi restituetis, ut ita videantur, quæ ademta sunt. Item Sallustius Epist. ad Cæsarem. Quæ ita videri, ut sunt, non possunt. Item Cicero pro Sestio. Ut videantur, quæ non sunt, existimari. Item Cicero pro Cæcina. Ut ita videantur, quæ non sunt, videantur. Item Cicero pro Cluentio. Ut ita videantur, quæ non sunt, videantur. Item Cicero pro Cæcina. Ut ita videantur, quæ non sunt, videantur. Item Cicero pro Cæcina. Ut ita videantur, quæ non sunt, videantur.

Exemplis denique his habitis, ipse vocem existimavit ad rem, non rem ad vocem, ut mos, esse venire. Sed Dubitat, ſatis ne opus, cum Ciceronis auctoritate, ſua parte adversus Antonium, in ſubjecta Epistolæ, ſententia, ſe ſequi defendere?

Anni etiam. Ita dicitur, ut

*pſum : ſed, quantò jucundiore mortalibus immortalibúsque ſpectaculô, ſtaturum tunc in armis & caſtrîs, contra Rabbátham; potiùs, quàm, ex arcis Sionæ ſolario, per otium pomeridianæ remiſſionis, deſpicientem in pomarii ſubjecti nymphéum : irritatô, propter deſidiam illam flagitioſam, DEO; ſauciatâ lethiferè conſcientiâ; contaminatâ nuptâ, nondum ſuâ; trucidatô nuptæ maritô; turbatâ malîs domô; confuſâ Regis opprobriô gente; provocatîs, ad contumeliam Iſraëlis, impîs Ammonitîs? Quorum quidem omnium Davidis eventuum, in Friderico rege vereri ſe nullum. oſtendere tantummodo; caſtrenſi Regum labori, quàm caſtellanæ quieti, quantò plus ineſſet publicæ* gloriæ: *quæ*, ſequentes arma, ſequatur *& ipſa*; fugientes contrà, fugiat. *Hoc ipſum animô reputantem, Davidem eundem, præliorum nec antea, nec pòſt, in inclinatam uſque corporis firmitatem, declinâſſe quidquam : bellorum adæq; ſemper invictum, & inſatiabilem. In gigante Goliatho, Davidem poſuiſſe bellandi principium; in Jesbibenóbo gigante,* (109) *finem. Si poneret rex quoque Fridericus debellandi tirocinium in Duce Bojariæ; merituruſ eſſe rudem in Ferdinando Styro. poſt omnem autem,*



**Expeditio Bavari Bohemica.**

*ac totum, profligatum Antichriſtum, miſſioni donatum, emeritum, veteranúmq; proclamatum iri. túmq; demum, inextinctam ejus fore, Davidis exemplô*, lucernam: *è Reformationis Evangelicæ lucidô regnô, Papiſmi cunctîs exterminatîs tenebrîs, & ſempiternam in noctem relegatîs. Quod ergò ſui Conſilii voluerit eſſe compendium, ac quandam quodammodo præviam peroratione, adverſa pars, cùm diceret*, Manendum igitur Friderico regi, cum ſuis, illic; ubi non, niſi mandaret: *id in contrarium ſe convertere, rectiùs, ac ſalubriùs*: Eundum illi potiùs, & feſtinandum, illuc, ubi non, niſi pugnaret; *& pugnando, fortiùs Martem, quàm reſponſîs ullîs, accenderet*. Philippos *interim*, Auſtriacósque *cæteros, ſuis bellandi moribus inſtitutísque relinqueret*. Negligeret extera; curaret Sua. *Quodſi verò tanti duceret, Hiſpanica reſpicere: ſciret, ac perpenderet: Longè diſparem eſſe Caſtellanorum, in hoc, & Bohemiæ, regum conditionem. in immenſum Madritô Valliſoletôque remotiores, hoſtium eſſe belliſedes, in Africâ, Siciliâ, Belgio (quantò magis, in Orientis, cis & ultra Gangem, terrîs? aut, ad Occaſum, in Americanis?) longiùs eas diſtare, quàm Pragâ Leutomeritzium, aut Pilſnam,*

*ſnam, vel Budovvizium. Minorum regum, ad ſua defendenda, porrectiores eſſe, quàm maximorum, manus. Bohemiam univerſam, ambitûs ſpatiô contineri, diametrôque, (tam, quà lata, quàm, quà longa ſit,)* haud multò *ducentîs paſſuum millibus* (110) *ampliore. cujus proinde, ſive circa limites, ſive regionis intrà viſcera, conſerantur manus; in expedito fore, Regis accurſum. haud perinde verò, Madritô Limam, aut Mexicum, ad Occaſum; vel in terris Auroræ, Goam, Béngalam, Malaccam. qua de cauſsâ,* Proregum *illic* præſentiam, *Regum* auſpicia, *deſiderari.* Legatorum, *aeriorem in propinquo manum; legantium, majorem è longinquo reverentiam,* (111) *eſſe. quæ, præſentî ſtatu rerum,* in contrarium *útraq; 3 vertantur. Adderent his, qui diverſa ſentirent: quòd,* Philippis, *unô quopiam, per abſentiam eorum, amiſsô regnô, vel ſtipendiariô populô, decem alibi, vel viginti trigintáq; 3, ſuperſint regna, provinciæ, gentésque vectigales: & in claſſibus, omnem per Oceanum, onuſta gazîs, emporia natare. Regem Fridericum, ſi, quieti ſepoſitus, & caſtrorum intactus, Unâ, per abſentiam ſuam, Bohemiâ (quod DEUS omen prohibe-*



Digitized by Google

*hiberet!) excideret: ecquas, poſt hanc, Bohemias alias, aut aditurum, aut adnavigaturum? undénam ſumptus, ac victum, nedum victoriam, & triumphos, extorſurum? præſertim, & Rheni tunc ditionibus aliena cedere poſſeſſioni geſtientibus: &, ob ea, domini veteris receptui ſe ſubtracturîs.* Semel ab Hoſte ſuperatis, ad opem clauſas & Amicorum opes eſse.

*Quòd ſub extremum, Hiſpanicorum regum otioſis, extra caſtra, certaminum arbitriis, etiam Auſtriacorum adnecterentur, ejuſdem quietis, exempla; Ferdinando quidem certè poſtremo, (licèt alioquin hoſti ſuo) nihil excuſabilius, quàm*, Viennæ ſediſse; *nihil falſius, quàm*, procùl telîs & jactibus, egiſse: *quando conſtaret, eum urbi ſuæ præſidio, non urbem ei ſpectaculo, fuiſse. Turriani quoque Comitis, & Gaboris (nunc Regis,) jactis in mœnia pilis ignitis, paribus in eorum caſtra reſponsîs eundem occurriſse. Cæterîs, ante Ferdinandum hunc, Cæſaribus, ad primum uſque Ferdinandum, retrò diſcutiendîs, quis eorum, aut cur, per vicarias potiùs, quàm ſuáſmet, manus, pugnas obierit; operam gratìs inſumptum iri: quippe, quibus, ſuper omnes efferentibus ſe, pro tota ratione, ſuum fuerit placi-*

*tum*



Digitized by Google

*tum, ac voluntas : & quorum ſecùs facta, quàm fieri convenerit, Majeſtas protexerit ; apud illam familiam inveterata : Palatiniana verò ſtirpi, necdum annua, nuperq; (ſi verum audire placeat) cœpta, naſciq; viſa. Quòd ſummatim poſtremò ſententia diſſentiens alicubi convolvat ;* Satìs tempeſtivè venturum in caſtra regem, ſi maturô ſatìs certaminis imperiô : *nunquam eum maturiore dimicandi juſſu compariturum, quàm, impræſentiarum, ſemper ſe ſuorum oculis ſiſtendo.* Futurum omnibus Omnia, *non, ſi Pragæ ſe teneat,* cuſtodis titulô Rex : *ſed, ſi pro Praga, regnô q;, foris Heroëm agat. Ad ſummam !* Davidem hunc, (112) Unum *fore*, pro decem millibus ; *ſi prœlians, hoſtium* decem millia *redegerit* ad Unum.

XXV. In hanc ſententiam, etſi tempori tunc, rerúmque conditionibus, quàm conſuetudini temporum, convenientiorem ; cùm diſceſsum eſset à plerisque, militiæque potiſſimùm adminiſtrîs primîs (*Anhaltini* Principis nullâ penitùs æmulatione loci, jam non, ut antehac, in caſtris primi ;) *Friderico* quoque, ne, repugnando, turbis novis daret anſam, conſenſui multitudinis manus dedit :

Expeditio Bavari Bohemica.

dedit: &, naturæ quoque bonitate quadam, facilè, quà ſuaſu præires, ductilis; expeditioni ſeſe, caſtrísque, compoſuit. Ante cætera verò, nequid indiſpoſitum *Pragæ*, vel privatim in domo regia, vel tribus in civitatibus publicè, poſt ſe reliuqueret: primò *filium* ſuum, natu maximum, (113) *Henricum Fridericum*, ſeptimum tunc agentem ætatis annum, ac nuper ab Ordinibus regni deſignatum patri (ſi decederet is) ſucceſſorem, ut aliô ſuperiùs locô memoratum eſt; abduxit Pragâ, ſuômet ipſius, ac *Prócerum* aliquot, (utî Peſsíma quoque tradit, ac loquitur,) *aulæ ſuæ præcipuorum*, comitatu ſeptum: transtulítque primò *Brandiſium*; locum, à tertio milliari, ripæ lævæ fluminis *Albis* imminentem. Indè verò, *Berlinum* Brandenburgicum eum devehendum curans, ad *Joannem Sigiſmundum*, Imperii Romani Septemvirum, Reformatæ religionis etiam ipſum nuper partes amplexum: ſubmonuit utique, *Meminiſſet, ſe fortunæ patris utrique ſeponi, reſervaríq; ſi bonæ, ſecundáq; ſi rediturum, Bohemici culminis, ut collegam; ſin adverſæ, parentíq; funeſtæ, tanquam hæredem olim, ac poſſeſſorem.* In hæc, lacrymæ, complexus,

plexus, & alterius ab altero mœſta divulſio: ſed *Palatini* feſtinus in regiam *Pragenſem* reditus.

Secundùm hæc, ad Septembris diem decimum quintum, ſollicitâ *Friderici* præcipuâque curâ, (nam ejus maximè res, ac ſalus, agebatur,) ad defenſionem *trium-urbium* bellicus omnium generum fit apparatus. inſpectio mœnium, turrium, munimentorum, quàm unquam aliàs, intentior; &, ex armamentario, machinarum, ex ære, prægrandium, magnus in editiora loca numerus rotîs ſubvectus; ac foris, pro fronte murorum, paſſim conſtitutus. Ad ſaga demum, & arma, populus certatim vocatus, ac ruens. In Bavarum, Bucquojum, Ferdinandum, ſigna, conclamationes, tubæ. Fine menſis, quem diximus, appetente; convocatis in Senaculum primoribus Ordinum-regni, *Fridericus*, regiam conjugem, ſobolem, ſuîque fidam memoriam, obſervantiámque, commendans; è comitio frequentiâ magnâ deducitur, ad præparatam expeditioni quadrigam. Eâ conſcensâ, pridie diei, quo Catholicîs antehac faſtîs *Archangeli Michaëlis* memoriam Eccleſia recolebat, ipsâ nempe Divi *Wenceslai*,

Expeditio Bavari Bohemica.

Digitized by Google

*ceslai*, Bohemorum Principis, ſollemnî luce, comitatu ſplendidô proficiſcitur in caſtra; quæ tunc Bohemis (utì Czechorodius Phoſphori ſextô Radiô loquitur) ad *Brezeznicium*, aut, ut Bellus librô quartô Laureæ nominat, ad *Klingenbergam* erant; locô, qui milliariûm octo ſpatiô Pragâ diſtabat. Quò cùm veniſset; continuò rumor in omnem circumquaque Bohemiam diſperſit: *Friderici regis in extremo fortunas eſse. niſi præſente rege, nolle præliari regios. Hoſtium autem prætoriana caſtra, milliarî non plus unô, remota regiis à caſtris, locô, cuj* Morawizio *nomen. Indè mox, ad manus utrimque ventum iri.*

Quo factum eſt, ut, quæ res prudentibus valitura viſa fuerat, ad animanda Bohemorum pro *Palatino* ſtudia, ſimulac iſte, præſens in hoſtem ire, conſpici cœptus eſſet: éadem, mirandâ caſuum humanorum volubilitate, deſubito ſeſe verterit in formidinem publicam, & animorum popularium dejectionem, ac rerum omnium deſperationem extremam; relinquentibus paſſim omnibus omnia, quæ ſecum efferre nequirent: & è villis, pagîs, arcibus, ac minoribus oppidîs,

dis, *Pragam* refugientibus. Ea tunc, conſternationis publicæ receptaculum erat. (114)

Hîs nihilominus ſuorum terroribus aut *revera* Fridericus, aut *diſſimulatione* fluctuum mentis, imperterritus; pavorem eximere militi ſuo conatur, oſtenſione fiduciæ; quam collocatam in *Ungaricis*, à Gabore ſibi promiſsîs, ſubſidiîs haberet. Ea propediem adfutura, denuntians; utì fidem aſseverationi faceret, paullò pòſt è caſtris, ad *Sezſchinum* tunc locatîs, expeditô, qui Pragam feſtinaret, curſore, præfectis fabrûm mandat: ut è ripa Multaviæ fluminis déxtimâ, quam adjaceret *Kœnigsſála*, pontem ducerent nauticum, in ripam adverſam; trajiciendis, ut primùm adveniſsent, auxiliis Ungaricis. Ex quo mandandi modô, facilè ſtatuamus: caſtra *Palatiniana*, diebus illîs, quibus exſpectabantur Ungari, trans lævam amnis Moldæ ripam poſita, tractum *Circuli* (quem appellant) *Podbederenſis*, Occaſum versùs, inſediſse. Sed ea *Friderici* ſpes, de *Pannonum Inferiorum* in prœliis uſu, quo temporis articulô potiſſimum eorum operæ pretium futurum fuerat creditum; haud ſecus, ac Pompeji quondam, (in acie Pharſalica Cæ-



**Expeditio Bavari Bohemica.**

ſari concurrentis) de *copiis equeſtribus* (115) concepta fiducia, caduca fuit: ut in loco reddemus.

Sed inter hæc, Bavariæ DUX, & Carolus, Bucquoji Comes, rerum in caſtris ſuarum ſtrenuè ſatagebant. quorum idcirco geſtis narrandis, utì cœpimus, ad dierum temporísque ſeriem redimus.

XXVI. Ac *Maximilianus* quidem, viceſimô quintô Septembris die, ſurſum versùs, ad Boream, cum exercitu pergens; *Budnam* acceſſit, murîs cinctum, & turribus munitum, oppidum. quod, inter *Moldam* ac *Malczam* amnes, ſitu ferè mediô conſtitutum, præſidiô *trecentorum*, ſclopetîs & gladiîs armatorum, ſed ex agris & plebe collectæ militiæ, tenebatur. Hi, ſimúlque cives incolæ, miſso, ſub ejus adhuc diei veſperam, feciali, cum tuba, cúmque mandatis, *ut Ferdinando Cæſari, legitimo ſuo Regi, poſitîs armîs, ſeſe ſubmittant*: reſpondent, *Correptîs armîs, pro Friderico rege, ſibi lectô, ſuprema quæq; facturos, ac paſſuros*. Continuóque fiſtulîs æneîs, minoris formæ (quòd grandiores deeſſent,) expeditîs, earum exoneratione, nunquam intermiſsâ, Bavaricum mili-

militem, & tunc, & multam inſuper in noctem, imò, poſterâ totâ luce, jam ultrà meridiem productâ, laceſsunt, & infeſtant. Cùm autem, haud ità procul pomœriô *Budnæ*, foris, ſuccenſorum antehac domiciliorum parietînæ ſupereſsent, inanes cæterà, niſi, quòd urticîs, ac virgultîs horrerent, & ab imprudente bellicorum eventuum urbe, relictæ neglectim fuerant: haud fefellit iſta bene gerendæ rei facultas, & occaſio, DUCEM. Hujus igitur ad mentem mandatúmque, beneficiô tenebroſæ noctis adjuti, qui baliſtis præerant; tormenta currilia ſtatuunt, intrà cæca parietum: numerô, qui rei deſtinatæ patrandæ ſufficeret. Cum primo deinde diluculô, metállinis è cannis in muros, & oppidi tecta, grandes undique pilæ ferreæ volitare: ſimul autem è caſtris, ad urbem poſitis, indefeſsâ jaculatione plumbum ignitum, & vomentes ignem piceum ſphæræ, granîs lethiferîs fartæ; culmina domorum, muros, turrésque, lacerare: donec, adhærente tignis trabibúsque flammâ, perfracta ſimul urbis porta, ſimùl portæ reſiduum, deflagrare cœpit. Tum demum, etſi planè pluſquam ſerò, ſed ſcilicet plus nimiô



Pugnæ campeſtres.

benignum in Victorem íncidens, *Budna* Cæſari ſe, ſuáque, ſub *Maximiliani* manu, permiſit. Is conditiones victis has tulit. *Qui rebellionis ſeſe capita principiò, poſtea verò flabra, præbuiſſent civibus; ii comprehenſi, diſcuſsâ, militaris quæſtionis ordine, convictâq; culpâ, plecterentur. Præſidium, è provinciali multitudine lectum, unà cum ductore ſuo, dimiſſum, in præſens vitam retineret; ſarcinas, & arma, victoribus relinqueret. civitati, ſuprà meritum, ab incendio, vaſtitate, ferrô, maneret incolumitas.* PATREM-PATRIÆ, dixiſſes, intrâſſe *Budnam*; non *hoſtem* urbis, aut *Judicem*. Nec de clementia DUCIS, queſtus exercitus eſt; quantumvis, à pervicacia Budnenſium, hoſtiliter ipſe, per id biduum, habitus. quo toto biduô tamen, noſtrorum *vix ſex* occubitu, bellatum eſt. Hæc à *Maximiliano* tunc, eo locô, geſta ſunt, ad viceſimum quintum, ac ſextum, Septembris diem. quo tempore *Pragadizium*, in vicinia, contrarius per omnia rerum eventus excepit, & adverſa belli fortuna peſſum dedit.

XXVII. *Pragadizium* autem hoc, de quo ſermo nobis, quódque diversîs ab hoc nomi-



Digitized by Google

nomine nominibus, ac litterarum notîs, apud diverſos exprimitur; (116) urbs eſt, antiquitus jam, *ſalis* per Bohemiam *negotiatione* nobilis (117): & ad latus *Budovvizii* medio ferè, *Moldam* inter ac *Malczam*, (ſicut *Budna*,) ſpatiô ſita; ſed infra Budnam, in Auſtrum, haud ità procul diſtans Rejnbergâ, caſtellô montanô: propinqua quoque transitui, quem *Callem-Aureum* vulgò dicunt, *Paſſavium* versùs è Bohemia tendentem. Hæc, ab incolarum ejuſmodi genere tenebatur, quod olim, utcunque tandem, profeſſione *Catholicum*; noviſſimè ſe rebellioni Bohemorum, adversùs Cæſares ac reges ſuos, adjunxerat: ídque coactu maximè *Mansfeldii nothi*: qui, vî captam, præſidiô militarî, legibúsque Directorum, frænabat. Superveniens autem rebus, ità geſtis, *Balthaſar Marrádas*, Cæſarianorum ductor, (de quo dictum ſæpius eſt, ac dicetur poſtea quoque,) ſed cum exercitu *quatuor* haud ampliùs *millium*; tormentîs tamen militaribus inſtructus, & jaculatione pilarum grandium formidandus: ad rei ſummam nihil profecit; reſiſtentibus, qui mœnia defendebant, ope ſummâ Mansfeldianîs: & ipſo



Pugnæ campeſtres.

tunc *nothô*, cum ſuppetiis Bohemicis, haud procùl tendentibus, & in opem accînctîs. Quocirca *Marrádas*, obſidione ſolutâ, nec, niſi villis aliquot, ac prædîs domibúsque ſuburbanîs, incendiô vaſtatîs; de cætero, rebus infectîs diſceſsit: omniáq; deinceps integra Duci Bojorum, & Bucquojo, reliquit.

Dum ergò *Budnam* Bojus oppugnat, & capit; *Pragadizium* Bucquojus, cum copiis ſuis omnibus, ad Septembris itidem vigeſimum quintum, & ſextum, aſsultat. Qui tutabantur urbem, Mansfeldiani juxtà, civésq;, poſt Marradianam nuperam repulſam ferociùs inſolentiúsq; loquentes, & agentes; invicem & Bucquojanos, cum ductore ſuo, commotiores, animoſiorésque, repererunt. Sed, jaculationis contentione, *Pragadizianîs* primò validioribus fieri visîs; Bucquojus, *vanam* militum, *ſinè viribus* baliſtarum, *Iram* fore, judicans: in caſtra *Budnaa* ſubitò mittit, à DUCE Maximiliano rogatum machinas aliquot curriles. Quibus libenter conceſsîs, ac raptim ad *Pragadizium* tractîs: Cæſariani, reſumptô pridiani furoris impetu, quatere tormentîs mœnia; disjicere propugnacula; pérque murorum ruinas, & pervia muni-



Digitized by Google

munimentorum, impulſu ductoris, irrumpere; cædere, jugulare, ſternere, quidquid in præſidio militum, in oppido civium, & incolarum, deprehenſum erat: nullo vel ſexûs diſcrimine, vel ætatis. quippe, judicante ſtragis auctore, *Vivere non oportere diuturniùs eos, qui mori, quàm non rebellare, mallent.* Per *cadaverum* ergò magìs, quàm *platearum*, ſtrata victor miles ac ductor militis, ſtrictîs, & promiſcuè cruentatîs, gladiîs incedentes; poſteaquam, qui trucidari poſſet, non ſuperfuit, lanienam finierunt: cædíque deſitum eſt, languidiore demum ad ictum, hebetioréque, ferrô; quàm, ferrum-rotante, manu, feriendíque voluntate. Dicere videbantur tantæ cædis otioſi ſpectatores, *Hoc voluerunt: hoc habent! Sic omnibus, qui paria faciunt, pati-paria contingat!* Bucquojus, ante cæteros, ad tantæ ſeveritatis diluendam invidiam, in ore viſus eſt habere, quod in animi latebris: *Cædendo Pragadizianos ad internecionem; necem neci rependimus,* (nam ſuorum *ſexaginta* Bucquojus amiſerat:) & *internecionem noviſſimam, audacia rebellionis veteris: exemplô, cæteris deinceps conjuratis ad terrorem profuturô.* Nec inanis iſta fuit



Pugnæ campeſtres.

divinatio : quippe, compluribus deinceps rebellium oppidîs, & arcibus, clade *Pragadizenſium* (poſtquam præſertim & *Piſecka* mox ad cumulum, utì dicam, acceſſit,) conſternatîs, & ad obſequium redúici cœptîs. (118) Plus itaque *Pragadizium*, extinctum *eo biduô*, ſuo profuit regi, documentîs obedientiæ, dominis reddendæ, poſt ſe relictîs; quàm incolume, *totô* retrò *biennô*, malè fortaſſe fidum, ei detrimentorum intuliſſet. Tunc loqui, *mutum* quoque cœpit : *Diſcerent ſuperſtites urbes juſtitiam*; *& non aſpernari divos*, aut divorum vindices : nec aſsueſcere, venalem, inter fidem ac perfidiam, alternare mentem. Cujus ſanè, mobilitatis æquè *præludium*, ac ſubſecutæ calamitatis *imaginem* nonnullam, *Pragadizium* iſtud ipſum, belli jam olim *Huſſitici* temporibus, adumbrâſse reperio. qua tempeſtate, quod narro nunc, id geſtum eſse, veteres annales exponunt.

XXVIII. Joannes *Troſnovius*, Bohemiâ quondam universâ, necnon & Auſtriâ Borealî, celebratus famâ, qualî quondam per Italiam, & *Hiſpanias*, Annibal, cladium illatarum frequentiâ faſtum ejus augente : quo-

Anni 1620. Leo Galeatus.

Digitized by Google

quoniam, adhuc *junior*, pugnâ quadam *oculum unum* amiſserat, ZISCÆ (quod eſt, *Cæci.*) nomen invenerat: quòd autem, Rabum oppidum oppugnans, *alterô* quoque, jam *ſenex*, orbatus eſset; id jacturâ geminatâ confirmârat. Is vir, quantùm manu bonus ac ſtrenuus, tantùm animô, ſectæque ſuæ ſtudiîs, improbus atque ſceleratus; annô circiter, poſt milleſimum, quadringenteſimô decimô nonô, locô planô, Budowiſium inter & Pragam, ſitam antiquitus in editiſſimo, petricosôque, jugo, ſed poſt hæc bellîs crebrîs exciſam, munitionem, in urbis formam ac firmitudinem erexerat: ídque fecerat *ſuorum* quodammodo, perenne ſpoliarium, & *aſylum*, ad Luſinizium amnem, opportunè præterfluentem. Ei verò munitioni nomen impoſuit, *Thábore*m: hoc eſt (utì ferunt) *vallum*, aut *propugnaculum*. (119) Eô contraxerat, utì Romulus in lucum quondam ſeptáque ſua, manu fortium, ſed audaciâ perditiſſimorum, mortalium multitudinem ingentem; *Huſſitica* plerosq; pravitatis: *Huſſii* quippe doctrinam & ipſe profeſsus, & ad eandem amplectendam, nullos non inducere, pertinaciſſimus. Is, ſub hæc, ſelectiſ-



Pugnæ campeſtres.

ſimum quemque, ſuîque quàm ſimillimum impietatis imitamentô, compoſuerat ſub ſignis *Ziskæis*, in manipulos, ac turmas, juſtíque cujuſdam exercitûs formam. quam ſceleſtorum multitudinem, barbaram prorſus, & truculentam, vulgò nominabant *Huſſitas Thaboreos*, à loco, quodammodóque cunabulîs, unde prodierant. Adeóque, per decennium maximè, geſtorum famâ vocabulum iſtud triumphare cœperat; ut idem jam *Huſſites* eſset, ac *Thaborites*. donec ſenſim, Huſſii ſectatorum gens univerſa, ſe ſcidit in *Procopianos* etiam, (ſic à ductore nominatos) & *Orphanos* (qui ſe, Ziskâ *peſte* ſublatô, ceu patre deinceps deſtitutos, ultrò ſic cognominârant): indéque *Thaborítæ*, pars duntaxat, & non univerſum *Huſſii* regnum, eſſe juſſi ſunt.

Cæterùm, cum iis, quos dixi, *Thaboritis*, quàm diu quidem in terris egit, *Tromovius Ziska*, per omnem circumquaque volitare ſuetus *Bohemiam*; Ægyptiacæ grandinis inſtar, omnia devaſtabat: templis præſertim infenſus, ac baſilicis; quotquot reperiſset, non *DEO ſoli*, ſed *Divorum*, ex hominibus aſsumptorum, *Memoriæ*, dicatas. Has

Anni 1620. Leo Galeatus.

Has tales, ad unam omnes, tum ſuopte furore, tum de ſuorum ſententiâ, certus, & exorſus, exſcindere; paſſim aſciîs, ligonibus, malleîs, admotîsque facibus, in eas ſæviebat. imagines, tabulas, ſimulacra, ſtatuásque Cœlitum, abolebat: *religioſos* homines *porcorum* numero ducens, quos de reditibus ſuis clauſtra ſacra *ſaginarent*, (120) extrudebat, imperiîs armatîs, in loca liberiora, nec ſuæ profeſſionis. Populorum Catholici-ritûs querelas, ob hæc ortas, & odia, conſpuebat: pontem Pragæ lapideum, & arcem Wiſſehradenſem, armatîs complebat: &, cùm pontem convellere nequiret, nec pilas ejus ſaxeas, aut aquas Moldæ ſubterlabentes, exurere; magnificentiſſimam, ac *tredecim* fulgentem *templîs*, (121) quam dixi, *Wiſſehradenſem* arcem, ruinæ pontanæ ſubſtituens; diripiebat, diruebat, incendiô delebat, annô, poſt milleſimum, quadringenteſimum, viceſimô. *Sigiſmundi* Cæſaris, adversùm ſe, ſuósque Thaboritas, miſsum equitatum, duce *Nicolaô* quodam, contemnebat: ad *Auſcam*, locum *Thábori* contiguum, equitum ejus copias fundens; & equos eorum mille, captos, abducens. Aliô, cum eodem genere mili-

Pugnæ campeſtres.

Digitized by Google

militum Cæſarianorum, ad *Auſcam* eandem prœliô, *pedeſter ipſe*, concertaturus; animadvertit *luſcus*, ſed oculîs animi perſpicax, & callidus, ad *Auſcæ* latus aſcenſu, propter acclivitatem difficilî, ſuperatô, patére *ſenticetum* quoddam, latitudinis, ac ſpatii, propoſito ſuo peropportuni: quà, ſi cum ſuis ſimulatâ fugâ curſurus eſſet, iter *peditatui* ſuo futurum expeditum; equitibus autem, fugientes inſecuturis, neutiquam uſui, niſi, celeriter dimiſsîs equîs, omnî contentione, pedéque liberô, *Thaboræorum* in tergis hærerent. ídque conaturos eos, indubitatè prædicebat. Scortorum igitur, & uxorum, agmini, quod caſtra comitabatur, præcipit; utì locum illum, quem dixi, dumoſum, & inhabilem equitatui, præoccupent: eúmque, direptîs ſibi capitum peplîs, pectorum mammillaribus, ac pedum ſupparîs, totum inſternant: ac porrò profugiant. Obedienter id factum: ac *Ziſka*, ſimulac tempus viſum, & locus in conſpectu fuit; omnî cum phalange ſuâ, fugam illuc, quô deſtinârat, intendit: formidine, non verâ, ſed perſonatâ. *Veram* autem rati Thaboritarum hoſtes, in eos, effusè fugientes, concitatos & ipſi pernici-



Digitized by Google

niciter equos effundunt. Sed ocyùs, equitandi deprehensâ difficultate, planè deſperandâ, deſiliunt equîs, quos calonibus committunt. ipſi, ſicut erant ocreati, cum ponderoſis & præacutis illius moris ævíque calcaribus, *Ziskæos* inſequuntur: ac, per ardua nitendo, præconſumptîs viribus & ſpiritu, tandem in locum íncidunt, ſentum illum, linteísque muliebribus inſtratum. ubi, pergere conati, progreſsu nihil proficiunt: quippe, calcarium cuſpidibus inhærentia pepla, plagulásque, cum laciniis, poſt ſe trahentes; impedimenta, progreſsuum pariter, atque cædis hoſtium. Quo proinde *Ziskæ* conſpectô, cum ſuis, omiſso fugæ figmentô, reverſus in implicitos linteîs adverſarios, irruit: maléque repugnantes, & *immundo* muliebri *mundo* maledicentes, occidione delet: equîs, calonibus, ſpoliîs, ac victoriâ, potítur; pæne per luſum, & inſultationem, *tragœdiæ* ferocis *actor*. (122) Quâ tamen ipsâ, mox alias alibi lanienas repræſentavit, atrociores: inter quas & illa fuit, quam *Pragadizio* dedit; exitu, per omnia lamentabilî.

XXIX. Venit eô, cum *Thaboritis* ſuîs, eádem illâ bellorum tempeſtate, qua per decen-

**Pugnæ campeſtres.**

decennium vitæ poſtremum univerſam pervadebat Bohemiam, & Auſtriæ finitimæ partem, *Ziska*. Reperit urbem, *Catholicis* adhuc ſacris addictam; alienam autem à doctrina Joannis *Huſſii*; quam is, annô poſt Chriſtum natum milleſimô, quadringenteſimô nonô, ſpargere de templorum cathedris orſus erat. (123) Ad famam imminentis Pragadizio *Ziskæ*, coorta formido civium ingens erat. nec tamen ab animoſioribus mœnia deſerebantur; fortiſſimè propugnantibus, aliquoúsque, pro focis & aris: donec, prævalente *Ziskâ*, demum urbs capitur; &, quod incolarum occurrit, interficitur, victoriæ licentiâ. Seorſum autem, merâ ſolâque deteſtabilis-*Immanitatis* libidine (quam illa *ſectaria natio* geſtorum ſuorum *magiſtram* habet) *centum triginta quinque Pragadizzani*, Thaboritarum ferreîs, & aculeatè quoque (reor) clavatîs, tribulîs, mergitum more contunduntur, & excruciantur; ad uſque ſpiritûs expreſsionem. felices! ſi pro ſanæ religionis tutelâ ſanguinem, ac vitam, elegerunt profundere: *frumentum Chriſti facti*! (124) tribuláq; barbarica pro *beſtiarum dentibus* experti.

Super-

Anni 1620. Leo Galeatus.

Supererant autem illi carnificinæ, cuj ſe ſubduxerant, inermium adhuc incolarum aliqui; cum *Sacerdotibus octoginta quinque:* qui templi *ſacrarium*, clathrîs (ut vulgò fit) ferreîs feneſtratum, occupantes; januam robuſtam, ac præferratam, poſt ingreſsum clauſam, repagulîs introrſum firmiſſimîs oppeſſulârant. Sed venit illuc quoque, cum ſuo ſacrilegorum agmine, dux *Ziska*. qui, priùs quàm templi limen contingeret; dum ſacrarium forìs præterit, conſpectô, per feneſtras perſpicuas, congregatorum illic cuneô, cognitóque, fores obſeratas, (adhuc enim oculorum alterutrô vigebat); *Vos*, clamat, *huc introîſtis; ſed indè non exibitis. Incluſiſtis vosmetipſos, noſtræ religionis hoſtes: & incluſi manebitis.* At illi, conglobati ſtantes intus, ac flentes, cœlo manus, & ad *Ziskam* vota vocésque, levando; *Nos miſerrima* (clamabant) *& armorum contra te*, (ſicut cernis,) *nuda neſciáque turba; precamur, & ſupplicamus, vita nobis gratiam facias: & miſericordiam exhibeas!* *MISEREAMUR IMPIORUM?* ait Ziska, *qui non diſcent benefacere: quod Iſaias queritur.* (125) *Immò verò* (vociferantur illi) *facere bene, poſthac, parati ſumus,*

**Pugnæ campeſtres.**

*mus, & Credere.* Facere, *ſi faciendi nobis, cum vita, ſpatium concedas:* Credere; *ſi credendi formam, ex Huſſii fontibus haurire ſinas. Et hoc,* Omnes oramus, (addunt) *Omnes, unâ mente, voce: ſacerdotes, & ſacrorum ordinum exſortes.*

Quódnam, & quale, *Sacerdotum* id genus (*profanos* enim non moror) fuerit, quod vivere ſub legibus hominis, propter hæreſin combuſti, quàm in Eccleſiæ veræ ſinu mori, præoptârit: parùm compertum habeo. num ii vitâ, ſenſúque de divinis, inculpabilî, priùs ſuo populô prælucentes: an potiùs (ut illa quoque tempora ferebant) moribus fluxîs, & cultu ſacrorum amphibiô, partem in utramque titubantes, impulſúq; deteriorem in partem faciles? ſi præſertim à vero non ſit alienum, quod, dubitante nullo, Scriptores ætatis ejus univerſi ferunt; (126) ipſum quoque tandem Pragenſem Archiepiſcopum, *Conradum* Wedam, Albîci (Medici juxtà Præſúlísq;) ſucceſſorem, poſtquam Sigiſmundum Imperatorem, necis Huſſianæ præſidem, Bohemiæ regem inaugurâſſet, ad *Huſſitas* defeciſſe. Tali modô, *Sacerdotium* etiam illud, ac *vulgus*, ſacris adytis incluſum,

Anni 1620. Leo Galeatus.

Digitized by Google

cluſum, ſpondebat, *ad Huſſii doctrinam à Papatu ſe transiturum*, & (quod verbum uſurpabant) *ſeriò Converſum iri*, ſi vita concederetur. Quibus tamen raucùm intonans, ac barbarè, Ziska; *Non iſtud* (clamat,) *non eſt iſtud Converſionis tempus, ſed Ultionis, ac pœnæ! Moriendum, ſceleſti; moriendum, & ardendum eſt!* Cúmque dictô, congeſtîs circùm ſacrarium circulis, ac ſertîs piceîs, & aridi ſarmenti vî magnâ; faces eis applicuit: ac collectos intus, miſerandîsque lamentîs ejulantes, ad unum omnes, unà cum Sacrario, redegit in cinerem, ac favillas.

Infelix utique, Deóq; penitùs inviſum, *holocauſtum*, cum grandibus, ac lethiferis, conſcientiæ plagîs *immolatum*! quibus tamen, (ſi voluiſſent ipſi,) paratum medicamentum erat, præſentiſſimum: In animo, dolor; in ore, confeſſio ſuorum ſcelerum; tantâ presbyterorum in promptu copiâ, per quam noxis expedirentur. Id remedii ſi pertinaces contempſerunt, & (in ſummam!) pœnitudine ſufficientî defectionis ſuæ promiſsum, ac voluntatem, palàm declaratam, palàm itidem retractâre neglexerunt, (qua de re, librorum annalis memoria filet:)

I nem-

**Pugnæ campeſtres.**

nempe, transfugæ deteſtabiles, ab Uniushoræ Ziskianis flammîs, ad *incendia* deſcenderunt *Æternitatis*: & quibus, Martyres fieri CHRISTI, viâ cruciatuum utrimq; parî, promptum obviúmque fuerat; ii, victimæ facti ſunt, ac buſta, Sathanæ: conteſtante DEI præcone Paulô; Quiſquis hæreſi ſeſe tradat, manifeſtè *Subverſum*, ac *ſuopte judiciô condemnatum*, (127) eſſe.

XXX. *Pragadiſianorum* hæ, quas attuli, fuêre, fatalibus ſimiles, calamitates; certîs temporum evolutionibus in ſeſe quodammodo recurrentes. (**) Quarum occaſione, viſum nobis è re natâ fuit, in *Ziska* quoque memoriam, hominis licèt exquiſitè nequam, excurrere nonnihilô largiùs; geminas ob cauſsas. *Primùm* quidem; quia per omnem hunc librum, enarratione bellorum, univerſam ultrò citróque Bohemiam toties percurrimus: ne *Ziska*, Bohemorum famoſiſſimi *Polyphémi*, paſſim impreſsa *Cyclopica* feritatis veſtigia, neſcîſse crederemur; aut per ignaviam præterîſse. Quo neglectu, noſipſos præſtaremus, ſimillimos iis; qui, Româ luſtratâ, Romam omnibus promiſcuè jactant; nullo non angulo tractúque, foris & in-

& intus, visam, ac revisam. solummodo, Tiberim se vidisse nullum, aut advertisse, confitentur. Deinde, ne, *Pragadizianorum* lectâ calamitate novissimâ, per Bucquojum illatâ, *sævisse* quispiam clamaret Comitem (ut & *Pisseckæ* paullò pòst, & Bucquojanos, & alios,) *nullô* superiorum temporum *exemplô*. Videmus enim hîc, in unum idémque Pragadizium, effusam, & *Bucquoji* bilem, & *Ziskæ* barbaram immanitatem; sed, caussæ magnô discrimine, Comitem excusaturo; Ziskam autem omnibus dirîs devoturô. Pragadizium enim postremum evertit, *Bucquojus*, ob *perfidiam*: priscum, *Ziska* perfidus, ob *servatam* sacris priscis, Cæsaríq;, *fidem*. Postremò, rigidus tunc, & asper, *Bucquojus*; in reliqua temporum, ut plurimum mitior. *Trosnovius* contrà, semper, & in omnes bonos, atrox; in malos, ubi libéret. Sui passim commodi quæstu, sævus: ubi lucrum aberat; malus nihilosecius, vel gratuitò, fuit: coævis pariter, ac post se nascituris, noxius, & pernicioſus, ubi posset: ubi nequiret, quavis aliâ viâ turbulentiæ molestus. Nam optâsse, suasissève, pro comperto traditur, (Ne cujusquam ullam vel animo, vel



Pugnæ campestres.

auribus, pacis, & requietis, partem poſt ſe relinqueret;) *Suam* mortui *pellem*, à coriario ſtudiosè ſubactam, ac præparatam, extendi ſuper circinum ferratum; & malleolorum globosîs capitibus impelli. Sonitu namque ſolô, pellis antiquum dominum agnitum, fugaturum omnes, ubicunque locorum repertos, hoſtes, in ultimam uſq; Thulen. Ità, pro *Ziska mortuô*, ſuperfuturum ſe, bellicum *Mundi tympanum*, nimis quam vivum. (128) Sed nos ad expeditionem redeamus, duorum ducum, & exercituum eorum; reliquam per Bohemiam volitantium.

XXXI. Allatô certîs nunciîs, & auctoribus, circiter viceſimum ſeptimum Septembris diem, è tractûs Rhenani ſuperioribus terris, de ſecundiſſimis expeditionis Belgicæ progreſſibus: quantâque celeritate legatus Alberti, Belgarum principis, *Ambroſius Spinola*, Venáfri Marchio, locorum, ad Friderici nuper Exarchatum pertinentium, & cis Treviros, Moguntiam, ac Vormatiam ſitorum, potitus eſſet; ſignatè verò, non ignobilium oppidorum, Alzhemii, Caubi, Bacharáci, Creizenáci, cum Oppenhemio, cæterarum urbium illic capite: cognitô præterea,

terea, quantâ Bavarici militis virtute, *Mansfeldius nothus*, cum ſuorum prædatoria manu, rejectus à limitaneis excubiis, Eſchelcámi, Furthi, Neokirchii, retrocedere coactus eſset; ſpoliorum illorum inops, quæ ſuis, è direptione Bavariæ, promiſerat, ſed pòſt, ex ipſis Bohemorum rebellium raptîs fortùnîs, repræſentârat: (129) Hîs, inquam, in caſtra noſtrorum nuntiatîs, exercitûs utriuſque bellandi mirè crevit ſtudium, & exſcindendæ rebellionis accenſus eſt ardor; æmulatione paris, è virtute, famæ. Quo factum eſt, ut, *Boici* præſertim, impatienter admodum *tridui* moram illam ferrent, quâ, *Budna* tenere ſe, compellebantur; quoad Pragadiziô ſe commoveret Comes *Bucquojus*, rerum illic componendarum, neſcio quarum, neceſſitudine diſtrictus. Iis demum expeditîs; ad diem Septembris viceſimum nonum, *Archangelo Michaëli* dicatum, poſt rem divinam diluculô factam, Budnâ Maximilianus, Pragadiziô Bucquojus, diſcedentes; hic quidem *dextrâ*, propiùs amnem Malczam, Bavariæ verò Dux *lævâ*, ponè Moldam, Boream versùs, & Piſeckam, tendunt. Eſt hæc *Piſecka* (quam & *Piſckam*, per extruſionem



**Pugnæ campeſtres.**

mediæ vocalis, dicunt,) una *Regalium*, quas vocant, *Urbium*; Circuli, ſeu territorii, *Prachenſis*, ad concurſum Moldæ fluminis atque Malczæ. de qua, quid erroris ſparſerint ii, qui *Comportatorem Urbium* (accuratum alioqui plerumque deſcriptorem,) in idem mendum induxerunt; Annalî ſuperiore narravi, nec jam repeto: ſed potiùs, quæ circa *Piſecke* caſum ab aliis tradita ſecus ſunt, quàm geſta ſint, eorum expono fide, qui, mihi notiſſimi, veritatíſque ſervantiſſimi, rebus, cùm gererentur, interfuerunt; manúmque, partim gladio pugnæq;, partim ſtylo, commodaverunt, ac rerum earum memoriæ. Qui proinde ſecus hæc exponunt, valeant; & aliis potiùs omnibus, quàm docendæ poſteritati, dent operam. In præſenti quidem certè controverſia, caligo dubitationis, *utra verior narratio ſit*, teſte *Sereniſſimô* diſcutitur, atque lucet.

XXXII. Ventum igitur erat, ad diei, quem dixi, propinquam veſperam, in *Piſeccæ* conſpectum, hinc quidem à Budnæorum, illinc autem à Pragadizianorum, domitoribus; & à Bavariæ Duce (quippe, cujus potiores eſſent in imperio caſtrenſi partes,) miſſus in



Digitized by Google

in oppidum, caduceatoris auctoritate, túbicen prætorianus, qui poſceret, ac maturari *juberet*, ad obſequia Cæſariana reditum, oppidíque deditionem, ſpontè faciendam; *jubetur* invicem ab oppidanis, eorúmque primoribus, conſiderare diſparitatem præſidiorum, ac virium, Budnam, ac Piſeckam distinguentium. Ibi, trecentis, iísq; de ſtiva vomeréque devocatis, ſpem ac rem bellicam fuiſſe commiſsam. ſua verò mœnia, robore denſiore, fortiſſimorúmq; juventute, (*quingenti* de Mansfeldianis pedites, & equitum *quadraginta* globus, inerant,) defenſari. Non interim attendebant hi; Se, non Bavaro modò, Budnæq; victoribus, ſed eodem ſermone Bucquojo quoque, Cæſarianísque, Pragadizii vaſtatoribus, reſpondere. Jam enim & iſti Piſeccæis imminebant. Hîc, (adversùs utroſcunque poſtulatorum repulſa talis redderetur,) ceſsatura paullò pòſt erant rebellium *verba*; cùm ventum foret ad murorum bellica *verbera*. quæ dilata non ſunt.

Intellectô namque, cujus voluntatis ac fiduciæ *Piſeccenſes* eſsent: conjunctîs quidem animîs, ſed divisîs ad oppugnationem ſtativîs, DUX eâ parte, quâ *Molda*, Comes autem



**Pugnæ campeſtres.**

Digitized by Google

tem alterâ, quâ *Malcza* fluit, (locô, prorſus ad incurſum opportunô,) caſtra metati; baliſtas æneas, molis grandioris, adhuc illius ejusdem veſperis reſiduo tempore, producunt: in oppidum obverſas, defigunt: & ad poſtridianam oppugnationem omnia comparant: hoſtilibus interim conatibus cæterîs, adversùs urbem, ſibi (ſi fortè Nox intercedens mentem rebellium emendaret) temperantes. Sed, ubi nox, & auroræ ſequentis pars, exactæ, conſilii ſanioris ab urbe nihil oſtenderunt: applicitîs ad tormenta bellica (quæ *ſeptem* erant machinæ, grandiores, ordine peropportunô conſtitutæ,) flammîs; quati mœnia, mandatô DUCIS, cœpta ſunt. Is oppugnationis ardor, nullo vel oppugnantibus ad reſpirandum, vel obſeſſis ad intermiſſionem defenſionis, ſpatiô conceſsô, duravit à principio lucis illius (quæ *poſtrema* fuit *Septembris*) in pomeridianum uſque tempus. Tandem, ad horam à meridie ſecundam, è mœnibus poſtulatâ colloquendi facultate, cùm jaculationis induciîs, hîsque conceſsîs, prodeunt ex oppidanis, de pace conditionibúsque, legati. Nec aut alienus à pace, pactísve, Dux *Maximilianus* erat; aut



Digitized by Google

aut ab iiſdem averſam mentem *Bucquojus* demonſtrabat: résque conventura videbatur. cùm ſubitò clamor ex urbe grandis, &, agentium patientiúmque tumultu miſtus, in cœlum quiritatus, exoritur. Is, colloquii negotium interſcindens, ductores exercituum avertit, ad novæ turbæ cauſsam ſciſcitandam. quæ non diu latuit: erátq; talis.

Dum *Maximilianus*, & *Bucquojus*, in cognoſcendis Piſeccenſium poſtulatîs toti ſunt: *Caſarianus* interea miles, ad diverſam urbis partem agens, animadverſô repentino baliſtarum, totô modò die boantium, ſilentiô, quodammodóque ſuſpectô ſibi conticiniô; quidquid id demum eſset, id ſuam potiundæ civitatis occaſionem rati, *neutrius ducum ullo juſsu, præſcitúq;*, (neget id licèt *Sauraus*) locô murorum, ad aſcenſum æquiore, mœnia ſuperârant; & urbem, multitudine densâ, furoréque, tanquam à *Diris* immiſsô, ſuperobruentes, locîs omnibus cædebant, & jugulabant: nemine, nec ſene, nec puerô, non virô, non fæminâ, vivere permiſsîs. Quanquam autem accurrentibus illicò, re compertâ, ducibus; & *Maximiliano* Cæſareos verbîs acribus increpante, *Bucquojô* verò,



**Pugnæ campeſtres.**

rò, ſtrictô quoque mucrone, (quippe, contra ſuos,) crudelitati furioſorum obſiſtente: minus nihilô tamen profectum eſt. Educti ſemel, & bibere ſanguinem exorſi, gladii rabies, ſatiare ſitim ſuam quærens; ebrietatis fundum ac finem, niſi nec infante quidem in cunis vivô relictô, non invénit. Occidione *Piſeccenſes* occiſi ſunt: neque militum ullo, neque civium, ad vindictam cæterorum poſthumam, ſuperſtite. QUIS *fecit* autem hæc; niſi, qui *paſſus* eſt? Furor rebellis, & contumax; cujus Exitus, eſt Interitus. (130)

XXXIII. Minùs iſthæc talia *Maximilianum*, (Principem, inſtitutione moribúsque ſuîs, manſuetudini proniorem,) delectârunt; quàm, *allatus* pridianâ nocte, Batínæ (qui pagus, in vicinia Piſeckæ, tectum ei ſtratúmque præbuit,) agenti, *nuntius*, de geſtis interim à *Balthaſare Marradâ*; ſub Cæſaris quidem Bavaríque Ducis auſpiciis, pariter bellante, ſed imperia tamen à ſupremo Cæſaris legato juſsô, ſolitôque, capere. Mandârat hujc *Maximilianus*, ut, feſtinantibus in Bohemiam, auxiliaribus copiis, ad extremos Bavariæ transdanubianæ fines excipien-

cipiendis, obvium duceret equitatum, sibi commissum: ac, sicubi res ferret, rei bene gerendæ facultatem ne dimitteret. Occupavit *Marrádas* continuò, loca non negligenda; *Voliam*, (131) ac *Pergreichenſtenium*. Sub hæc, ad occiduum Bohemiæ limitem, uti jussus erat, Zephyronotum versùs, pergens; currus, impedimenta vectantes, & sarcinaria sarráca, sic instruxit; ut ordine, tarditate, rotarúmque stridore, simulacra præberent curruum, grandia tormenta bellica portantium; ideóque, contra viarum & aëris incommoda, sollerter obtectorum. Ex hac, incedentium per vias, carrorum & equitatûs specie, Bohemicis à colonis hausto, passímque dido, *rumori*, robur *Marrádas*, ipse per se, pérque suos, addidit, & impressit opinionem, persuasione fixâ; tanquam, extra dubium ullum, à tergo subsequentium Bavariæ DUCIS, & Bucquoji Comitis, exercituum. Cum hac *Marrádas* simulatione, non minùs ac turmîs, & curribus, ad oppidum tandem venit subalpestre, *Schittenhofium*; vocabulum quidem *Boicum*, sed urbem, ac solum, *Bohemicum*, sylvæ subjectum Hercyniæ, quâ parte regnum hæc ab Occasu

Pugnæ campestres.

caſu munit, & inchoat : faucium inſtar, & Pylarum, Bohemiæ. Situs urbis, inter Elliſchavium, & Stephanigkum montem eſt. Urbs autem, Friderici partium erat. Eò porrò poſteaquam ( ut dixi ) *Balthaſar* acceſsit, & in conſpectum oppidi vires ſuas adduxit; próque portis in ordines ſuos turmas conſtituit : miſit, qui, verbîs *Marrádæ*, cuſtodibus denuntiaret; Cæſari Ferdinando, Regi ſuo legitimo, Duci Bavariæ, Comitíque Bucquojo, legatis caſtrorum Cæſaris ſupremis, urbem dederent, ac patefacerent.

In hæc præconis mandata, quid, pro rerum præſenti ſtatu, tutius agerent oppidani; formidine ſuperventuri gemini, poſt *Marradam*, exercitûs alterius, præoccupati? quid, inquam, conſilii ſanioris caperent: quàm, ut potentiori ſeſe permitterent? Aliud non reperiebant : quippe, nullîs ipſi, præſertim alariorum, præſidiîs; tenuî verò baliſtarum apparatu; nullâque ſuppetiarum à *Palatino* ſpe, ſuî defenſionem auſuri. Portas ergò pandunt : deditionem faciunt : Ferdinandi ſacramentum, ac militem, recipiunt. Résque, ſic, ut dixi, geſta, quanquam *irritô* nixa rumore, ſucceſsu tamen pactorum utrim-

trimque *rata* fuit : etiam , poſtquam errori ſimulationíque larvam tempus detraxit.

XXXIV. Cæterùm , cùm inter hæc *Maximiliano* DUCI viſum eſset , impetu militum , dum caleret , & à *Piſecka* recens bulliret , utendum eſse ; ſed ordinatiùs , & in hoſtem , locúmque , ſummæ rei *pernicioſiorem* : calendîs Octobribus ductorum , tribunorum , ac primorum ordinum plerorumque centuriohum , concilium , ſuô Bucquojíque nomine coactum , rogavit , *Ecquò vertendus in poſterum , ac proximè , Martis curſus eſse videretur?* PILSNAM , reſponderunt omnes. Et in hanc , tam ſententiam , quàm expeditionem , utraque cùm irent caſtra ; *Bavarica* primùm omnium agmina , ſublatîs ſignîs , Piſecka *Strakonizium* eodem adhuc die , priùs , quàm veſper in noctem iret , advenerunt. Hæc , in hunc modum , & brevitatem hanc , *ephemeridum* expeditionis-Bohemicæ conſcriptor narrat ; libellô , quem , annô mox ſubſecutô , formis typicîs evulgavit ; ab iis , qui rebus & caſtris interfuerunt , comprobatô. Quò minùs verò , qui narrationem hanc reciperet , admiraretur ; à Bavaricis rectà *Strakonizium* potiùs , ( locum , à *Pilſna* borea-

boreali tractu retrocedentem in Auſtros,) quàm ſurſum versùs, ad loca, deſtinato propiora, fuiſse tunc ſuſceptum iter: rerum Boicarum noviſſimus compoſitor, quadraginta minimùm annîs poſterior, è *ſcriniis* Arcanorum (opinor) *ſanctioribus*, interſerit his, quæ narrare cœpi, quiddam; cujus altum eſt in *Diario caſtrenſi* ſilentium.

*Mansfeldium*, ait, Pilſnæ tunc & urbis præfectum, & præſidii; ſeu ſponte ſuâ, ſeu compellatum, obtuliſse *Bucquojo*, certâ luculentâque depactâ mercede, *Pilſnæ* traditionem: ſimulac ibi ſe dediſsent in conſpectum copiæ, Cæſari militantes. Id in concilio tunc & aperuiſse *Bucquojum*; & ductoribus, de fide Mansfeldiana dubiis, perſuaſiſse. Non autem perſuaſiſse *Maximiliano*: cuj partim, (utpote veterum-candoris inter bella ſtudioſiori,) placuerit; *ferrô* potiùs, quàm *auro* vel *argentô*, licitari victorias: partim, ſemper ſuſpecta *Mansfeldi* vanitas, ac fluxa promiſsorum fides, tunc & viſa ſit artibus Punicæ fallaciæ, ſua ludificandorum hoſtium compendia captaviſse. Sic enim, dum *fictæ deditionis* ambagibus tempus duceretur, pretioſiores rei bene gerendæ quæſtus, & lucra,

lucra, de manibus elapſura, ſperâſse, perfidum nundinatorem. Hunc etenim impoſtoris *Mansfeldii* genium, hunc illius genii familiariſſimum Ulyſsem, eſse; *Cudere dolos; & poſtmodo, dolô captis, illudere.* Quod totum denique reipſa, quemadmodum præſenſerit Bavariæ DUX, ità fuiſse geſtum; & *Boicus* affirmat ille *ſcriptor*: & expeditionis ipſe, quem in ſubſequentibus trademus, progreſsus aperiet. *Pilſnæ* namque, nec dedendæ *nothus*, nec occupandæ miles noſter, curam ullam oſtendit. *Strakoniʒium* interea *Maximilianus* (utut tota ſe res hæc habuerit) die, dieíque tempore, quo dixi, venit: Bucquojô, ſecundùm fluminis alteram ripam, ſed *pedetentim*, (132) cum ſuis ſubſequente: quouſque diei reſiduum, & progrediendi commoditas, id tulerunt.

XXXV. Eſt porrò *Strakoniʒium*, ſitum ad *Ottavvam*; amnem, (velut aliô quoque ſuperiùs annô monui,) *margaritiferum*: infra Piſeckam, & Stieckinum, propiùs Auſtrum, ac *Sylvam*, quam *Paſsávicam* vulgò nominant. Ibi *Quaſtoria* Melitenſium equitum *domus* antiquitus eſt: quam, aſſignatum equeſtri Nobilitati, *Prioratum* appellabant.

**Pugnæ campeſtres.**

labant. In oppido, ſuperioris etiam adhuc ſæculi principiô, *Gens, Orbis univerſi ſentina; nuſquam vivis, ubivis inquilina, ſanguiſuga, contaminatrix*, JUDÆI ſedebant; ac fœnerabantur.

Porrô, veſperam illic, & noctem, Calendarum Octobrium, deſidentes *Bavarici*; diluculô diei poſteræ ſignum profectionis opperiebantur. Avidè quidem iſtud; ſed avidiùs, Cæſarianorum cum Bavaricis conjunctio, flagitabatur: ſinè qua, (velut dictum eſt in ſuperioribus) exercituum alterutrum incedere, per hóſtica Bohemiæ loca, cautum, vetitum, ſanctúmq; pactîs, erat. At verò, nuſquam adhuc *Bucquojani*, ne die quidem alterô, comparebant: feſſi, (reor,) cædibus, ac multô Piſeccenſium hauſtô ſanguine: direptionúmque prædâ graves.

Per illius igitur lucis, tam militi parùm lucroſum, quàm DUCI moleſtum, *armorum otium*, à civibus, Circumciſæ gentis (ut fit) flagitia proferentibus, non autumo ſilentiô præteritum fuiſſe ſcelus; quod accidit *annô milleſimô, quingenteſimô quintô, poſt Chriſtum* natum. Ab iiſdem verò fuiſſe locum quoque, vicúmque, demonſtratum, in quo, perpetra-

Figura tertia.

*ipſa* mater. *Hujus materna viſcera, cupiditas argenti duraverat in ferrum. Sed pœna ſtatim in foribus: ac Judicis, in convictos reos corruptelis impenetrabilis, ſententiâ pronuntiatâ; tria Judaica corpora, cum corpore Chriſtiana, viva concremantur: puero de cœlo flammas, jam ſecurè, ſpectante;* lætantéq; Juſtô, cùm videret vindictam, (133) *ac cinerem, hujus peccantium* Quadrigæ. (134)

XXXVI. Sed nos ad expeditionem revertimur. Dum enim à Bavaricis *Strakonizii* ſedetur: *Bucquojani* tandem & ipſi, propiore tendentes tractu, conſpici ſentiríq; cœpti ſunt. *Maximilianus* igitur, ad tertium Octobris diem, motîs ſtativîs, &, octo millibus paſsuum adhuc ante Solis occubitum confectîs, *Strakonizió* venit *Horaſchovvizium*. (135) Locus hic, & arx, ad Ottawæ lævam ſita ripam, eâ tempeſtate dominum habebat, cubiculo Palatini Comitis, Friderici, præfectum, *Schvvihofskium* quendam, è familiæ Riſenbergianæ dynaſtis; rebellem & ipſum Regi Bohemorum legitimo; cum Friderico verò tunc vel maximè verſantem. Aberat ergò domô. Quocirca, domus ipſa, præſidiô carens armatorum, advenien-

venienti Bavariæ DUCI totam ſe permiſit: eâque cauſsâ, vaſtationis, in rebelles cæteroquin indictæ, procellam in præſens effúgit: hoſpitem hoſti ſe præbere, gnara.

Stabat autẽ, haud adeò procul *Horaſchovvizio*, trans Moldæ rivum quendã, ad Aquilonem, contra Riſenbergam, (ab occaſu Solis oppoſitam,) *Arx* alia, tractûs & Circuli Pilſnæi; ſuper excelſi montis vertice ſita, ſuîq; difficilem habens, & (equitibus inprímis) operoſum, aſcenſum. cujus ad radices caſtellum aſsurgens, municipiô modicô frequentabatur. Arci, locóque cætero, *Grunberga* (136) nomen erat. Porrò caſtrum ipſum, ſuis confiſum munimentis, & aditûs difficultati; non magno ſibi videbatur armatorum egere præſidiô. Quantus tamen eorum ineſset numerus, (nam ineſse, conſtabat,) qui, deſertâ Cæſaris cauſsâ, Palatino locum aſservabant; noſtris incompertum adhuc erat. Ob eam igitur ipſam, de caſtellanorum viribus, incertitudinem, aliásque propter cauſsas, viſa res, & arx ea, *Maximiliano* non negligenda: ne fortè, progreſsûs noſtrorum inſidiatrix ibi remora, vel pédica, lateret; non ſinè clade repentinâ demum, in copias



Pugnæ campeſtres.

transeuntes, eruptura. Quod antequam accideret, immò verò potiùs omnino ne fieret; cavendum DUX, & antevertendum, decrevit. Iter *Grunbergam* versùs indixit omni ſuorum multitudini. Quò verò res *auſpicatò* gereretur, (quod orthodoxo duci, militíque, compendiô nullo præſtantiùs, quàm *piè ſacrificandô*, fit;) quoniam dies, hebdomadæ novæ principium, ac *Dominicus* erat, in quem, è lege faſtorum illius anni, Divi FRANCISCI *Seraphici* pariter Natalis cœleſtis inciderat: litandum religiosè DUX curavit; indéque continuò, compoſitîs agminibus, ingrediendum urſit iter. Primum agmen, ſeu ſortitò, ſeu ſuapte, DUCISve, ſponte, ducebat ſupremus militiæ Bavaricæ vigiliarum præfectus; adhuc valens, & alacer, *Alexander Haslangus*; trium plerumque millium exercitûs equeſtris ductor: cujus de virtute bellicâ, dictum & in ſuperioribus eſt: ac dicendum inferiùs utique *frequentiùs* fuiſſet; ſi provixiſſet. Hic ergò rem, ut erat, majoris, quàm fronte primâ videri poſſet, momenti ratus, ex ipſo tam ſubitô DUCIS imperio motúque; tanquam *Pilſnam* ipſam, & non Pilſnenſis tractûs municipale *caſtellum*



Digitized by Google

*lum* unum, aggreſsurus, ad celeritatem nihil reliqui ſibi fecit. Venit in conſpectum *Grunbergenſis* arcis. immittit, cum tuba, fecialem; qui poſcat, & hortetur, Sereniſſimo Bavariæ DUCI, Cæſaris vices gerenti, locum dedi cedique, voluntate potiùs incolentium; quàm hoſtilis incurſûs experimentô cogente. *Coactæ deditionis, aut tardæ, nullam fore gratiam: ſpontaneæ maturatáq; pretium, offerri ſalutem, & incolumitatem.*

Illi moram, ac tempus ad deliberandum, paciſcuntur; tantæ rei decreto ſuffecturum, (quippe, ſuppetias, alicunde jam promiſsas, exſpectare certi.) Negat fecialis: & inſtantibus, *Alexandri* verbîs, ac mandatô, præfinit HORAM. Hanc eis, ad arenæ menſuram, nec pulviſculum ultrà, permittens; abit túbicen: & acta refert.

Dum ergò præſtolatur *Alexander*, pactorum exitum; ac loci ſitum ex equo contemplatur: advertit, ab arcis lævo látere, per plana camporum, peditum, leviter armatorum, denſum utcunque cuneum, arcem versùm, tendere. quos, cùm ille, nec ſui ſciret eſse commilitii; nec *Bucquojanos* ſuſpicari poſset: *Non eſt*, (exclamat,) *non eſt*

*hoc temerè, commilitones, aut negligendum. quid ſi namq; Grunbergenſibus hi ſubſidio veniant? Exploremus ſaltem. Quid, territâſie, nociturum eſt, & paucos, & fortaſie frivolos; aut, quoſcunq; demum, viâ tendentes, à nobis averſâ?* Simùl, inter hæc, raptîs ſecum turmîs, & incitatîs equîs, tanquam turbine ruit eò, quô locô progreſsum tendentium ad arcem, (priùs, quàm pedem illi montis attingerent,) interpoſitu ſuorum, intercluſurus eſset. Ac ſanè res ad votum cecidit. Antevénit *Haslangus*. hoſtes erant, numerô *centum*; Grunbergæ ſubſidio miſsi. Veſtigiô temporis, pugna miſcetur, equitum cum peditibus; Boicorum, cum Anglis & Scotis; Ferdinandæorum, cum Fridericianis. horum, à noſtris *quadraginta* ſtatim, eodem locô, ſternuntur. *ſexaginta* reſidui capiuntur; unà cum centurione ſuo. Deprehenditur & currus, igniariîs funibus, & copiâ nitrati pulveris, onuſtus. Hoc arcis ſubſidium, in promptu, viâque, jam eſse, continuóq; præſtò futurum, qui tum in arce præſidium agitabant, numerô non plures *octodecim*, didicerant ex epiſtola; quam Angli Scotíque ſubſidiarii miſerant ad *Grunbergenſes* ſummonta-

montanos; & hi statim, ad arcis excubias: utì mox, à subsidio deletô, cognitum è castellanis est, litterarum illarum administrîs. Quô minùs proinde mirandum apparuit, *Unius* solius *horulæ* præscriptæ deliberationi, præsidium *Grunberganum*, etsi tam exiguum, demum acquievisse; quippe gnarum, qua spe, qua celeris opis exspectatione, sese sustentarent. Admirabilior verò, cogitationum *Haslangi* gubernatrix, Divina-Mens fuit: quæ, sub ipsum hostilis compendii, nostri verò detrimenti, punctum, heroi dispectum loci, conspectum alieni peditatûs, periculi suspicionem, invadendi stimulum, & festinandi calcar, immisit. Quibus deficientibus, arx hostium, aucta præsidiô, *præsidium* autem ipsum, animîs, ac defensionis apparatu; nunquam, aut admodum serò, tot inter Anglos, ac Scotos, (acerrima bellis, & propugnaculis, ingenia!) manus dedisset. quod nunc tamen, intrà solius *unius horæ* præfixæ spatium peractâ velitatione, deletîs auxiliîs, captîs superstitibus, ulterioris opis spe subversâ, cum suo duodevigintì capitum contubernio, descendit de monte: claves, introitum, & arcem, *Maximilianô*; seipsos





Digitized by Google

dopo accennate operazioni, che necessarie debbano precedere. Se adesso vogliamo sapere con esattezza, quale parte, e quanto di questo Cilindro sia ripieno di Acqua, troveremo semplicissima cosa pesare il Cilindro pieno di Acqua, e quindi sottrarne il peso del Cilindro vuoto: ottenuta la differenza, che sarà il peso dell'Acqua, questo peso diviso per quello, che un piede cubico d'Acqua pesa, ci darà il numero de' piedi cubici d'Acqua, che il Cilindro contiene. Dividendo questo numero per quello, che tutto il Cilindro vuoto può contenere, ci darà il numero, che esprime quella parte, che dell'intero Cilindro è ripiena d'Acqua. Poichè sono stati ottenuti questi dati, si moltiplichi per la parte ripiena, e quello, che risulterà, si divida per la parte vuota, e il quoziente produrrà il numero cercato.

Per ultimo, se vogliamo sapere, quanto peso debba avere un Cilindro, che sia pieno per metà d'Acqua, e per metà d'Aria, moltiplicheremo il peso dell'Acqua, che il Cilindro può contenere, per la metà, e il prodotto ci darà il peso dell'Acqua, che il Cilindro contiene, quando sia pieno per metà. Aggiungendo a questo peso quello del Cilindro vuoto, avremo il peso, che il Cilindro pieno per metà d'Acqua, e per metà d'Aria, deve avere.

ens vero magnus, quem Gregorius Reisch, cui Margaritam Philosophicam debemus, Tubum vocat, Oculi nomine, ipse quoque fere. Tubus autem, quem Oculum vocat, ex duobus constat cylindris particulam capsæ, fenestræ, fibi mutuo inclusis, quorum alter, qui ad oculum hujus tubuli, simul cum capsa dicitur Oculus.

XX. XXII. Hæc hic, quæcunque sunt, ad Oculum pertinentia, ut ad Tubum, quem Oculum vocat, Reisch, ut ad Oculum, quem Tubum vocamus, referantur oportet: quod ne fiat, ut distinctius, quæ ad Tubum pertinent, ab Oculo, quæ ad Oculum, a Tubo separata tractentur, ea de re dicemus, quæcunque sunt, ad Tubum pertinentia, ut ad Oculum, quem Reisch vocat, referantur.

XXIII. Tubus ergo, quem Reisch Oculum vocat, ex duobus constat cylindris particulam capsæ fenestræ, sibi mutuo inclusis, quorum alter, qui ad oculum hujus tubuli, simul cum capsa dicitur Oculus, alter vero, qui ad rem visam, Tubus dicitur. Oculus autem, qui ad oculum hujus tubuli, simul cum capsa dicitur, constat ex duobus cylindris, sibi mutuo inclusis, quorum alter, qui ad oculum hujus tubuli, simul cum capsa dicitur Oculus, alter vero, qui ad rem visam, Tubus dicitur.



Tubus cuncinnus.

ret & hoſti res,) excubantes, cuſtodes extingueret : ac partem equorum jugalium congelatam exanimaret. (139) Sed nec, è denſitate, morâque nebularum, enata caſtris incommoda, ſentiebantur, (ad uſque Pragam, ac Novembris progreſsum,) eſse pauca, vel exigua. Fuítque, notabiliores inter moleſtias, illius quoque *nebulæ* noctis, quæ diem Octobris quartum, & *Grunbergæ* deditionem, excepit. Sub illa namque, propter caliginis ſpiſſitudinem, *equorum duo millia*, cum *legione geminâ*, viâ plurimùm exciderunt; &, ob ejuſdem nebulæ diuturnitatem, ſeſe recipere, quò debuerant, nequiverunt. Acciderat autem, ut ejusdem illius, quam dixi, noctis conticiniô, repentinus, ac trepidus, à Comite *Bucquojo*, nuntius in caſtra Bavarica veniens; conjunctionem exercitûs Boici, cum copiis Cæſarianis, celerem rogaret. Bohemos enim Fridericianos, cum copiis ſuis univerſis imminentes Bucquojanis, à caſtris eorum, haud ampliùs paſsuum millibus duobus, abeſse; proximéque ſe, ſuásque munitiones, in aliquam congreſsûs opportunitatem intentos, conſediſse. Verùm, quò minùs *Bucquoji* poſtulatis mos è veſtigio gererere-

reretur, id per *Bavariæ DUCEM*, nec eâ tunc nocte, nec posterô die totô, stetit; sed partim, per moliminis difficultatem ad profectionem, longinquô satìs castrorum à castris distantium intervallô; partim (ac magìs) equitum, & legionariorum, errore viarum à cæteris avulsorum, multitudine; quam relinqui, nefas fuerat: partim autem & eâ caussâ, quoniam, etiam in viam & castra sua postridie demum reducti; confecti tamen lassitudine viarum, per ignotos ac sinuosos calles, ad hostem, pugnâ propulsandum, vix collaturi quidquam existimabantur. Ad *Grunbergam* igitur, interquiescendi caussâ, substiterunt, cæterô cum exercitu. Sextô verò demum Octobris die, cum prima luce, Joannem Tserclasium Tillium *Maximilianus* expedivit, cum turmis *viginti quinque* selectissimorum equitum, in castra *Bucquoji*; tempestivum per omnia, magísque desideratum jam, quàm exspectatum, subsidium. Eodem namque temporis articulô, cùm castra movisset *Bucquojus*, animadvertit Princeps *Anhaltinus senior*, è conclamatis vasis, ac strepitu proficiscentium, discessum Cæsarianorum. Quapropter, quò prohibe-

ret

ret modîs, quibuscunque poſset, horum cum Bavaricis conjunctionem; omnem ſuorum ſecum rapiens equitatum, ac peditatum, inſequi Cæſarianos cœpit. tempus, ac locum, juſti congreſsûs, præter morem quidem ſuum, ex ſuo tamen commodo, quærere: diem totum inſtare tergis antecedentium; tentare, cædere, morari, noviſſimum identidem agmen; ac Coſaccos potiſſimùm, id claudentes, infenſare: cum iis, pæne decimô viceſimôve quovis paſsu, conſerere manum; eorum partem fundere, pars ab iis viciſsim fundi. denique, quietum nihil unquam, aut otioſum, patiendo; cogere ſæpenumero Bucquojum, interſiſtere. donec ad extremum, ſuâ Tilliique virtute, Bavaricîsque Cæſarianos, (pugnando feſsos,) ſublevantibus, animoſior *Bucquojus*, ſtitit exercitum; & hoſti directam inferens aciem, ac frontem, Anhaltinas copias, fortiſſimè rejectas, ſua repetere caſtra compulit: ipſe deſtinata ſibi ſtativa, nocte quidem jamjam ingruente, ſed ad votum tamen, aſsecutus. Ei loco, *Poſchovvizium* fuit nomen; quod, in tractu ſitum Pilſnenſi, millibus paſsuum duobus aberat *Plovvizio*; quò, ſub idem diei tempus, cum

cum exercitu ſuo, DUX *Maximilianus* pervénit.

XXXVIII. Hæc illius diei fuit geſtorum ſumma; parùm è ſententia Principis *Anhaltini*, (qui, pro Coſaccis aliquot Cæſarianîs oppreſsîs, jacturam & ipſe ſuorum equitum fecerat, haud aſpernandam,) multùm autem infra ſpem, & exſpectationem, *Friderici* Palatini: qui tunc, in caſtris agens & ipſe, ſubſtiterat; intentus in lætum, memorabilis alicujus ex hoſte reportatæ victoriæ, nuntium. Ea res tota poſtquam ſecus, ac mente præceperant hoſtes Cæſaris, accidiſſet; cúmque, poſterum in tempus, conventurîs unam in aciem ambobus & ducibus & exercitibus, haud multò ſecundiora ſperari poſsent: hæc enimvero res, inquam, malè tunc, & in dies pejùs, omnem habebat partium *Palatinianarum* Bohemiam. Erántque cauſsæ mœroris undequaque, *complures*, & *grandes*; quæ demum in *Friderici* (velut & alibi ſuperiùs memini,) caput omnes erant incubituræ: nunc autem, à primo ſtatim Bojorum in Bohemiam ingreſsu, quotidianîs cladium, deditionum, terrorúmque gradibus, ad uſque *Pragam* occupatam, præ-

Pugnæ campeſtres.

præludebantur. Hæc verò potiſſima tunc, in oculis ſtabant, animîsque, Mala. Proſcripta dirîs Cæſarianîs univerſa, cum-Bohemis-ſtantium, conjuratio. Palatinianæ ditiones, exterorum factæ *poſſeſſio*; ſuorum autem, *exſilium*. Cognatus Princeps, hoſtium coactus eſse ductor: Sanguis proprius, alienam in tutelam extruſus. Ex Auſtria prófugi, Turrianæus, & Anhaltinianus, exercitus. Socer inſulanus, generi coronati, *clam* fautor major, quàm *palàm* fortior propugnator. In regno non-ſuô, facta loca, munitiones, urbes, non-ſuæ, ſed *primi* (quod ajunt) *occupantis*. Ereptæ Palatino Bohemicæ clientelæ; Swejnizium, Budowizium, Winterberga, (140) Schittenhofium, (141) Pragadizium, Budna, Strakonizium, Horaſchowizium, Piſecka, Grunberga: quibus, pars interim, (aut antehac aliquantò,) pars paullò pòſt, acceſſerunt; deditæ, captæ, raptæ, direptæve: Riſenberga, Tauſſium, Frawenberga, Tachavium, Hajda, Grommenavium, Merodizium, Planum, (142) &, ſiquid aliud adhuc, Occiduæ maximè Bohemiæ, (ſingillatim autem, in tractu *Pilſnenſi*,) ſedis, aut munitionis humanæ, ſuperfuit; cùm vul-

vulgò, qui munirentur, aut inſidérent, homines non ſupereſsent. Nam illius, quem dixi, tractûs incolæ, circumquaque bellantibus obſeſſi, mixti, preſsíque; quà data porta viáque, diffugiebant. Alibi verò, circáque *Satzium* maximè, Bohemorum agricultores, belluîs indomabiliores, raptîs ultrò, quæ caſus offerret, armîs ac tribulîs, in *Nobilitatem* inſurgentes; mactabant, quotquot evadere necem fugâ nequirent, dominos ſuos. (143) Effugientium autem in loca clauſa, turbîs ſic urbes & caſtella complebantur; ut faciliùs illic eâ tempeſtate *decem*, aut viginti, *pauperes-nobiles*, *quàm mendicum unum ignobilem*, reperires. tametſi tribus iſta claſsísque *circùm-* (ut ità dicam) *oſtiaria*, non ideò deficiebat: ſupplentibus *Irorum* vicem tunc *Cræsîs*; hoc eſt, ipsîsmet, antehac locupletibus, *Epulonibus*, ad *Lazarorum* januas jacentibus, ac ſtipem, micásq; menſarum, corrogare compulsîs. His tunc occlamabant agreſtes, dynaſtarum ſuorum expulſores, & arcium direptores: *Vos, vos, aularum paraſiti, ruris peſtes, & locuſtæ! vos, novô cum Rege, quem accerſiſtis vobis, & præfeciſtis, nova nobis bella, caſtra, regníque perni-*

Ecclesiæ, quæ Ecclesiæ Romanæ, ut ipse ait, subjacet, & ab ea dependet, ut ab ipsa Ecclesiarum matre, & magistra.

Quæ cum ita sint, *Federico* demum ita sese habenti, subjungit, & declarat, quamnam ob causam Romanus Pontifex, ut Ecclesiarum Magistra, & Mater, Ecclesiæ Anglicanæ, quæ Romanæ subjacet, non ita pridem, cum ejus Regina esset, Legatum suum miserit, qui ejus caput ordinaret, & consecraret. Scribit. Non ignorare se, Cardinalem, qui ea tempestate missus fuerat, ut ejus Regni Ecclesiæ, ad quas ipse Cardinalis delatus fuerat, caput ordinaret, & consecraret, Legatum fuisse, & Vicarium Romani Pontificis, & Sedis Apostolicæ, quæ Romana est, & Ecclesiæ Romanæ. Legatum autem, & Vicarium Romani Pontificis, & Sedis Apostolicæ, quæ Romana est, & Ecclesiæ Romanæ, & omnium, ad quod se Ecclesiæ Romanæ, & omnium, ad quod se Ecclesiæ Romanæ, & omnium, ad quod se

XXXIX. Ita Academiæ quod primum Cæsar voluit, ut Academia esset, ut nascerentur, crescerent, viderent, florerent, viderent (ita) nascentes, crescentes, florentes, permanserunt: præsidet cum initio Senatus Academicus, qui ex Professoribus constat. Vocabulum habebant, sub quo, Patres Academiæ & Moderatores, & nonnulla ejusmodi, quæ ad Academiæ gubernationem pertinebant, ut

dum feſtinat; ne non hoſtium vires, aliquà tenus, etiam in tranſitu, carperet, aut Hiſpanus ullum inter arma tempus inerme dimitteret: propinquâ jam *Riſenbergâ*, pedéq; montis, ſed propiore, noctis intempeſtæ nigredine; ſuorum aliquibus, conſilio ſuo magìs colluſuris, ad ſe citatis; *Hîc vos*, inquit, *jam nunc, ante montis aſcenſum, & arcis acceſſum, equîs deſilite: funiculos igniarios ſinguli manibus præferte. quíq; de reliquis veſtrûm artis hujus uſum habetis, tympana fiſtuláſq; capientes, me ſequimini: meúmq; quid agendum porrò ſit, imperium exſpectate. pars equitum animoſior, & ipſa mecum pedes, ſuîs cum ſclopetis & armîs, ad veſtibulum arcis, à tergo mihi comes hæreto: quódq; caſtellum ingreſſus, ego fecero, pariter & ipſa facito.* Nemine juſſa detrectante, vir ipſe, præfidentis ſibi, periculorúmque contemptricis, audaciæ rem aggreditur, multis incredibilem; ipſi verò domeſticam, & experimentîs tritam. Evadit ad arcis jugum, ſummô ſuô ſuorúmq; ſilentiô. Poſtquam in loco, ſtationis capacî, conſtitit; *Nunc vos*, inquit, *quotquot ignitas reſtes habetis, eas inflatu ſuſcitate: qui gladios; ad fulgorem ſpargendum, terro-*

*terrorémq;, distringite : qui fistulas, accinite : qui tympana; miscete, tundite, tumultuamini.* Factum è vestigio, quod imperatum erat. mons universus scintillare fumium flammîs; splendere mucronibus ensium; strepere fistularum modulîs; boare tunsarum pellium mugitibus; vocum disonô fremitu, pedúmque succusu, terra quati: militum ad arcem paucitas, despicientibus ex arce per opacum, multitudo videri grandis, eáque *sclopetigerorum*; quam, à tergo sequens alia grandior, per acclivia collis enítens & ipsa, subsidiô tegeret, ac, pede pedem propellens, in hostem urgeret. Hic error animos occupârat omnium castellanorum; *Jaculatorum maximam adesse manum, arcis expugnationi sub tenebris, arte Sinonis ad Trojam, aut Scipionis Majoris ad castra Syphácis,* (145) *immissam. Instare sibi, ni sese dedant, exitium.* Id autem continuò futurum cùm de fenestris, editísque castri locîs, Batavi præsidiarii verbîs & clamoribus, alteris alteri, significarent: non fefellit hæc eorum ignorantia, trepidatióque, callidum *Marrádam*. Is, aucturus hostium & opinionem falsam, & formidinem, consiliorum inopem, (nec enim



Pugnæ campestres.

ti, quali si vogliono come ancor se ne
trouano, che non sono ne buoni, ne cattiui,
ne di alcun genere, quasi quali grossi
e sciocchi, che non sanno ne ben ne male
operare, ne ben ne male dire. Hanno
poi alcuni, che sono di natura buoni, ma
per accidente, cioè per qualche lor mala
disciplina, cattiui: come quelli, che sono
di buona natura, ma per essere stati
male allenati, sono cattiui. Ma quelli,
che sono buoni, per natura e per
arte, e per buona disciplina, sono
ottimi, e perfettissimi. Et questi
tali, e massimamente quelli, che
sono ottimi per natura, e per arte,
e per buona disciplina, sono quelli,
che si chiamano Poeti, e Oratori.
Et tutti, secondo, che sono più, o
meno buoni, o più, o meno cattiui,
così sono più, o meno Poeti, o più, o
meno Oratori. Et quelli, che sono
cattiui, vengono chiamati, e sono
Poeti, e Oratori, ma non buoni, ma
male virtuosi: Et massimamente quelli,
che sono cattiui per natura, e per

Pagus cuppidus [illegible]

haud ità magna : ſed arma, machinæ, munimenta, pugnandíque ſtudium, aliquouſque grandia. Cuj proinde loco, ne noſtrorum ſeſe progreſſibus interponeret, ſubigendo; deſtinârat eò DUX *Maximilianus*, oppugnatorum mittere multitudinem, conatui parem ; cum baliſtis grandioribus quatuor. Sed urbis oppugnandæ machinarum neceſſitatem, antevénit, urbis à Bavaricis occupatio : ponentibus arma, quæ corripuerant, iîs, qui, mixti civibus, intus milites agebant, & reſiſtere noſtrorum viribus, animô majore, quàm conſtantiâ, cœperant. Hujus deditionis nuntius, in exercitûs utriuſq; ſtativa, (quæ *Plovviz̃ium* etiamnum, & *Poſchovviz̃ium*, inſidebant,) venit, ad nonum Octobris diem : adjectô narrationi cæteræ, quaſi corollariô, partim ſuburbanô *Tauſſii*, ſeu temerè, ſeu per dolum conceptis flam̃îs, incendiô ; quod *Herlibergii* fortunas caſtrenſes exuſſit : partim, & intrà *Tauſſium*, quid publici factum lucri fuerit : déque *ſeptem* illic *tormentis æneis*, vaſtæ molis, cum oppido pariter occupatîs. Ea tormenta, ne noſtros, illàc paullò pòſt prætermeaturos, ſalutarent inhoſpitaliùs, quàm optâſsent ; eorum attentâ cuſtodiâ,

Gentil, misanthrope, ladonique, cacochyme, chimérique, pyrrhonien, sceptique, académicien, cynique, pythagoricien, épicurien, stoïque, péripatéticien, cartésien, gassendiste, leibnitien, newtonien, wolfien, locquien, humien, etc. etc. etc. Quelques-uns, de plus, ont été nommés, comme on sait, Quinteux, Quinteuses, Quintaines, Quintaux, Quintaudins, Quintaudines, Quintaudaires, Quintaudaines, Quintaudaux, Quintaudeaux, Quintaudelets, Quintaudelettes, Quintaudelaires, Quintaudelaines, Quintaudelaux, Quintaudeleaux, Quintaudelins, Quintaudelines

immemores, procubuerant: laſſitudinem diei quiete nocturnâ lenientes. Erant autem haud procul indè ſylveſtria, locandis inſidiis opportuna, denſáque, loca; quò ſe, more ſuô, gens, ſubitas in irruptiones intenta, *Pánnonum-Inferiorum* aliquot millia clam abstruſerant. Hi, ſub noctis medium arbuſtîs ſilentiô ſeſe proripientes, ubi *Losînam* irrepsêre; tumultum derepente magnum, ac pro multitudine formidabilem, incurſu, clamore barbarô, cæde, nulli provisâ, ſuſcitant. Fuga Belgarum, ſtrictum Ungarorum ferrum, gemitus morientium, cædentium ac cæſorum promiſcuus ululatus, tenebrarum denſus horror, omnia terroris cladísque mixturâ confuderant. ſed mali tunc caput, auxilium, nec à *Cæſarianis* ullum; nec aliunde; quia *Strovviz̃ium* (ubi ſtativa) pluſquam mille paſsuum itinere Loſinâ diſtans, periculi nec ſonum, nec ſpeciem, acceperat. *Stenovviz̃ium* autem, quod tantundem aberat, & de Loſinæ caſu perinde nihil hauſerat ullô ſenſu, nihilo plus ad ſuccurrendum contulerat: donec ejus rei fama vel ſerò tandem ad Bavariæ DUCEM eſt allata. Qui nihil cunctatus, equô conſcensô, cani claſſi-

classicum, in ordines quæque suos agmina, tormenta, signa, currúsque redigi jussit: & aciem, in omnes casus hostilis irruptionis, stare voluit instructam. Ea tamen cura, necessitate tandem suâ deprehensa major est, & (in præsens saltem) supervacanea visa: propter fugacitatem, tumultuantium fortiùs, quàm tunc prœliantium, Ungarorum. Cùm enim Belgicorum equitum pars, agmine factô, vel ferri vî repertâ viâ, perniciem evitarent: pars verò, nec se deserentes, nec locum, suam ac Losinæ salutem, circumlatô fortiter in obstantes ictu, tutarentur: Ungari, prostratîs haud ampliùs Belgarum viginti quinque, lixarum autem inutilísque turbæ cæteræ, summùm sexaginta; postquam de quingentis Gallo-belgis ipsi, (millium aliquot exercitus,) Marte memorabiliore *triumphare* nequibant: pago demum injectîs ingenti clamore flammîs, *ovare* se Vulcano grandi, crediderunt: pérque tenebras, extra pagum adhuc densas, arreptâ fugâ, pro præda; notas in latebras ità se retulerunt: ut proximè subsecutus, & insequens eos, nostrorum labor, illorum nec deprehendere quenquam, ac nec videre quiverit; in avia



Pugnæ campestres.

ſylvarum, tanquam in auras, formidine dilapſos: &, in reliquum, agilitate cum ventis, non ferrô cum hoſte, concertantes. Alibi verò, *Fridericianorum* cuneus, Anglorum nempe quinquaginta prædatoria manus, à noſtris excepta; Stenowizium, in caſtra Bojorum DUCIS, Octobris duodecimo, captiva pertrahitur.

Is DUX, die poſterô, caſtra Stenowiziô, Lidowizium movet, propiùs *Pilſnam*: unde tamen nec *Mansfeldium* ipſum, nec, ejus operâ reddendæ Ferdinando regi Pilſnæ, ſpem ullam elicuit; quippe, vanitate promiſorum ejus, citiùs nuperum *Maximiliani* præſagium, quàm verborum ipſius, Bucquojo datam, fidem implente. Placuit DUCI tamen, in conſpectum progredi *Mansfeldii*: ſi fortè Mansfeldius, aliquando tandem, in aciem prodiret, & conſpectum, DUCIS. Sed audacia *nothi*, formidine retrahente, non ſuſtinuit, eſſe reciproca. Compenſavit autem irritam noſtrorum, in vicinia Pilſnæ, moram, lætus in caſtra, decimô quartô menſis præſentis die perlatus, nuncius, de redacta ſub poteſtatem urbe *Glattovienſi*.

Subegerant hanc, Bavari DUCIS auſpiciis,

ſpiciſs, illa, quæ paullò priùs, Herlibergiô ducente, *Tauſſium* ceperant, *tria millia peditum* Bavaricorum, cum centuriis aliquot equeſtribus; *Glattoviam* (ut in loco dixi) ſtatum à *Maximiliano* miſſi. *Glattam* hanc, vulgus nominat: cujus urbis ſitus eſt, ad caput ferè fluvioli, qui, *Wattónem* inter, & Moldæ brachium margaritiferum, incedens ab Occaſu, ſub *Horaſchovvizio* citò ſe Moldæ miſcet. Commendant hoc oppidum, bonorum terræ deſcriptores, antiquitus, à *caſeorum* præſtantia (149): cœleſtium autem opum præcones, à ſacro Dominicanæ Religionis conventu, templôque: quorum conditorem ferebant, Theobaldum, Ladislai regis fratrem: illum, qui, Friderici Barbaroſſæ Cæſaris rerum adminiſter, obierat in Italia; translatus autem in Bohemiam, in æde Patrum *Prædicatorum* Glattoviensî, quam dixi, ſepulcrum accepit. (150) Cæterùm, urbs, iſto noviſſimæ rebellionis motu, *Directorum*, ac mox *Palatini*, partibus adjuncta; poſtquam armîs Boicîs perterrita, Cæſaris recepit obſequium; ſimul & has, in quas utrimque conventum eſt, *deditionis*, & incolumitatis, *leges* accepit. *Præſidium, mercede conductorum.*

Pugnæ campeſtres.

*rum, explicatô vexillô, cæteràque militariter inſtructum, cum impedimentis univerſis, excederet; quoquoverſum placeret. Miles gentilitius, in oppido relictîs omnibus, & rebus, & armîs, præter enſem ad latus; ſuam quisque domum repeteret. Cives, ad ſacramentum, Cæſari, quod deſeruerant, conceptîs palàm verbîs dicendum, redirent.* Nobilitati (*nam & Glattoviam, ab agreſtibus furioſis exagitatam, partem ejus haud exiguam confugiſſe, judicari facilè poteſt,*) *cum conjugibus ac liberis, ſeu remanendi, ſeu quolibet aliò migrandi, vel ſuas ad ſedes revertendi, poteſtas eſſet. adversùs Cæſarem arma reſumendi, fas, ac libertas, non eſſet. Cætera cuncta, Cæſaris arbitrio ſepoſita, remanerent.* Sic *Glatovianæ*, per annos eos aliquouſque diſturbatæ, *res*, paucîs aliquot diebus æquitate, fortitudinéque, Bavariæ DUCIS recompoſitæ; quantùm priſcos ad dominos, tantùm ad ſe, quietémque veterem, redierunt.

XLII. Dum autem hæc, eô, quem expoſui, rerum progreſſu, geruntur à Boicis, ac Bucquojanis; urbium, atque præſidiorum, aliâ ſub aliam deditione dejectionéque Bohemicis belli præſidibus nunciatâ; priùs,

priùs, quàm *Pilsna* quoque veniret in hostium potestatem, & *Praga*, regni jugulum, invaderetur: *Anhaltinus* senior, antécapi pugnæ commodiora loca, (si sic rerum tandem extrema sors, léxque necessitatis, exposceret) longè consultissimum esse ratus: motîs repentè castrîs, *Pragam* & ipse versùs festinare, solitô contentiùs, cœpit: ac, magnîs itineribus nostros anteveniens, ad *Rockizánam* denique consedit: ídque cum universis Bohemicarum virium copiis, non sinè *Palatino Fridericô*; pro quo copiæ bellabant, & qui suâ, tunc quoque, præsentiâ bellatores accendebat. nec id, tam verbîs agebat, ac tubâ; quàm, apud rerum intelligentiores, *suî miseratione*: quippe, cujus fortunæ sensim in præceps festinarent.

Erat verò *Rockizana*, suprà *Pilsnam*, in Euro-aquilonis plagam vergens, inter *Kispergam*, ac *Zervvizium*, *octo*, nec pluribus, *passuum millibus*, à loco stativorum *Maximiliani* remota. Dies ibi complures adhuc moraturi videbantur Bohemici; qui dies, jam tunc, aliquot traxerant gratìs, & in otio; nec tamen, qui priores adesse tantopere contenderant, priores quidquam in Boicos, aut Buc-

Pugnæ campestres.

Bucquojanos, auſuri: ſed, conſumendis ipſi frugibus intenti, præſtolaturi morando; dum aut inopia frugum noſtros, aut contagioſa deſidia, conſumeret. Ad ſummam! apparebat, *lentè* Bohemos *feſtinare*. Tantò *properantiùs* igitur, mixtô conſiliô, ducebat agendum eſse Bavariæ DUX: ut, quantô ſtudio *Cunctationis* rem perditam reſtituiſset olim *Fabius* ille *Maximus*; tantô *Celeritatis* breviariô, diſpendia Cæſaris redimeret hic *Maximilianus*. Ergò nihil illi viſum longius, & annoſius, illo quatriduô, quô, poſt nuntiatam Glattoviæ deditionem, *Lidiz*ii deſidére coactus eſt; quoad caſtris ſuis adjungeretur, quidquid è Bavaria militum nuper, Herlibergiô ductore, Tauſſium & Glattoviam ſubegiſset. Is miles demum univerſus advénit in caſtra Lidiziana, menſis Octobris die decimô ſeptimô: quo die, cùm ad progreſsum in hoſtem omnia jam antè ſtarent in procinctu, continuò profectionis datô ſignô, cœptum iter eſt. Sed áccidit eodem illo die, nec procùl eodem caſtrorum locô, *fortunæ peccatum* (niſi, quòd *in aternâ Numinis diſpoſitone, peccari nihil poteſt,*) & caſus; cujus & omnia funeſta fuerunt: & nihil

hil ullis mortalibus, nisi tristissima quævis meritis, lætum visum. Ejus eventûs, ista fuit occasio; seriésque, quam exponam.

XLIII. Ut *expeditiùs*, hinc quidem, illinc autem *minoribus impendiis*, Bavaricus incederet exercitus; consultissimum *Maximiliano* visum erat: *primùm*, omnem ægrorum turbam in Austriæ Bavariæque fines, ubi commodior eorum curationi locus esset, remittere. *deinde*, commeatibus, & annonæ, laxandis, impedimenta supervacua, sarcinariis injecta curribus, revehenda domum quadrigariis committere; simul vel impositâ, vel comitari jussâ, quâ castra repurgabat, *inutilẽ bellis turbâ*: cujus pars erat, & *deterior sexus*; ac signatè, *nobiles* aliquot (quid tum, si clarioris ortûs? sed in arma non natæ,) *fœminæ*. Morbô porrò pressis, voluntate suapte, consensúque DUCIS, adjunctus erat & *Alexander Haslangus*; is, quem ad *Grunbergam* nuper insigniter gessisse rem, docuimus. Eum (utì complures alios, *autumnô*, *morborum* tunc *fertili*,) paullò pòst *febris* invaserat: quæ vires illius, alioqui validas, intrà dies pauciſſimos adeò prostravit: ut agminum itineribus, succussionibus equestribus,

bus, ſupremæque vigiliarum præfecturæ curis, impar & crederetur, & eſset. Hunc, (quippe, ſibi dilectum, & muniis in futurum altioribus deſtinatum,) lecticâ *Maximilianus* deportandum, armatorum fido præſidio commiſit: ut primùm vires priſtinas recuperâſset, ad obſequia ſui DUCIS reverſurum. Erant unà, qui non modò ſtiparent eum, ſed & honoris cauſsâ ſeparatîs, ſeu vehiculîs, ſeu jumentîs extra juga, deducerent. Unà quoq;, ſueta menſis illius, ſupellex, ac res haud tenuis, & ſarcinæ, vectabantur: pretioſiſsima verò facultatum, in animo; *virtus* heróis *Alexandri*.

Perventum erat, ad nonum circiter, ab loco caſtrorum, lapidem; ſilentiô magnô, nec uſpiam hoſtium ullô mutiente: cùm, è ſylvæ, quam noſtri prætervehebantur, latebrîs, ſubitò globus evolat equitum *Ungaricorum*: continuóque lecticam *Haslangi* cingens, decem ex iis, qui, ſtipatores ei cum armis adjuncti, latera tuebantur, obtruncant: *triginta* de comitatu capiunt: cæteros in fugam agunt: *Haslangi* ſarcinas, & caſtrenſes opes, diripiunt (quod idem & *Nobilibus* tunc *fœminis*, aliísque comitibus, eveniſse,

Boicus

Boicus ſcribit annalium compoſitor,)(151) *Haslangum* ipſum, lecticâ furiosè detractum, cultiore veſtitu nudatum, viliore contectum, animæ reliquias ægrè trahentem; in jumentum ſtrigoſum inclementer injiciunt: &, in caſtra ſua celeriter abactum, adhuc eô die (qui *Sabbatinus* erat,) militiæ ſuæ ſupremo ductori(152) ſiſtunt; ingens ex eo *lytrum*, aut certè *ſpiritum*, expreſsuro. Fuit is ductor, *Joannes*, cognomentô *Bornemiſsa*: qui ſtativa tunc habebat *Rakonitzii*; locô, nobis & inferiùs, plusquam ſemel, relibandô. Caſum *Alexandri* nunc, eodem narrationis tractu, (ne ſcindere compellar Acta belli ſæpius, quàm neceſse ſit,) proſequor. Cæteris, unà captis, quídnam ſub hæc acciderit; id in memoriam temporum, quod equidem ſciam, non intravit: &, me *divinare*, nec decet, nec delectat.

Porrò, captus ab Ungaris *Alexander Haslangus* eſt, Octobris die decimô ſeptimô, pridie diei, qui memoriæ divi *Lucæ* ſacer erat. Neque diſtulit, ad eum, ſic ægrum, ſic deſtitutum in vinculis, paucas pòſt horas, &, utprimùm is comercii ſermonum per vires patiens videri cœpit, viſendi colloquendíq;

M cauſ-

**Pugnæ campeſtres.**

cauſsâ, ſeſe conferre, *Fridericus Palatinus*; tantâ præſertim caſtrorum propinquitate, non amiſsurus opportunitatem ſciſcitationis rerum variarum. quam eum confabulandi moram extraxiſse, *duarum* ad ſpatium *horarum*, adnotavit, dignitate *Princeps*, ephemeridum conſcriptor: (153) Palatiniani lateris & ipſe (quoad licuit) *Achátes*; necnon, eandem cum *Haslangò*, fortunæ viciſſitudinem, haud multò pòſt, ſed clementiore ſub dominô, nec in necem, ſubiturus.

XLIV. Poſteaquam ad aures iſtâ DUCIS *Bavariæ* pervenerunt, (qui nuncius, adhuc ante poſteri diei plenum diluculum, jam caſtra tota *Bojorum* repleverat:) quod ducibus olim, militibúsque ſuis, *Magnus Alexander*, in adverſis eorum rebus, eſse conſueverat; hoc, ingens animi, munificentiæque, *Maximilianus Alexandro* ſuo fuit: ut, quâ poſset, arte viâque, malis, in quæ nullâ ſuâ noxâ vir inclytus inciderat, occurreret, ac mederetur. HOC ſanè præſtantis *copiarum Imperatoris* eſt; eorum, qui ſe totos imperiis ejus impendunt, *omnia dura, putare ſua*: Salutémque ſuam, in illorum, credere, ſalute conſtitutam; nec magìs rectorem ſe præbere,

bere, quàm patrem; exercitibus ſuis. Unde fit, ut ibi demum belli ſecunda ſit ſors; ubi *pro Duce* libentiùs, *in hoſtem* autem infenſiùs, depugnatur: ubi charitas ductoris, alteros *ligat*, & alteros *fugat*: ſuorum *retinaculum*; adverſæ partis *terriculum*.

Ut autem ad Bavariæ DUCEM humaniſſimum revertamur: miſit hic, alterô ſtatim à captivitate die, qui fuit *Octobris duodeviceſimus*, internuntium è ſuis fidum, & epiſtolam, ad *Fridericum Palatinum*, in caſtra. Petebat epiſtola, ſollicitabátque lator epiſtolæ, verbis *Maximiliani*, *Bojorum* DUCIS, interpoſitâ (per obliquum ſaltem) cognationis utrimque Palatinianæ mentione: *Quandoquidem Alexander, claritudine natalium, Haslangus; rebus geſtis, vir fortis; ordine militari, vigiliarum in equitatu ſupremus præfectus; manu, non conſertâ, ſed ardore febrili victâ, fortunas in manus incidiſſet hominum, inter valentes & ſemineces, parùm admodum diſtinguentium; iíq; captivum, nullâ medentium curâ ſoſpitatis ejus, ſed ſub militaris cuſtodiæ rigidis legibus, ſolâ lytri quandoq; ſpe, detenturi viderentur, in incerta temporum & caſuum, (qui, mortalium in rebus, quoti-*



Pugnæ campeſtres.

*die variarent : ) priuſquam is animam citiùs, vî languoris, amitteret, quàm ejus detentores pretium libertatis reciperent : rogare ſe, majorem in modum ; utì, bonâ Palatini Septemviri veniâ, cuſtodiâ ſolutus* Alexander, *quantâ fieri poſſet, & maturatione temporis, & itineris ſecuritate, fidô militum additô præſidiô, ſibi remitteretur ; tantiſper à ſe, nec ulteriùs, attinendus, dum, medicorum adjutus arte, fomentîſq; refocillatus, conſaneſceret : eôq; factô, nullâ cunctatione fideliter iis, quorum nunc eſſet in poteſtate, reſtitueretur.*

His DUX *Maximilianus*, in hunc, quem retuli, modum ſcriptis, ac poſtulatis, interponere paratus erat, *ſuam*, Principe dignam, & rebus ipſis comprobandam, *fidem* : quam utique majoris ducere Bohemia debuerat omnis ; quàm ſuas argentifodinas (154) omnes, in liberationis Haslangianæ pretium depaciſcendas. Et, medius-fidius! non *æquiſſima* duntaxat, ſed & ipſis *adverſariis utiliora*, poſcebat DUX. Æger, ac ſibi reſtitutus, *Alexander*, & ſeipſum Friderico reſtituturus erat ; & argentum paciſcendum, utique penſurus ; quantumvis haud exiguô, per ea tempora, fortunarum ejus captô, jam antè,

antè, detrimentô. Nunc, hîs negatîs recuperandæ valetudinis ejus compendiîs, periculum erat, (& eventu ſubſignatum,) ne, ruſticitate curationis inter militaria miniſteria, nec *Alexandro* vita duraret, inter hoſtiles nexus; & ipſe, vitâ functus, ad ſuî liberationem reſurgere, quantumvis poſſet, non curaret.

Repoſuit porrô *Fridericus*, Octobris die decimô nonô, *Maximiliani* litteris litteras; ac poſtulatis, excuſationis *urbanitatem*, (id eſt, *honeſtam* repulſam;) *Cùm in ſuorum, nec manum*, Haslangus, *nec cuſtodiam ac poteſtatem, incidiſſet, ſed in* Ungaros, *tanquam exercitum, à Bohemico diſſeptum, & caſtrîs, & ſignîs, (quaſi verò non & hi* Palatino *tunc militarent:)* Joannis Bornemiſsæ, *ductoris eorum ſupremi, non Suum, in præſens, ejus, ſeu captivitatis, ſeu relaxationis, arbitrium eſſe, quo fieret, ut ipſe DUCI Bavariæ minùs tunc, quàm optaret ille, gratificari poſſet.* In hunc ergò modum, & ſpes, *Haslangi* liberandi, ſuſpendebatur; & ipſe decimum quintum in diem exinde Rackonizii deſedit; talis, qualem eum, hôc exactô, reviſemus.

XLV. Cæterùm, illâ tunc opportuni-



Pugnæ campeſtres.

tate viciniæ caſtrorum, & ſanguinis, ſuam in rem uſurus *Palatinus*; ſimul autem, & invitatus, illaipsâ litterarum alternatione; poſtquam à *Maximiliano* liberi per caſtra commeatûs copiam impetrârat: ad eum legavit *Balthaſarem* quendam *Jacobum*, è *nobilitate Palatinianâ* familiæ *Schlammersdorffianæ*, tribunum militarem, inter equites primorum ordinum, domì quoque præfecturâ clarum provincialî, tractûs *Aurbacenſis*, in *Palatinatu* noſtro, quo nunc cóndimus hæc; virum, militaribus ausîs clarum, & *acrem*; ſectæ verò ſuæ ſtudiô, verbîs ac factîs, acriorem. cujus tamen *ſoror* eodem, ac poſterô quoque, tempore, cultu religionis *orthodoxô*, nobilium Ratisponæ virginum-cætum, cuj *Superiori* nomen, piè ſemper, & à continentia ſingillatim ſpectabilis, incoluit: *Virgo*, tantô Superis utique magìs conſpicua; quantò diſparis ſexûs oculis minùs ipſa, vel offerri *fortuitò* geſtiens, vel *ſtudiosè* ſemet offerre: clausîs, adversùm ſcenas tales, quantùm valvîs, ac feneſtris ſuîs, tantùm curîs, & cupidinibus animi. Nec ſpectari gaudebat, nec ſpectare; nova *Sara Nilotica*: quæ, (Pelagii Diaconi teſtimoniô,) ſupra fluminis alveum annîs

annîs habitans ſexaginta, flumen nunquam aſpexit: (155) virgo, ſuî videns, & oculata; cæterorum, negligens, atque cæca. Sed, regredior ad *Schlammersdorffium*: de cujus laudabili *germanâ* juvit hæc inſpergere paucula, quò palàm facerem; *Eorundem nonnunquam pariúmque natalium, quàm diſpar ſoleat eſſe, vitæ morúmque via!*

Sororiæ ſimplicitatis ſolitudine quietêque, tantò *frater* ejus verſutior, ac turbulentior; diuturnum vagabundúmque Germaniæ bellorum tympanum, & ſuſcitabulum, *Balthaſar* hic *Schlammersdorffius*; cùm ad vigeſimum Octobris diem ſtetiſſet in prætorio *Maximiliani*: quò magìs legationis audaciam velaret, & poſtulationis invidiam leniret; partem culpæ temeritatis illius, haud erubuit in anſam transferre verborum *Haſlangi*, biduani tunc captivi, quæ verba miſcuiſſet ſemimoriens ille, cum iis, qui *Rekonizii* cum eo contuliſſent. quæ colloquia, ſi fingerentur, refutaturus *Alexander* ideò non erat; quia nec præſens tunc, neque gnarus. Hunc autem ferè ſermonem cum DUCE tunc tribunus hic habere cœpit. *Quamvis videat, ac doleat, Rex ſuus* (Fride-



Pugnæ campeſtres.

ricum ſignans,) *à Comite Palatino Rheni, Comitem Rheni Palatinum; à Bavariæ Duce, Bavariæ Ducem; à conſorte ſtirpis, cognatum ſanguinis; ab eo, cuj Rex ſuus regnum & Imperium quæſierit, illum, cuj Bohemiæ regnum DEUS, ac populorum conſenſus, in manum dederint; à Maximiliano denique, Fridericum, inter utriuſque clara per Imperium orbémque nomina, bellô laceſſi; neceſſitudinum veterrimarum amabilibus vocabulîs, in odioſa recentium Inimicitiarum venabula, teláque, converſîs, (tanquam, Gatulicis in ſylvis, Leo leonem inſectetur:) non potuiſſe tamen, ac certè quidem noluiſſe, regem-Electorem, ſic omnem uſquequaque, propinquitatis viſceribus inſitam, mentis inclinationem exuere; quin & amicâ ſalutatione cognatum ſibi DUCEM, impertiret; ac de rerum ſtatu, per internuntium, ſciſcitaretur. Præ rebus tamen aliis omnibus, interrogare Fridericum regem; Ecquid in bellum totius incubiturus Maximilianus Dux eſſet? an verô, ſuſpensîs, in paucas ſaltem inducia-rum horas, armîs, aliquam, per tranquilla colloquia, Pacis conflandæ cogitationem admiſſurus?* Poſterius *hoc conſilium, Bavariæ DUCEM anteferre* priori *decreto promptum ac para-*

Anni 1620. Leo Galeatus.

*paratum eſse; ſenſiſse Fridericum, partim è narratione, nonnihil etiam, ex habitu fronteque* ſuadentis *id*, (156) Haslangi: *præ ſe ferentis*, Non refugiturum, ſed gratam potiùs habiturum (157) *Maximilianum, utriuſq; de Pace conciliandâ, deliberationem, ſermonúmque* vivum, *inter præſentes, commercium. Id ſi ſic animo DUCIS ſedeat; per ſe neutiquam ſtaturum, quò minùs, bonô provinciarum & Imperii publicô, congreſſu pacatô, via quàm primùm fiat, ad* Tranquillitatem, *omnibus optabilem reducendam. Hôc enim, nec alio celeriore, compendiô, repreſsum iri cruoris torrentem illum, quo, per biennium ferè jam alternîs cladibus fusô, Bohemia ſpumet, & útraq; Pannonia* (158) *reſtagnet. Hôc remediô, minutum iri, funerum, quæ nunc lues in caſtris denſet, multitudinem. mitigatâ fame, ſaniora redditum iri corpora: populorum animis veterem redituram hilaritudinem*: odia *deceſsura partibus, ac factionibus; quæ* bonâ fide, niſi poſitîs priùs armîs, nunquam deponantur. *Ità, minus enaſciturum cauſsa furentibus agricolis, trucidandi Nobilitatem*, (159) *ac Principes*: (160) *minus ſtimulorum fore clientibus, extrudendi patronos, ac dominos ſuos: minus,*



**Pugnæ campeſtres.**

*nus, excurſoribus, & prædonibus, capiendi chiliarchas,* (161) *& exhauriendi ſpoliis oppida.* (162) Duorum, *inter ſeſe ſermocinantium, beneficio,* (*ſi* Pacis Auctor DEUS *aſſiſtat,*) *debitura ſuæ felicitatis reditum,* innumerabilia *mortalium* millia. *quæ gloria, num, tanquam* collegæ Pacificationis, *placeat DUCI, nécne; cupere, legati miniſterio, diſcere* Bohemiæ regem: *qui libenter, & ultrò,* Maximiliano, *ceſſurus ſit poteſtate, deſignandi ſtatuendíq; negotio tam ſplendido, tempus, locum, comitatûs utrimque numerum, & congreſſum; vel ſinè, vel cum telo ſubalari, loricâ, galeâ: procùl tamen armis, quæ nitrô ſint, & igne, perniciosa: quæque talia præſtitui ſolerent alia. talium omnium præmonendorum, DUCIS Bojorum eſſe futurum* arbitrium. *Niſi tamen hanc ipſam,* (ſubjungit legatus) *ſtatuendi quidquam* arbitriô ſuô, *facultatem, Maximiliano Cæſar eripuerit; cùm, in ſuo Proſcriptionis Edicto, decretóve, quo Bohemicos Proceres, ac Regem hodiernum, ferit, proſcribentiũ ritu catero mandatum hoc addebat, quo Principes, juris ac poſſeſſionis Cæſareæ vindices, & recuperatores, jubentur, in eos, qui ſpontè ſuâ redirent ad obſequium, agere* clementer. *adversùs inobſequen-*

Anni 1620. Leo Galeatus.

*quentes, è contrario, sanciebat, ut* bellici rigoris *institutîs uterentur. His Cæsaris mandatis, in apographum transscriptis, quoniam addat, suîs DUX verbîs, quasi per formam* exceptionis, *& commentarioli, parenthesî circumclusis,* ( PALATINI TAMEN ELECTORIS, ALIAM HABITUM IRI RATIONEM ) *nasci dubitationem; AD Clementiámne Cæsaris, an ad Rigorem, extraordinaria via, spectet Palatinus? hujus* problematicæ *sphingis optimum futurum Oédipum,* Maximilianum: *quippe, suorúmmet interpretem verborum. quorum proinde lucem, ac meridianam expositionem, in hac perplexa conjectura nocte, sicut peteret, sic exspectare, dicebat, DUCI* ( *demptîs, ad quæ cogatur, armîs* ) *conjunctissimum Fridericum.*

XLVI. In hunc ferè modum expositîs sui Principis, hinc querelîs, indè postulatîs, vafer Rhápsaces, *Schlammersdorffius*; præstolabatur, quid sibi reponeretur. Sed, *Ezechiæ* vice, nec respondentis, nec responderi sinentis, ( 163 ) incidit hic orator, in *Salomonem*; & æqua diserentem, & ænigmata constrictè disolventem, *Maximilianum.* Cùm enim iste, tantùm non manu palpa-

Pugnæ campestres.

palparet; In tanta caſtrorum, & hiemis, & pugnæ decretoriæ, vicinià, non *Pacem* à Bohemis, multòque minùs *leges-pacis* æquas, ac duraturas, quæri; ſed inducias, Cæſarianis inutiles, & occaſionum, armîs de ſumma re diſceptandi, fugam, ac dilationem: donec in immenſum illi convaleſcerent; & in nebulam noſtri conatus, virésque, variè diffluerent (164): diſſimulans tamen aſtum hoſtilem, & frontem è regulis humanitatis explicans; hæc à legato referri Septemviro Palatino DUX juſſit.

*Electori Palatino quàm ex animo bene ſemper DUX Bavariæ voluerit: ſatìs hunc demonſtrâſſe, videri jam tum potuiſſe; cùm Sæculi præſentis annô decimô ſeptimô familiariter inter ſeſe Monachii (165) colloquerentur, & agerent. Poſtea verò, cognationis, amicitiæ, charitatisq; nexum, ecquo pignore manifeſtiore firmare DUCEM potuiſſe; quàm, emergentibus in Bohemia motibus, (turbidorum quorundam conſiliîs inſidias Electori tendentibus,) crebrîs tum epiſtolîs, tum internuntiîs, hortando, dehortando, precando, deprecando, diſſuadendo, deterrendo: ne tam ancipitia tentaret? debere Fridericum, unô Septemviratu, geminôq; Palatina-*

*tinatu, contentum, pacificè fortunis ſuis acquieſcere: nec, invadendîs alienîs, amplecti periculum, & propriîs ſimul, & exteris, excidendi. Non omnibus in rem eſse ſuam, è Principibus Ducibúsq;, fieri Reges, aut Cæſares; exemplô ſe docuiſse: cùm faſtigia potentiæ celſioris, etiam oblata ſibi, repudiaret. Auſtriacæ domûs quatienti columnas, citiùs ſuorum penatium, quàm potentiæ tam fundatæ ruinam, imminere. Talia prædicenti ſibi, negatas & aures, & fidem, eſse; quod dolenter (ut par eſſet,) tuliſse DUCEM: mulìo verò moleſtiùs acerbiúsq; ; duram ſibi, nullâ ſuâ voluntate, multóque minùs ambitione, ſed Cæſaris mandatô, fuiſse neceſſitatem impoſitam; eum, quem obſervârit, ac dilexerit, armîs inſectandi; donec, cum ſuis, Palatinus Ferdinando, (legitimo, conſummatóque, Bohemiæ Regi,) Bohemiam; Imperatori, Majeſtatis reverentiam; provinciarum domino, terras ſuas, ac jura; terris, & Imperio, tranquillitatem; divinis demum, humanísque, legibus obedientiam, reſtituat. In hac ſi Palatino, cum Cæſare, conveniat; conveniri Maximilianum à Friderico, neceſſitatis nihil habiturum. Valeret potiùs; ac paréret, unà ſecum: ille, Cæſari cedendo regnum:*

*DUX*

**Pugnæ campeſtres.**

*DUX ipſe verò, ſimulac is ceſſerit, ac Cæſar juſſerit, Bohemicîs terrîs excedendo.* Verborum, *de quibus Palatinus tricetur, & hæreat*, poſtremorum, *ne nodus in ſcirpo quæratur, planum eſse ſenſum; cùm linguam illa ſuam*, (*ſiquis intelligere non refugiat,*) *habeant Alemannicam.* (166) *Summatim*; *De Palatino* nominatim, *nec* præſcriptum *ſibi quidquam à Cæſare; nec* diſtinctum. Id eſt, ut ego reor; Palatini, proſcripti nuper, ſententiam, *unam ac ſimplicem*; manere *ſimplicem, & Unam*: adeóque, non fori ſui, ſed Auguſtæi, rem eam totam eſse: Cæſaris, univerſum hoc tribunal. A Cæſare, provocatum iri, quémnam alium ad Cæſarem?

XLVII. Dimiſsus, cum mandatis his, *Schlammersdorffius*; illuc, unde miſsus fuerat, revertitur: *Pugna*, nuntians, *non verborum*, & colloquii, *congreſsum* inſtare: repulſæq; dimiſſionis-Haslangi, repoſitam eſse collocutionis repulſam. In hanc utique partem, mentis ad leniora duræ, *Maximiliani* reſponſa calumniatores trahebant heterodoxi: more ſuo, (ſiniſteriùs quævis interpretandi,) *Vindictam* nominantes ac *talionem*, id, quod *æquitas* erat, atque *neceſſitas*.

At,

At, iniquiorum de ſe ſenſuum ſermonúmque, tantùm, quantùm hoſtilis ferri, contemptor *Maximilianus*; cùm eodem prorſus numero duceret languidum otium, ac frivolum negotium: relictîs diſceptatiunculárum nugîs de *Pace*, (quæ *pervicacibus eſſe nulla poterat*,) belli progreſſum reſumpſit: perendinôque (qui dies fuit Octobris alter, & vigeſimus,) tentoria detendens, movente caſtra ſimul & *Bucquojô*, poſt quietem quatriduanam tandem excuſsam (167): *Pilſnæ* propinqua loca deſerit. Ac primùm, *Mieſſam* transgreſsus jam antè, flumen, (quod, *Tachavii* mœnibus prælapſum, Pilſnam verſùs decurrit, & indè *Watróni* miſcetur,) ad lævam Bohemiæ plagam, ac locum, cuj *Zlximírio* nomen, DUX iter inſtituere; dein *Tuſcavvizium* flectere, cœpit: de *Praga*, rectà petendâ, palàm diſſimulans; ſecum autem animô conſtitutum id, ac fixum, tenens. Et eam quidem noctem, quæ diem Octobris viceſimum ſecundum clauſit, Bavariæ DUX, *Tuſcavvizii*, ſicut & caſtra prætoriana, *cepit*; ſed tantùm non ipſe *captus*, ac noctem, ſibi ſupremam, expertus. Sic autem acta res eſt; cujus enarrationem ab

ab aliis paſſim, & ab ipſo (quod mireris) diarii bellici fidiſſimô compoſitore, prætermiſsam; mihi, Boicóque ſcriptori, Phoſphoróque Czechorodiano, (168) tradendam poſteris, reliquit Anhaltini Principis filius cognominis; *caſtrenſium* ſub hæc *ephemeridum* digeſtor.

XLVIII. Quo tempore, tribunus militum *Schlammersdorffius*, in caſtra *Palatini*, (quæ circa Rochizanam adhuc, aut haud adeò procul indè, fixa ſtabant,) renuntiavit, cujúsnam mentis & decreti, Bavariæ DUX eſset, de bello proſequendo; velut paullò ſuperiùs expoſitum eſt: ex iis, qui *Fridericum* circumſtabant, minimè dubium eſt, has, aut harum ſimiles, doloris, & impatientiæ, prorupiſse voces: *Quid moramur igitur, aliquando tandem, Bavari nobis attemperandi, conciliandíq; cogitationes abjicere? Bellô* flagrat, *omne circumcirca* Bojohajmum; (169) *& hoc, ventilantibus* facem *Bojis. Quin igitur, Rex*, incendium *hoc feſtinamus* extinguere Ruinâ? *nec illo vetere Catilina conſiliô*, (170) *noſtrûmmet ruinâ; ſed ſaniore: DUCIS inquam Bavari pernicie. Tuſcavvizium, narrant exploratores*, (& verò narrave-

raverant, ac verùm erat,) *eum in ſtativa ſibi deſtinâſſe, pernoctaturo. Dies hic adeſt: nox, haud multò pòſt aderit: arx & caſtellum Tuſcavvizianum haud remotiſſimum, ſed, quod ad noctis medium attingi poſſit: ſi miles expeditus, ſi dux viæ peritus, interjecta nemorum perfringere, nec timeat, nec ignoret. Obruatur DUX inimicus, incogitans: opprimatur, ac pereat, ſemel! & cum illo pariter* interibunt omnes illius cogitationes, *copiæ, conatus.*

Impulit hæc oratio *Palatinum*: ut, qui *de die* jam dudum nihil profeciſset armîs; is bellare *noctibus* averet, & auderet. Nulla fit igitur mora. Tanquam ad exploratam victoriam, imperiô Palatini, mox & exemplô vivô, ſuſcitatus, coit miles: fremit hinnitu pernix equitatus. Agminis primi ductor, *Comes Hollachius*; florem equitatûs, ex omni ſelectum exercitu, cum *peditatu mille, trecentorum*, ſclopetîs dimicantium, ſecum rapiebat. Hos trahebant, prægreſſi totum agmen, ii, qui ſeipſos itineris duces, ac viarum gnaros, profitebantur, Bohemi, ceu regionis indigenæ: quibus adjunxerant, & immiſcuerant ſe, pars, ac numerus haud exiguus, *Ungarorum*, Bethlenii Gaboris e-



Pugnæ campeſtres.

miſsariorum, & à Bornemiſsa ſeorſum tendentium: qui, proximîs audaciæ ſuæ ſucceſſibus inflati, paſſim ſe Belgas dormientes, & Erwittum, incurioſum ſuî; paſſim, Haslangos in lecticis, ac febri, ſic & *Bavariæ Ducem*, ſopitum, Tuſcawizii reperturos confidebant, & ſuæ poteſtatis facturos. Hi proinde Pánnones, viæ (ſicut dixi) præſidibus & antecurſoribus hærentes, *Hollachium*, agminis primi rectorem, & ab hoc deinde, quidquid agminum ſequebatur, ipsósq; ductores, ità ductabant (171): ut ex eorum progreſsu, regreſsu, ſtatione, motúve, cunctum cæterorum itineris-regimen pendéret. Subſequebantur autem hos, & Hollachianum agmen; aliud, & juſtum, Ungarorum commilitium: Ungaros, Auſtrii, rebellionis adhuc tenaces: Auſtrios, Stubenvolianæ cateruæ, quíque cæteri; denſum mixtúmque, ſed bellicoſum, vulgus. Póſt hos, anteceſſor Friderici Palatini, Chriſtianus, princeps *Anhaltinus*, ſenior. proximè, *Fridericus* ipſe, cinctus aulicô ſuo, quà comitatu, quà ſatellitiô; cum equitibus ducentis, quorum turmam unam Dux Saxo-Wejnmarius, alteram Spaldorffius, moderabantur. Poſtremus, Mans-

Mansfeldii vices agens, cum equitatu ſuo, *Styrumbus* incedebat *Comes*, fratrum natu major. Hic univerſum agebat Fridericianum illius noctis exercitum; *decem* (utì ferebant) *millium* multitudinem: quam Rochizánâ Palatinus, ſub primæ vigiliæ primam horam (Teutonibus, *ſeptimam veſpertinam*,) obductîs jam per tenebras ſemitîs, in Bavarum DUCEM eduxit.

Sed, obſcuratîs elementîs, & ipſo quoque cœlô caligante, lucidus adhuc clarúsq; perſtabat divinus Oculus; *Maximiliani* noctium ac ſomnorum cuſtos, & excubitor. Nam profectò, *Niſi* DEUS, cœli terrarúmque DOMINUS, *cuſtodiſſet* (172) iſtud, ſibi dilectum, & pluſquam unâ *Civitate* commendatius, Caput; *fruſtra vigilâſſent, qui cuſtodiebant* tunc illud, prætoriani ſatellites: quíque Tuſcawizii tractum inſederant eâ nocte, Bavarici; nondum ad numerum decem millium ſelectiſſimorum aſcenſuri. fruſtra quoque, (Fridericianîs, ad noctis medium, infuſurîs ſe,) *Butquojanum* aut invocatum, aut exſpectatum ſubſidium, ex pacto fuiſset: quippe, Comite, Cæſarianorum ductore, ſuîs cum copiis, (ità caſus,



Pugnæ campeſtres.

& locorum ratio, tulerant,) procul alibi noctem eam ipſam agentibus, & in tempore ſuccurrere, per opaca, cæca, perplexáq; callium, ſi vel maximè ſtuduiſsent, nequaquam valiturîs.

Sed, ne Bucquojô tunc, neu' Boicîs ipſîs opus auxiliis foret; antevénit *Exercituum-Domini* directrix manus: quæ ducibus, itinerum callidis, & comitibus eorum, *Ungaris*, jam eouſque ſylvas ingreſſis, unde, recipere ſe, peroperoſum fuiſset, *ſpiritum* immiſit *vertiginis* (173): ut, excidentes viâ militarî, deflecterent in avia latrocinantium, ac devia venatorum: in éadem quoque poſt ſe traherent, omnia ſubſequentium agmina. Quocirca, nocte, nec ſideribus illuſtrî, nec facibus, denſa ſylvarum diſcutientibus, lucidâ, (ne luminum claritudine, *Palatinianorum* adventus hoſti proderetur,) nullâ demũ uſquam radiosâ lampade: quídnam rebelles, ac rebellium fœderati, *Pánnones* illi, Gaboris tyranni ſatellites, & Eccleſiæ veteris transfugæ, propterque cauſsas has, & alias, *Impii* meritò, quin & *Seductores*, Paulinîs è verbis nominandi; (174) quid, inquam, quid erant aliud illi, quàm, *errantes* ipſi, ſimul autem

*& in*

*& in errorem mittentes* alios ? quid, niſi *Cæci*, divinis in rebus ; & in caligine nocturnâ tamen, audentes eſse *duces cæcorum ?* (175) Quid miremur igitur, *In circuitu*, pérq; tramitum ambages, *ambulâſse* viatores, ( *Hunnorum*, inquam, poſteros, & ſectarum aſseclas,) tam tunc *Impios ?* In ſumma ! nidi Bethleniani viperîna progenies ! fortunarum *Palatini* fatalis *Cometes*, & violentus *Caurus !* qui turbine ſuo, noviſſimè quoque, ſubverſurus ad Pragam fore, Fridericianæ felicitatis univerſam ſpem, & currum ; jam ex hujus ipſius noctis præludio, credi meritò poſſet. Interea, *malam in rem feſtinantes* Ungari ; *perdere* primùm omnium debebant *Viam :* deinde, *mentem*, & conſilium.

IL. Ergò, ſimulac aberrantes, involvi ſylvis, ac ſaltuoſis teſquis, cœperunt ; aliam ex alia progreſsûs difficultatem adeuntes, nec ipſi pergebant : nec pergere, tractum abs ſe, peditem equitémque permittebant ; ſuîs oppoſitîs equîs, & corporibus. Paſſim reſtitantes, & ipſi morabantur, & moram ſequentibus injiciebant : multifariàm tricantes, & intricati. Nam, aut arctiſſimîs comprimebantur callibus : aut transverſîs retarda-



Pugnæ campeſtres.

bantur foſsîs; vel, decuſsatim jacentibus, arborum truncîs, ac ſtirpibus, impediebantur. aliàs, pluvialium interjectu fovearum, aut congerie lapidum; aliàs denſiſſimè conſertîs inter ſeſe virgultîs, aut ramorum impendentium inexplicabilibus nexibus, conflictabantur, ipsíque, jumentáque; ſuccuſsu continuatô calcitrantia. quæ cuncta mala, formido tenebrarum adgravabat, pavórque, lymphatorum ſimillimus. *Nox* quoque, quæ *dare* cæteroqui vulgò *conſilium* dicitur, *rationem* his, ac mentem, eripiebat. Maledicere præcedentes-Hollachiani, viarum ducibus, & obicibus: ſubſequentes autem, antecedentibus; omnes demum, omnibus: & expeditionis auctores, ſuómet conſilio Diras imprecabantur. Sub extremum, minimô minùs abfuit, quin, inter ſeſe rixâ commiſsi, poſteriores Ungari, præviis Ungaris, ceu malorum cauſſis, præliô congrederentur; & maculam invidiámque gentis, à ſe deterſam, eorum interitu delerent; qui, (quantum in ipſis fuiſset,) exercitum hoſti delendum objeciſsent.

Inter hæc talia denique, cùm ad nihil minùs, quàm Tuſcawizium, & ad Bavariæ DU-

DUCEM, ad viciniam verò paullatim antelucani temporis, ventum eſset: deſtinati ſucceſsûs, ac rerum aliarum omnium, deſperatione fracti, victíque; rèceptûs ſignum Palatiniani, cùm canere non auderent, juſsu Principis, ac ductorum, aliis alii, per cuneos & turmas, indixerunt. Indè pavidè, pedetentim, ac ſilentiô (ne deprehenderentur) altiſſimô, relatô retrorſum gradu, *Rokitzánam* ità repetierunt: ut ſimulacrô quodam ac præludiô (ſi ſic dici conveniat) *diei-Noviſſimi*, qui poſtremi pridie fuerant, primi redirent: & qui priores omnibus exierant, omnium ultimi reverterentur: Et hoc, infectô pariter omnes negotiô; DUCEq; Bavarorum incolumî: cujus tamen oppreſſio, *ſcopus* ac *meta* fuerat totius hujus expeditionis. Sed *Punctum* ſalutis Maximiliano fuit, Ungaros *aberrâſse*.

L. Quamvis autem DUX inclytus Noctem illam, quæ *Jovis* diem hôc, quem proſequimur, annô clauſerat, (176) ignarus iſtius tanti tunc periculi ſui, tutus, & *innoxiam*, egerit: non habuit tamen per omnia *quietam*; multóq; minùs, hilarem, ac *Jovialem*. (177) Immiſſi namque, (ſeu fortaſſis injuſ-



Pugnæ campeſtres.

injuſsu præfecti ſui, ſoláque prædandi libidine ſuâ,) qui *Mansfeldii* ſub ſignis erant, è præſidio Pilſnenſi digreſſi, Batavorum aliquot Anglorúmque cunei, *Tuſcavvizium* irruerant. Eorum pars, *foris* in caſtello, ſpoliandis incolis imminebat; pars, arce jam effractâ, direptionis initium *intus* facere tentabant. Sed in hos commodùm incidentes utrobique, Bavaricorum agminum antecurſores, *Cróatæ*; virtutéque, (ſi non & multitudine) ſuperiores, eorum prædonum *centum* & *quinquaginta*, partim trucidârunt: cæteros, injectîs vinculîs, abduxerunr; *Maximiliani* poteſtati traditos. Ei tamen hæc, & alia talia, parùm admodum ad noctis illius quietísque tranquillitatem contulerunt; in tanta videlicet *Mansfeldianorum*, tum viciniâ, tum excurrendi licentiâ, coactô DUCE, quævis in momenta temporum exſpectare caſum irruptionis illum, quem jam ingruiſse viderat in momentum unum. Tantò ſervabantur igitur intentiores ubique vigiliæ; quæ, magnis *hoſtium* exercitibus fortaſſis impares futuræ; prædatorias tamen eorum manus, ope Dalmatarum accedente, non difficulter erant contempturæ. Sic ibidem adhuc

huc locorum evénit: ut ad diem Octobris viceſimum tertium, ſub Solis ortum, à Bavaricis exciperentur legionarii *quinquaginta*; ſex alariîs, præſidii cauſsâ, ſtipati. quos ad ſe tamen mox adductos, & excuſsos, ut comperit *Maximilianus*, ad *Erneſtum* pertinere *Mansfeldium*, & ad corporis ejus cuſtodiam prætorianam: inviolatos ad eum, & incolumes omnes, è veſtigio remiſit: conſiliô, mihi quidem inexploratô; conjecturis tamen expoſitô. Num, *clementiæ* famam, non tam *captans* Bavariæ DUX, (quippe, qui nuſquam ad id uſque temporis ſævîſſet,) quàm *confirmari* deſiderans, id egiſset? An, utì *Mansfeldium*, invicem *paci*, Pilſnæq; deditioni, Bucquojo nuper oſtentatæ, flexibiliorem, hac ſuâ manſuetudine, redderet? An verò potiùs, ut, viâ contrariâ, Bohemis conjuratis, ac Friderico, ſuſpectum *Pilſnæ* cuſtodem, inviſúmque (tanquam Bavaro clanculum amicum, & colludentem,) efficeret; dum ejus excubias-intimas intactas dimittit, *Annibalis* artibus: qui, ſuburbanos Romanorum agros incendiîs evaſtans, *Fabii* tamen Maximi, *Cunctatoris*, hoſtium principis, tanquam amiciſſimi, ſegetes illæſas præteri-

 vit? (178)

Pugnæ campeſtres.

vit? (178) Sed, *cur* unaquæque *facta* res ſit, Scriptoris haud intereſt. *factam* narrâſſe; ſatis ad hiſtoriæ candorem eſſe debet. Mihi tamen, ex iis, quæ legi paſſim, & audivi, ſatis conſtat; Maximiliano DUCI, nunquam *Mansfeldium*, nunquam ejus mores, genium, actáque, fuiſſe probata. Sed hæc nunc omittimus; & ad potiora feſtinamus.

LI. Maximilianum, *Numinis*, & *Angelorum* cœleſtium, (de quo nemo pius tunc dubitavit) præſidiô ſubductum periculis, quæ Bohemus hoſtis totîs copiîs in caput ejus, ac nocturna ſtativa, comparaverat; extemplò terrores, ab eodem hoſte, minæque cladium aliæ, circùm ſteterunt. TANTUM cardinis eſt, in Heröe ſitum, bono publico ſe donante. Defenſurum bonos omnes, omne malorum oppugnat agmen.

Ad viceſimum tertium Octobris diem, *Welam* (179) arcem occupaturus DUX, ne, perrecturo *Rackonitium* versùs exercitui, cuſtodes arcis moram injicerent: præmiſerat legiones, equitatûsque pleramque multitudinem; præmonitam, ſe quoque protinus, cum lectiſſimis exercitûs ſui, ſubſecuturum. Ibant, ut imperatum erat, equites, pedites, tor-

tormentarii currus; cum impedimentis. In procinctu ſtabat & ipſe DUX, continuò moturus: cùm, in articulo temporis, curſore miſsô, demiſsè rogatur à Comite *Bucquojo*, Siſtere ſuos dignetur; & ipſe quoque ſubſiſtens, de *pellendo* potiùs hoſte, quàm de *motu* caſtrorum, *cogitare*. Non procùl enim caſtrîs Cæſarianorum tendentes, apparere cœpiſse Fridericianos; impetum in ſe ſuósque, pòſt & in Bavaricos fortaſse, facturos. quæ poſtrema tamen verba, (ſicut & de ſuppetiis obliquè flagitandîs) non tam promebat internuncius, quàm, intelligi tacitè, cupiebat. At, more magnanimè liberalium, plus fecit *Maximilianus*, quàm rogabatur. Non enim *cogitavit* modò, ſed & *effecit*, quidquid ulteriùs rogari potuiſset. Continuò namque *ſiſti* præcedentium agmina præcepit: & ipſe, ſemet expeditum in equum injiciens, aſsumptîs unà *mille quingentis* acerrimorum equitum, *Tillium* compellans, legatum ſuum; *Hîc tu nunc* (inquit) *meam vicem, & partes, implens, & cum exercitu cætero peditum & equitum universô, tanquam in ſubſidiis ſubſiſtens; machinarum currilium, & imperii mei, (ſimulac ſequi te juſſe-*

Pugnæ campeſtres.

*juſsero, vel quoquò versùm tendere,) ſollicitam, uti ſemper ſoles, ac facis, curam & cuſtodiam ſuſcipias. Injuſsu meô, ne te móveris.*

Habuit DUX audientem dicto, legatum, equitem, legiones: & ipſe, ſuô cum equitatu celerrimè *Bucquojum*, ad latus dextrum caſtra metatum, quærens; cùm jam haud procul vallô caſtrorum ejus tenderet, ei ſignificari juſſit; *Adeſse ſe: majoribúsque, ſi res exigeret, cum copiis ſtatim adfuturum. declararet* Comes, *in quo ſuccurri ſibi, vel ubi locorum, vellet?*

Obſtupuit Comes tantum, in DUCE, ſubveniendi ſibi ſtudium, ínque ſtudio celeritatem: actîsque prolixè gratiîs, ſignificavit, *Magìs in præſenti non-neceſsarium, quàm in poſteri temporis incertos caſus aſpernandum, auxilium Boicum fore. Caterùm, ſub meridiem, Bohemos mutatô conſiliô, videri ſentiríque deſiſse: quòd, novô fortaſse rerum bene gerendarum impetu conceptô, ſtativa ſua repetîſsent.*

Id non temerè *Bucquojanos* conjectâſse; continuò rumor novus aperuit. Reverſus enim ad *Tillium* Maximilianus, & cum copiis univerſis, ante noctem adhuc, *Welam* aſce-

aſsecutus ; audivit paſſim illic narrantes, Anhaltinianum equitatum , numerô prævalidum, & *Ungaros* præſertim excurſores, turmatim circùm ea loca palabundos , inhiare prædæ, cladíque memorabili, Bavaricis inferendæ. Res autem , & opportunitas, quæ *Fridericianis* oblata fuiſse videbatur, erat ejuſmodi.

Per eosdem illos dies, imperiô *Maximiliani* DUCIS, è Bavariæ finibus advehebatur abundans commeatus, & nitrati pulveris ingens copia, necnon *argentum*, in *ſtipendia* Bavarici militis; cum præſidio tamen equitatûs tanto, quantum res hæc exigebat. His curribus intercipiendis, & præſidio ſubruendo, ferebatur, Bohemorum , ac Pannonum, omnis illa multitudo Rockizanâ *Pilſnam* contendere ; quòd, illàc Bavaricorum futurum tranſitum, per loca, ſuperioribus diebus à noſtris occupata , divinabant. Et tranſituri ſanè fuerant, ínque manus & inſidias incaſuri Bohemorum. Sed antevertit hæc hoſtium conſilia , provida *Maximiliani* cura. Ducebat turmas, præſidii cauſsâ (velut dixi,) curribus additas , chiliarches *Lindelóus*; vir bellô pacéque bonus, ac tutelam tunc

Pugnæ campeſtres.

tunc annonæ, ſtipendiorúmque, voluntate DUCIS, ſortitus. Ad hunc, concubiâ nocte, curſores geminos, DUX, viîs diversîs, & cum mandatis utrumque ſimillimîs, emittit. Horum is, qui, die jam clarô, *Lindelóum*, (Bohemiam cum curribus, & equitatu ſuo, multùm jam ingreſsum,) in campis *Plaſſenſibus*, ſuprà *Pilſna* fines Aquilonares, nactus; accuratè verbîs Maximiliani monuit: *Primùm*, utì tantiſper, quoad hoſtium conſilia conatúsque planiùs paterent, à Bohemiæ penetratione ſibi temperaret; in orâ, limitibúsque, Bavariæ finitimîs, ſeſe contineret. *Deinde*, quoniam *Ungari*, cæterîs inquietiores, *Bojos* paſſim, & ex inſidiis, aſsultarent: eorum importunas excurſiones omni vî contentionéque reprimeret, ac coërceret. *Denique*, Bohemorum quascunque copias, terminis Boicis imminentes, pro virili depelleret, & profligaret. Quibus, talium priùs ignarus, *Lindelóus* è curſore cognitîs, dictô citiùs reflexit iter. turmas & currus, (agmine tamen compoſitiſſimô, ſilentîque,) reduxit; nuſquam interjungens, donec *Tauſſium*, & vicina *Glattovia* loca, Bavaricîs præſidiîs firmata jam antehac, attingeret. *Tauſſii* con-

consedit: ac mandatorum reliqua summâ diligentiâ curavit. In hunc modum & DUCIS sollicitudo voti sui compos; & hostium insidiandi labor irritus, est effectus. De cætero, dies *Octobris quartus & vicesimus*, uti *Sabbatinus, ità quietus*, à bellicis quoque motibus, permansit.

LII. Secuti sunt autem, *vicesimus quintus*, ac *sextus*, ejus mensis; quos DUX egit *Crelovvizii*, locô, trans amnem sitô, *Rackonizensis* tractûs. Ab hoc autem *biduo*, per insequentes deinceps *dies tredecim*, quotidianæ ferè, nonnunquam etiam, sub unum eundémque diem, plures unâ, pugnæ velitares, & equestria prælia, locîs aliîs & aliîs, geri cœpta sunt; *scenæ*, quodammodo *præsultricis*, illius supremi, quem pòst aliquantò *Prægæ* spectabit, *Actûs*. In quibus tamen congressibus enarrandis (sicut in hac universa Bavariæ DUCIS expeditione) non temerè cujusvis obviorum, *Acta* tradentium, auctoritati, ducimus insistendum;): ac nec eorum quidem vulgò per omnia, qui passim hodie volventium in manibus versantur; & à meipso subinde, superioribus in annis, pro testimonio laudati sunt. Pace dixerim eorum

Pugnæ campestres.

rum, quos propè propiùs nominâſsem : ſed exprimere ſuperſedeo ; quoniam inſtitutum eorum haud improbo. ſed *Actorum*, in hiſtoria, digeſtionem ideò ſequi nolo ; quia plurima rerum apud eos, & locorum, ac temporum, dierúmque, nubes & nox eſt : ad ſummam ! ordinis exponendorum multa confuſio. Non tale verò deprehendas, *Viri*, calamô tersô, conſiliîs, geſtîsque bellicîs, clariſſimi, *Georgii Teyſingeri*, breviarium *expeditionis Maximilianæ* ; quippe, ſtatim à re, ſub manibus oculísque geſtâ, raptum, diſpoſitum, & conſignatum. Ab hoc, ſicut à capite ſtatim, exordiôque *Leonis* mei *Galeati*, ducere telam hiſtoriæ ſum orſus ; ità, ſupremum ad filum uſque pertexere, non dubitabo. Nec tamen, ſicubi congruens aliquid, & opportunum, aliunde quoque ſeſe monimentis his obtulerit, prætermittam ; ſed ſuo, non alieno, loco dieíque reddere, quaſi ſerie faſtorum, meminero. *Ruſticum* hoc narrandi genus, &, (plebejæ ſcurrilitatis barbariſmô,) *Simplicianum*, nonnulli nominabunt. *Convitium* hoc tamen, & tolerabile ducam ; &, multorum judiciô, ne *vitium* quidem : niſi *pulcrum*, & *agricolis* ipſis plauſi-

plauſibile. quibus, in frugum copiâ, prorſus alioquin æqualî parîque, plus arridet, ac probatur, frumentum, *ordinè* deſectum, & repoſitum: quàm, ager *avenæ*, nullâ ſerie demeſsus; ac per ſulcos, quaſi procelloſô quopiam turbine, disjectus. Quid vis, amice lector? OMNIS *ordo pulcher eſt; etiam in culmis, ac ſtramentô.* (180)

LIII. DIE, qui Divorum Apoſtolorum *Simonis, & Judæ*, pervigilio dicatus, & Octobris vigeſimus ſeptimus erat; *Maximilianus* DUX, *mille ducentîsq;* circiter aſſumptîs *equitibus*, Krælowiziô, Boream versùs, *Senomátum* movit; trans vadum quoddam, cujus unda decurrit in Wattónem amnem, paullò ſupra *Rackonizium*: urbem, à *Senomáto* caſtello mille, centúmque, paſsuum interjectu, remotam. Cùm autem illuc diei tempore, veſpertinîs adhuc nebulîs vacante, DUX veniſset: ferè ſub *horam*, à meridie *tertiam*, animadvertit, univerſas Palatini, Bohemorúmque, copias, quantæ diebus ſuperioribus *Rochizánæ* ſediſsent, tantas tunc ſylvam quandam, ad latus *Rackonizii* (nec ità longè) ſitam, inſediſse. quæ, noſtrorum ad Pragæ viciniam properatione cognitâ, nec-

O non

Pugnæ campeſtres.

non Bavari DUCIS adventu per exploratores nuntiatô ; prævenire noſtrorum , ubicunque poſsent , conatus , & itinera , feſtinabant. Legiones igitur cunctas , è ſaltu producere , *Bohemi* conſpiciebantur : &, tanquam aciem ſtructuri , prœlio paratam , per plana camporum eas explicare. ſimùl autem , & equeſtres aliquot turmas in editum quendam , ad alterum *Rackonizii* latus ſurgentem, collem , emittere cernebantur : quæ turmæ, (ſicut ipſi deſtinârant , futurúmque non dubitabant ,) noſtrorum , *Pragam* versùs , iter, ac tranſitum , interciperent.

Hoc *Anhaltini* Principis , ipſi ſalutare , noſtris verò pernicioſum futurum , conſilium , non fefellit perſpicacem Bavari DUCIS ſolertiam. qui proinde , nullâ morâ , catervis aliquot alariorum præmiſſis imperavit , utì locum , quem ab hoſte cernerent affectari, quantâ maximâ poſsent celeritate , priores occuparent. Hos autem , imperata properè facientes , feſtinatione non ſegniore ſubſecutus DUX ipſe , cum turmis aliquot aliìs ; collis altitudinem , à *Bohemis* expetitam , ſimul cum iis , quos præmiſerat , univerſam implevit , ac ſui juris fecit. Indè , moveri ſuo-

Alexander, ab Has
lang
*Qualis in castris Boicis Anno, sibi funebri*

ſuorum quemquam, vetuit; quoad legiones quoque ſupervenirent, juſtúmque, junĉti peditibus equites, exercitum efficerent. quod adventu denique *Tillii*, cum univerſo peditatu DUCEM aſſecuti, factum eſt. Exſpectabantur autem à Bavaricis, eô locô nihil motis, *Comes* quoque *Bucquoius*, cum *Caſarianis*; ob cauſſam, neſcio quam, (ſicut & aliâs, antea, poſteáque,) lentiores. *Bavaricorum* interim ſtativorum invidiâ ringentes, *Anhaltiani*, miſsúque ductorum ſuorum, procurrentes, per cuneos, & turmas; velitari primùm pedeſtres, dein equeſtria miſcere certamina, cœperant: &, qui pellere locô noſtros tentabant, repulſi rejectíque; pugnæ caſum diu variabant, & alternabant: aliàs cædentes, aliàsque cæſi, donec noviſſimè viſum *Anhaltino* non infra ſpem eſt, illuſtrius quiddam gerendi, reportandique: ſi plenioribus aliquantò viribus, & copiis, concurreretur. Neque diſtulit is, priùs, quàm lux in veſperam, & hæc in noctem, abiret; exſequi, quod placuerat: denſisque cœptum eſt ordinibus, & copiis, in peditem pariter, equitatúmq; Boicum, ab hoſte procurri. Sed noſtrorum, præſertim *equitum*,



Pugnæ campeſtres.

ea fuit illo congreſsu virtus, ísque dimicationis ſucceſsus : ut *Bohemici*, versîs tergîs, in lucro poſuerint, refugiſse celeritate magnâ *Rackoniz̃ium* ; & ſecundioris prœlii decus Bavaricis conceſſiſse. Laudis autem hujus, (quì potuerant tamen, ac debuerant, eſse participes,) eô die vacui *Bucquojani* ; noviſſimè demum, ingruentibus jam tenebrîs, propinquare noſtris cœperunt : neque tamen conjungi. quippe, duorum millium intervallô paſsuum, ab his adhuc dirempti ; proptérque noctem, & laſſitudinem, illic metari coacti. Quò tutiùs autem, ac providentiùs, idem illud tempus *Maximilianus* DUX tranſigeret ; locô, non quidem *ampliſſimô*, ſed *Suo* tamen, ac permunitô, rotis inſiſtentia *tormenta* militaria, *gemina*, ſupremô collis in jugo conſtituit, adversùm hoſtes : ipſúmque collem peditatûs firmô præſidiô circumſepſit. Nec à *Rackoniz̃iô* tamen interim *Anti-Cæſariani*, nec à ſpe loci, ſuis rationibus opportunioris, occupandi, diſcedebant : habentes ad manum, & receptum, (quoties opus eſset,) oppidum ſuæ factionis, ſibi *pervium* interdiu, noctúque : *clauſum* autem *Bojis*, & *Bucquojanis* : ſed & in arce

arce præterea *Rackoniziana* captivum, ac febribus æſtuantem, HASLANGUM, tenentes; Bavarorum *Achillem*. Is, popularium armorum ſonitum, & machinarum currilium mugitum, audiens; rem noſtram votîs ampliùs, iiſque taciturnîs, quàm operâ manúq;, promovebat. quo ſanè *virô* vegetô, liberóque, caſtrenſiáq; negotia coràm, (ut nuper) adminiſtrante; non temerè quiſquam hoſtium noſtris obvium ſe, vel infeſtum, fuerat oblaturus.

LIV. Talium ergò fiduciâ cogitationum, & quia, BOICORUM MULTOS ESSE MILITES, ALEXANDROS autem & HASLANGOS, PAUCOS, judicabant; audentiùs ad congreſsum vulgò proſiliebant, *equites* præſertim adverſæ partis. Idq; poſterô quoque die, (qui *geminis*, quos ſuperiùs nominabamus, *Apoſtolis* feſtus, & Octobris duotriceſimus fuit,) ex utrorumq; conatibus, ſed in contrarium eventum cadentibus, eluxit.

Occupârat antemeridiani temporis magnam partem, denſa *nebula*. Quâ tamen diſſipatâ tandem, & ad res gerendas cœlô repurgatô; juxtà noſtri, Bohemicíque, viſi



Pugnæ campeſtres.

ſunt, ad reſumendas velitares pugnas ardeſcere. *Pauci* primùm, & *priores*, è caſtrorum *hoſtilium* ſtationibus prodire; prolicientium ſimiles, & alacritatis, ad manum conſerendam, oſtentatores, equorum armorúmq; concuſſione. Quibus ſtatim conſpectîs *Maximilianus*, præſente jam & *Bucquojô*, compluribúsque ducibus bellicîs, & Principibus exterîs, caſtra Bojarica ſecutîs, éadem hæc ſpectantibus, & audientibus; *Hi prœliari volunt*, (inquit DUX,) *quantumvis numerô puſillô. Quid impedit, eorum ardori dari locum à nobis; tum, ne timidi cenſeamur ab adverſariis; tum, (& potiſſimùm,) ut experimentum capiamus oculorum, quale* Joabus *olim, &* Abner; (181) *videamúsq;, Quid noſtri virtute poſſint, & quantùm armîs equeſtribus valeant in hoſtem? Ruant, in nonnullos illorum, de noſtris itidem non-multi: dimicétq;, multitudinis aut in exemplum, aut in opprobrium, numerus exiguus! nec erubeſcat. QUÆ ſæpe latet in* agminibus; *in PAUCITATE conſpectior eſt, VIRTUS.*

Vix iſta finierat Bavariæ DUX, cùm Bavaricæ quidem omnes alæ, turmæque, promptas imperio ſe, concurſuíque paratas, offe-

offerunt; (ut & mox, hostium majoribus effusîs in velitationem copiîs, vî magnâ præstiterunt:) præ cæteris tamen omnibus, *octodecim*, nec plures, *alarii*, tanquam *equitatûs* universi delectus, ac flos, ultrò se conglobantes; admittunt equos in hostilem, quæ provocâsse nostros visa fuerat, catervam. Cum hac miscent manus; &, pedetentim copiâ, supervenientium ipsis auxiliorum, adversariorum augente manum, (ad *ducentorum* enim, & *quinquaginta*, numerum ascenderant,) Boji, *duodeviginti* soli semper manentes, nec vel unô plures effecti, multitudinem generosè sustiment. Acerrimè verò certamen producentes; locô demum adversas turmas pellunt: ac, latô totóque profligatos campô, Bohemos, *Rackomzium* denique recipere se, fugâque salutem quærere, compellunt.

Ex hoc, tam acri bellicæ virtutis, ad supremi quandoq; certaminis fortunam, præludiô, cognitum tunc est; & *posse* nostros, &, si sic usus ferat, *audere*, contra vires hostium, etiam majores sê, consistere. quantò confidentiùs igitur, *æquatîs* utrimque pugnæ difficultatibus, adversùs *pares*? Uti dies, non



Pugnæ campestres.

quidem mox poſterus, ( quippe, qui *nebulis*, plerâque ſuî parte, ſpiſsè caliginoſus, & mutui conſpectûs, & gerendæ rei, facultatem eripuerit,) ſed *peréndimus* tamen, & alii conſequentes complures, aperuerunt.

LV. Cùm enim Octobris die triceſimô, cœlô nonnihilô lucidiore, *Maximilianus* DUX, adequitante lateri Comitæ *Bucquojô*, collis ſui locum, cæterîs editiorem, eques obiens, exercitûs hoſtilis, (inferiora, campeſtriâque, tenentis,) formam ac multitudinem eminus contemplaretur; & eodem articulô temporis *Anhaltiniani* ſignum, velutíque teſseram, hoſtis invadendi, tormenti bellici bombô miſiſsent, clarum, ac latè ſonorum: factum eſt, ut, eodem horæ momentô, progreſsæ caſtris ſuîs legiones & turmæ *Fridericianæ*, pro vallo munimentîsq; caſtrorum componerentur in aciei formam: & noſtri, ſuorum utrique voluntate ducum, *Boici* pariter, ac *Bucquojani*, raptîs armîs, conſurgerent; in congreſsum animô paratiſſimi. Pergebant autem, per collis, quem caſtrîs inſederant, longitudinem, ſub ſignis, ad *ſiniſtrum* latus caſtrorum hoſtilium, egregiè munitorum: quam partem, per declivia demum

demum collis descendendo, petebant. Ducebant agmen *Bavarici:* subsequebantur Cæsariani; *Neapolitanâ* tamen exceptâ legione: quæ, (Cæsariana cæteroqui,) tunc, ex omni commilitio suo sola, non refragante Bucquojô, sese Bavaris in agmine, volens lubens, aggregârat. Hic, quem diximus, è Boicis, & Italicis, conflatus exercitus, ad sylvæ cujusdam, à castris *Anhaltinianis* haud procùl distantis, principia venerat: cujus sylvæ priusquam ingressum tentaret; *primùm*, in ordines equitum peditúmque sese partiens, acie justâ, prœlio paratâ, constitit. *Mox*, catapultariorum (182) *audaciores* immittunt, qui sylvam scrutentur interiorem: ac, siquid lateat insidiarum, explorent, & renuntient. At hi, non tam *abditos* illic *dolos*, quàm *aperti Martis* molem densam, inveniunt: catervas, & cuneos hostium; pedites, equites, & jaculatores: qui suam sibi peculiarem quandam aciem, & ordines, intrà sylvam illam, de qua dixi, constituerant. Hi tum, nostrorum conspectîs, ac deprehensîs, exploratoribus, incurrunt in eos. fit utrimque clamor: explosîs sclopetorum glandibus, districtîs ensibus, & ingeminatîs ictibus,



Pugnæ campestres.

bus, pugnæ, non præludium, aut *ſimulacrum*, ſed *res*, ardórq;, viget. Conflictus, & à noſtris, pro ſylvæ fronte diſpoſitîs, & à Bohemicis, à tergo ſaltûs, exauditus; ſuorum utrisque curam & ſollicitudinem injicit: ſubſidia ſuis ambo ſubmittunt exercitus: centurias pedeſtres, peditibus; turmas, equitibus. auxiliares manipuli manipulis, catervæ catervis, oppoſitæ; defeſſis, ac laborantibus, recentes & integræ ſuccedunt: eásque ſublevant. Ad extremum: jam non *velitatio*, ſed *prælium* ſtragésque fit, in arbuſti mediis, (quantumvis anguſtîs,) ſinibus, & intervallis.

*Noſtrorum* ea virtus, illô die, fortitudóque, fuit, & animi præſentia; quæ ſuffecerit, non ad ſuſtinendum modò, ſed ad pellendum etiam, ac penitùs exturbandum omnî ſylvâ, *Bohemum* hoſtem: adeò quidem, ut, pluſquam finem egreſſa ſaltûs ejus, audacia *Boicorum*, etiam militare *collis* cujusdam, hoſtibus opportuniſſimi, *præſidium*, facîô globô, conſertâque manu, dejecerit: non ſine commodo plauſúque *noſtrorum*; diſpendiô contrà, fremitúque, *Palatinianorum*.

Habuerunt interim acies amborum, & quô *lætarentur*, & quod *lugerent*. plus Palatinia-

tiniana, quô triſtaretur. Illô certè conflictu, quem retuli, ſylvaticô, *colli vulnus* ingens, ac pernicioſum, incurrit ſupremus Hollachianorum tribunus, ac legatus, *Theodorus*, Comes *Donavius*, è ſtirpe (reor) illius, à ſuperiorum annorum factiosîs geſtîs notiſſimi, *baronis*, poſteáque *Comitis*, *Achatii Donavii*: quem, illô turbidô *Calvinianorum* regnô, fertur *AMBERGA* noſtra, tam *urbis* ſuæ, quàm *provinciæ* Palatinianæ, ſenſiſſe gubernatorem. Cæterùm is, quem dixi, *Theodorus*, è *colli plagâ* poſtridie deceſſit. E ſimili quoque ferè vulnere, die tertiô, præfectus equitum ejuſdem. Captus verò, cum aliis quibuſdam, Auſtriacorum, (adhuc tum rebellium,) nonnemo de proceribus, ſtirpis *perquam veteris*, & (utì jocatus quidam eſt) *paradiſo coævæ*, Teifelius. interpretatio vocabuli, Græcis *diabolum*, Palæſtinis *Satanam*, ſuggereret.

LVI. At è *Franconibus*, *pio-fœderi militantibus*, tribunus-equitum *CRAZIUS*, ſigniferum conſpicatus adverſæ partis, equum inter primos gyrantem in obvios paſſim, & averſos; *vexillúmque* quatientem equeſtre, *contextum auró*: glande plumbeâ, non plus unâ.

Pugnæ campeſtres.

unâ, nec ictu repetitô, trajecit, & ipſum, & equum; necíque datos, ſpoliavit ambos: vexillum abſtulit; &, cujus fuiſset, recognoſcendum dedit. Satìs conſtitit, prætorianum fuiſse *Principis Anhaltini Senioris* ſignum. (Δ) Hoc *Crazius* omine, ſuam *expeditionis Bohemicæ* fortunam, haud multò pòſt clariùs nobilitandam, & initiavit ſimùl, & *inſignivit*: incitamentô virtutis æmulæ futurus omni cætero gentilium ſuorum numero; qui *millium octo* fuit. Is, Fránconum *inſtructiſſimus* (utì Waſsenbergius Embricenſis loquitur) *exercitus*, à *Joanne Godefrido* miſſus, Herbipolenſium ac Bambergenſium Epiſcopô, Francorum Orientalium Duce; cùm *Straubingam*, Bavariæ *claram* urbem, ad diem Septembris ſextum adveniſset, ut indè rectà *Furthum*, ac mox *Furthô Bohemiam*, peteret: diebus ſuperioribus, Octobri jam adultô, Cæſarianis copiis acceſserat (183): cùm jam antè *Crazius*, ab initio ſtatim expeditionis, ſub Bavariæ DUCIS auſpiciis, *quadringentorum* ducere cœpiſset *equitatum*. (184)

Sed, ad *Rackonizianæ* ſylvæ ſucceſsum prœlii revertor. In eo ceciderunt tunc utrim-

trimque ; *Bavaricorum* quidem aliquot, & cum his, Neapolitanorum ductor centuriæ, DUX Adrienſis, *Aquaviva :* paucíque ductores ordinum, & gregarii milites aliquot, vulneribus debiles diſceſſerant. At *hoſtium* (ut è captivis poſtea cognitum eſt) centuriîs aliquot, non modò graviter ſauciis, ſed etiam *interfectis*, latior grandiórque clades fuit ; in eorum etiam, quæ foris ad ſylvæ tergum locârant, caſtra, nec non, ad *Unhoſtii* caſtelli viciniam quoque, ſe porrigens. Hujus cladis (utì mox compertum eſt,) cauſsam non modicam, etiam plumbei globi, ferreæque pilæ *ſparſivæ*, præbuerant ; è machinis *Bojorum* currilibus, *punicorum malorum* inſtar, emiſsæ ; magnâque, tum hominum, tum jumentorum, ſtrage per exercitum hoſtium vagatæ. Porrò, nec hujc certamini, (quô tamen ſpes alioquin, & opinio, fuerat, Anhaltianorum maximam, ſi non & univerſam, deleri multitudinem potuiſse,) nec hujc, inquam, congreſsui *Bucquojanos* intereſse, contigit : quippe, quorum univerſa plenáq; multitudo, poſt *duas* demum, à cœptis jam concurſibus ardentioribus, *horas* adventârit.

Neque

Pugnæ campeſtres.

Neque tamen nullam, aut pœnitendam rebus noſtris, operam præſtiterunt. Cùm enim, pulſus *Rackonizianîs* arbuſtîs, *Bohemus*, profundô jam veſpere, vallis propinquæ locum quendam, uliginoſum quidem, at rebus ſuis peropportunum, inſidére cuperet; ídque, quò perficeret, illuc ad *tria* ferè *millia* legionariorum præmiſiſſet: quò minùs tamen obtineret, quod deſtinârat, prohibitus à *Cæſarianis* eſt: nec ſinè jacturâ ſuorum indidem ejectus. Id certamen, in noctem uſque protractum, ne reliquum quidem noctis tempus quietum, aut pugnâ vacuum, *Bucquojanis* reliquit: iſtis, è ſiniſtro ſylvæ látere caſtris hoſtilibus, quàm poſſent proximè, ſuccedere, vallúmque jácere, ſummô ſtudiô nitentibus; *illîs* autem, è contrariô, baliſtarum aſſiduîs tonitruîs, & ictibus, eos depellere conantibus. Sed hi, quem locum in tractu ſoli depreſſiore nacti fuerant, eum virtute defenderunt; conſtantiâ, tenuerunt; &, hortatu *Bucquoji*, contemptîs periculîs, & capita ſupervolitantium ſphærarum ignitîs minîs, nocte totâ permunierunt: graviorum ab hoſte damnorum immunes, & ſecuri. SIC ſæpe, quod tardiore priùs ad opus

opus acceſsu peccabatur, operis poſtmodum alacritate reparatum eſt: &, *pudore negligentiæ recollecta Virtus, vehementiùs exarſit.*

LVII. Cùm igitur tam conjunctîs jam caſtrîs inter ſe, *Bavari* quidem hinc, ut & *Cæſaris*; illinc autem, ad Unhoſtium (quod diximus) oppidum, *Anhaltiniana* copiæ, non ſinè præſente tunc adhuc *Fridericô*, ſtarent oppoſitæ: dies etiam inſequens (qui fuit *primus* ac *triceſimus Octobris*) impendi munimentis caſtrorum ulterioribus, exſtruendis aggeribus, & baliſtarum grandioris formæ concertationibus, cœptus eſt. Concurrentes quoque peditibus pedites, velitabantur identidem: nec ignavè. qui nihilô tamen magìs exemplô ſuo trahere, ſimilem ad alacritatem, quiverunt *equitatum*, ac præſertim *Palatinianum*; exterritum, opinor, pridianîs Hollachiani tribuni, Theodori, Comitis Donavii, Ducis Aquavivæ, cæterorúmque, caſibus: quin & ejus ipſius diei calamitate, quæ, ſub oculis exercituum trium, incidit in Comitem *Marcum Philippum Fuggerum*, Philippi filium, Marci nepotem, Antonii pronepotem; viginti duûm annorum, ingentis ſpei, juvenem. cujus utrumque pedem à popli-

poplitibus avulſit, excuſsa tormentô bellicô, pila, vulgaribus potentior, & grandior; cíq; proximâ confeſtim nocte lethalis. Quo paris, imparísque generis, occubitu tunc & alii, partis utriuſque bellatores, interierunt. Hoc ergò *lethi* genus, & alia juſti prœlii diſcrimina, *Bohemorum* alæ turmæq; formidantes; ſimùl autem & munitionum ſuarum, & aggerum vallorúmque, firmitudini ſatìs confiſi; pediti, (manipulis, inquam, atque cohortibus,) ab eo potiſſimùm die, velitationes ità relinquebant: ut *equites*, niſi vî protracti, vel ſummô rei bene gerendæ compendiô ducti, juſtam in aciem non proliserentur, aut prodirent; ipſi ſuos intrà tumulos ſe tenerent: ac, noſtros inutilî conſumptum iri morâ, deſidiâque, tunc quoq; confiderent; velut antehac plerumq; ſperârant. Et erat ſanè locorum, in quibus iſta tum gerebantur, is ſitus, eáque facies; ut non nequicquam, (noſtrorum quoque judiciô,) benigniùs indigenas, & *Anti-Cæſarianos*, quàm exteros *orthodoxos*, reſpicere videretur. Idq; ſic viſum *Maximiliano* quoque, perſpicaciſſimo DUCI; ſubſcribentibus & *Bucquojô*, cæterísque copiarum primîs quibusque



Digitized by Google

busque ductoribus. Id ventilatum *conciliô* quoque *bellicô* fuit, quod Ducibus, ex edito tunc colle caſtra *Bohemica*, circumjectúmque ſoli tractum, expendentibus, ínitum erat.

Ibi *Maximilianus* tandem, in hæc ferè verba cæteros breviter allocutus; *Quid facimus*, (ait;) *aut, cuj bono longiores, ad ſylvam hanc, moras trahimus? Hîc, ecce*, Rackonizium *eſt; oppidum, totum quantum, & ipſum hoſtium, & in hoſtico gremio ſitum. Hàc iter eſſet* Pragam, *in Euro-aquilonem poſitam. Interjacent, & obſtant, ſylveſtres fauces, & anfractus; iniqui nobis. Ad* lævam, *Pirglizium, & Straſsizium, inimica nobis. ad* dextram, *Tainzium, Schlanyum, Frannyum; infeſta nobis.* ad Egram *amnem*, Launa; *dubium, amicáne nobis, an infenſa? cum* Egræo *tractu caterô. Summatim! pro* Bohemis, *omnis ubiq; Bohemia: pro* nobis, *extra DEUM, nihil; niſi, quod nosipſi noſtrum facietmus, & DEI. Sedet, interim, (utì videtis,) ſedebítq; fortaſſis atatèm, hoſtis, in profundo; munitô, vallatô, planéq;* Suô: *cujus ex aggeribus, officere nobis baliſtîs ac tormentîs, quoties, & quantum, ei libebit, poteſt. à*

P *nobis*

Pugnæ campeſtres.

*nobis ipſe, niſi leviter, aut fortuitò, vel è longinquo, lædi non poteſt: invitus expelli, multò minùs. Expulſus autem aliquô tandem, (demus hoc ſpei noſtræ,) ſeu caſu, vel aſperitate cœli; ſeu conatu viribúsq; noſtrîs, (non niſi plurimô ſanguine, milite, tempore, ſumptúq; prævalituris:) cedò, quò non evadet ipſe, quà nos ſequi nequibimus? qua non ſaltuum teſqua, ſibi notiſſima, nobis peregrina; ſibi pervia, nobis obſtructa; quæ non cónfraga, nobis clauſa, tricîs impedita, vel à populatibus eorum inſeſſa, penetrabit ipſe, vîq; perrumpet: nobîs aſſiduâ clade rejectîs? Ut adeò damnoſiùs ſuperaturi nos hoſtem, quàm nobis ſuccubiturus hoſtis ſit. Quin ergò, relictîs hîs interim beluîs, in vivariis ſuîs, ac ſeptîs; nos, humanæ ſecuti providentiæ lampadem, hinc commovemus nos? &, quos extrahere ſerium ad certamen nequimus; regionis, quæ jacet ante nos, vaſtatione furiatos, trahimus poſt nos? ſi fortè, vel ſic alicubi tandem, in prælii, (cujus* opportunitatem *fugiunt,*) neceſſitatem *ſaltem incurrant.* SÆPE, quos aſtutia diu protexit, cæca demum Fors præcipitavit.

Aſsenſerunt omnes *Maximiliano*; clamantes, *Duceret, quocunque viſum eſſet: Impigrè*

*pigrè secuturum utrumque Cæsaris exercitum. Cum Octobris exitu, se Rackonizii quoque finibus exituros.*

LVIII. Hæc gesta, decretáque, die *Sabbatinô* sunt; qui dies, Octobris postremus, simùl & pervigilio dicatus erat Memoriæ *Divorum-Omnium*: sicut postriduanus, iisdem illis festus; paritérque *Dominicus*, & Calendarum. Jámque profecturi videbantur nostri. cùm rem (ut sæpè fit) bene cogitatam, expensámq;, *casus*, plusquam unus, interpellans, iter propositum in *quintum* usque *diem* diffiavit.

Primùm enim, frumentô panéque penitùs absumptîs, & instante tempore solutionis stipendii; commeatum, & pecuniam portantes è *Bavaria* currus, erant exspectandi; qui, tarditate subvectionum, & spem castrorum destituerant, & pactam mensis evolutionem. Impastis autem, & egentibus, Pragam intrare, difficultatis erat, moribus bellatorum indécoris, & inconcessæ. Præterea, carere fontanâ, vel lacustri, fluminéve; nec castris tolerabile futurum esse, nec jumentis, gnari *Bohemi*; quà nostris aquaturis iter, & unicum & peranguſtum erat, ad

*rivum*, inter Rackonizium & Straſſitium decurrentem, in Wattónem amnem ; idipſum iter intercipere jam inſtituerant. Nam, priùs, quàm eis noſtrorum diſcedendi conſilium innotuiſſet, ſitum *ponè viam*, templum quoddam, (185) ſatìs validìs intùs parietibus, ac foris ſepulcreti murô, cinctum, *ſclopetariîs Bohemi ducentîs* occupârant : quorum dimidia pars una, tenére juſsa templi penetralia, pars altera, cœmeterium, ejúſque vicina loca ; *primùm* munimento tutelæque caſtris eſsent Anhaltinianis, inter Rackonizium, ac fanum illud, poſitis. *deinde* mandatum eis erat, primas inter curas ; ut noſtris, ſeu remanerent, aquandi copiam, ſeu migrarent, tranſitum ad urbem regiam, interſcinderent. Horum illi jamjam utrumque facere cœperant : &, ſi perſeverarent, non leve noſtris incommodum ac damnum impendebat.

Erat interim *Calendarum Novembrium* dies ille ; per orbem Catholicum univerſum *Omni Curia cœleſti ſacer*, ac ſollemnis ; qualémque reverentiùs ſinè dubio cultura *Pax* erat, & Induciæ, quàm *bellum*, ac vaſtatio ſacrorum : ſi præſertim, alternæ diſſimulationis

tionis pactô, silerent & quietem agerent, etiam hostes. Sed, *NEC Arma legem nllam audiebant*: & hujc generi mortalium, nihil Sanctum, nil non profanum erat: nulla neque festa lux, neque nefasta. *Quid Cani cum balneo?* quid templorum eversoribus *Hussais*, (186) & eorum hæredibus, *Genevais*, cum asylis ararum? Quamvis, si tunc eô, seu loco, seu die, movere nostri *priores* arma cœpisent: quid in hostium *Sacra* fuerant peccaturi? quibus, nullô *Dominici*, *Veneriiq*, diei discrimine, *Majus obsequium DEO* præstare, vel esse, *nullum* creditur, quàm, *Interfectus* quandocunque *Catholicus*. id, quod & in *Octavum* hujus anni diem-Novembris inferiùs rectè congruere, judicabimus. Quid volumus denique? Jam dudum Ædes illa pagana, Non *Domus* erat *Orationis*, (quippe, polluta fermentô concionum hæreticarum;) sed *spelunca latronum*, & homicidarum, *animas interficientium*. (187)

Maximilianus ergò DUX, ad cujus castrorum locum propugnaculum illud *ducentorum* (de quibus diximus,) *sclopetomachorum* locatum erat; delectum, è *Germanis*, *Lotharingis*, ac *Neapolitanis*, numerum promptissi-



Pugnæ campestres.

ptiſſimorum expedivit: ad oppugnandam eo die, dejiciendámq;, ſtationem illam hoſtium.

Sed erat perdifficilis, operis illius aditus. Via per vallem arcta, cava, profunda; laterum utrimque multùm editîs aggeribus compreſsa. cujus è crepidinibus ſummis, in ſubeuntium capita devolvi poſset, & incidere; quidquid hoſtile, ſclopîs, lapidum trabiúmque dejectu, lanceîs, & corporum deſultu, perniciem afferret. Nec omisêre, quod ſuarum partium ac virium eſset, opponere, moliríque contrà, *Bohemi*. Non ſegnes ſe præſtabant ii, qui *foris* curabant; dum per viæ fauces luctarentur *Bavarici*, ne progredi poſſent: nec illi, qui munitionis *interiora* tenebant; & globorum miſſilium ejaculationibus aſſiduîs noſtros murô ſepulcrorum arcebant. Sed perrupêre noſtri virtute; *primùm* viarum iniquitatem: eluctatíque, tam progreſsûs anguſtias, quàm hoſtilis intercursûs obicem, evaſerunt in ſummùm. Ibi tum, gladiîs diſtrictîs obſtantes Bohemos disjiciendo; ſaltúque, furentibus ſimillimô, ſuperando cœmeterii murum; effringendo templi valvas, & clathros; quod hoſtium in fano, vel ambitu fani, deprehendunt, id ferociter invadunt:

dunt: prætérque pauciſſimos (fugâ, vel captivitate, neci tunc ſubductos,) cæteros omnes trucídant. templum, & munitionem, ipſi ſibi vendicant; &, quoad ità DUCI ſuo viſum foret, inſident.

Spectabat hæc, inter *Ædem* illam, & *Rackoniźium* urbem, mediô ferè ſitu ſtans, hoſtilium, tam legionum, quàm turmarum equeſtrium, exercitus. ac, magnâ licèt, quà multitudine, quà viciniâ, noſtris imminere viſus, ſuísque ſubventurus: tantâ tamen *Boicorum*, ad dimicandum, alacritate, ſucceſſúque, conſpectis; non manum ipſe, non paſsum, pro *ſuis* movens, mirari miſerarique ſtragem eorum, quàm antevertere, vel ulciſci, præoptavit. *Heterodoxis* his (opinor) feſtâ luce feriari, *Bellonâ* ſaltem *Otioſâ*, placuit: ut Rebellionis-domitori *negotioſo*, vel ſic, invidiam facerent. *Sectariorum eſt* enim, *per omnia ſeſe gerere contrarios*. Hoc *pavoris* eorum *veri*, mendax *velum* erat: quod eis tamen velum, poſteri mox, & ſequentium dierum, conſueta prœliorum fuga detraxit: & apertiſſimè *meticuloſos* eos oſtendit.

Bavarorum interea DUX, contemptîs adverſariorum in ſe dicteriîs; cum equitatu



Pugnæ campeſtres.

ſuo peditatúque ſiticulosò, die *Panthagiorum* (188), (uti retulimus,) ad voti ſui ſummam, hoc eſt, cæde Bohemicorum, ripas-obſidentium, *per Sanguinem ad Aquas*, pervénit.

LIX. Poſtridianus Calendarum Novembrium, *piè-Defunctorum* anniverſariæ *Memoriæ* ſacer, è deſtinatione Cæſarianorum, funeſtus erat futurus ſectariis illis, ac rebellibus *Hungaris*, qui, miſsu Bethlenii *Gaboris*, & ductu Joannis *Bornemiſsa*, (velut ſuprà diximus,) ad *Rackoni-zium* maximè, partes *Anti-Cæſarianas* adjuvabant. Eorum ſtativa, ſuis è regione, nec procùl, oppoſita, *Bucquojus* Comes, approbante *Maximiliano* DUCE, nec opinantibus illis, erat obruturus: ac vel *diem* Hungaris, vel *noctem* veſperámve, *mortualem* effecturus. Sed propoſito mentis, ad deſtinata perficienda, nec dies reſpondit auſpicatus; neque propitia nox affluxit. Nam & antemeridianum omne tempus, ac pomeridiani pars, ad horam uſque *primam* veſpertinam, nebulis involuta; nec Hungaros Bucquojanis, nec hos illis, oſtendit. Purgatus verò vaporibus veſper, vias quidem ad *Bornemiſſianos* aperuit; ſed



Digitized by Google

sed lacunis ac tesquis, & obicibus multis passim, invias; & tantæ, quantam res ea poscebat, multitudini, támq; contentæ, quantam tempus exigebat, festinationi, tunc insuperabiles. Quanquam autem in præsens retrogredi coactus *Bucquojus*, inutilem irritámque sumpsit operam: non tamen ideò totam perficiendæ rei cogitationem sic abjecit; quin, ad eandem postridianâ statim nocte rediens, (uti posteriùs dicam,) conatu generosiore, quàm priùs, licèt exitu non secundiore, sit usus. MAGNOS scilicet animos (ac scilicet *Bucquojanos*,) dura sæpe, nec statim exorabilia, fata premunt. *QUI ter fortiter fecerit, nec inter ea defecerit; Virum scias. Militia si vacet; asperorum incursu non vacabit.* (189) quantò minùs, innatus armis, inter arma vivens, & iisdem immoriturus, sicut heros hic? *Hectorum* talium *Iliada* faceret, si plenè scriberetur,

BUCQUOJUS.

At inter hæc, dum inchoata patraret collega-*Comes*; suas *Maximilianus* DUX copias, & postridie Calendarum, & die postea, nocteque totâ, sequentibus, instructas semper, & in armis, equis, ac procinctu,



Pugnæ campestres.

tenebat : ipſe vigil, & aſſiduus, veréque *Leo galeatus*, indefeſsè munimentis obequitans ; nunc viritim ac ſingulos, aliàs univerſos, appellans, & intentos eſse jubens; ſicubi, vel quoties, aut *Cæſarianos* laborare contingeret, vel opis indigere : ſive *Bavaricas* ſtationes hoſtis aſsultare tentaret ; aut pugnandi minimam quamque facultatem offerret. Quæ DUCEM providentia, conjecturâ non prorſus irritâ, falsâve, fatigavit. Qui namque *Calendis* ( ut diximus ) *Novembribus*, ( quibus templum & munitiunculam miles *Boicus* expugnavit,) omiſsis manibus, & ſtupidis oculis, eminus ex adverſo conſtiterant ; & inulta cuncta transmiſerant : ii nunc, quaſi pudore ducti timiditatis aut ignaviæ pridianæ, locum amiſsæ munitionis, tanquam jus ſuum, repetebant : manipulos cum ſclopis immittebant ; equeſtres catervas expediebant ; ſepulcreti muros, & templi parietes, pilis tormentariis, è ſuis munitionibus, impetebant. omnia demum manibus agere pedibúsque videbantur, ut *aquandi* viam ac facultatem, à noſtris pridiè recuperatam, nunc eisdem rurſus ereptam, in perpetuum præcluderent. Hoc eorum cognitô deprehenſôque

ſôque conſiliô; ſimùl autem, & baliſtarum perceptô ſonitu : *Maximilianus* tormenta tormentis, & pilarum miſſilium ictibus ictus alternos, opponi jubet: unde paucorum aliquot, ſed ferè gregariorum, utrimque funera fiebant. Ipſe verò, jam antè præparatorum ad *ſubitarias* dimicationes equitum, peditúmque, catervas delectas, inſidére densè juſſit anguſta tranſituum, ac depreſſiora loca; quibus obtectæ, deliteſcerent, quoad prorumpendi tempus eis, & hoſtis opportunus, fieret. Tum enimverò, confertim ſuis quisque ſignis, & cuneis, aggregati, proſilirent in adfluentem hoſtem: &, ſeu templum ille recepturus incurreret, depellerent; ſeu, diſſimulatô templô, ſolam ad *rivum* viam affectaret occupandam; irruerent priores, ingentî clamore, tumultúque: qui, perlatus in utrorumque caſtra, grandioris utrimq; prœlii cauſsam impetúmque ſuſcitaret. Verùm & hæc, providenter, (ad plenum aliquando tandem concurſum obtinendum) excogitata, diſcuſſit, aut excubitorum, è ſpeculis, editioribúsve collium jugîs, noſtros in inſidiis intuentium, ad ſuos in caſtra delatio, præmonitióque; vel fortuitus aliquis, ac repentinus,

*Bohe-*

*Bohemorum*, ex injecta suspicione coortus, metus; ut, quod modò placuerat, id postea displiceret. Certè quidem, quacunque demum impellente causâ, factum est; ut à destinatione suâ *Bohemi* resilirent: ac regressi, templum, munitionem, aquatorum viam, & totum hostem, dimitterent; ipsi, quò tutiores agerent, denuò novis se munimentis, & aggeribus, *die sepulcrali*, defodientes.

LX. Sub hæc, in eum, quem retuli, modum gesta, dies *Novembris tertius* (qui *Martis* erat) exortus; pro varia bellicæ fortunæ facie, varios attulit & ipse rerum eventus; *bonos*, *malos*, & ex utroque *mixtos*.

Inter *bonos* numerandus, commeatus erat; &, cum argento, stipendiis assignatò, cibaria: serò diei, castris Bavaricis importata curribus, ac vehiculis frumentariis. quæ, firmò deducta, cinctáque, præsidiò, præsertim *equestri*, prædabundas *Hungarorum* manus elusêre feliciter: dum ii, qui curruum antecursores impetu statim primò tentârant, barbari, plausträque subsequentia spe jam omnia devorârant; ab nostris, fortissimè mox rejecti, profligantur.

Inter molestias, ac *male* castrorum, referen-



Digitized by Google

ferenda *nebula* densitas & pertinacia fuerit: quæ, præteritorum ferè dierum omnium è consuetudine, lucis pleramque partem, & eapropter, rei quoque prosperè gerendæ facultatem, prœliaturis subtraxit; dum, ad primam usque pomeridianam, cœlum obnubit. Decreverant autem consensu, nostri duces, eô die, disparatis viribus, ac diversis è stationibus, oppugnare continuatâ baliſtarum grandiorum procellâ geminum hoſtem: *hinc* quidem Ungarum Bucquojus, in quem & ferrum acuerat; *illinc* autem, in munimentis suis, & intrà Rackonizium bellantes Anhaltinianos, Bojus. Jam in aggeribus, & dorso munitionum, constitutæ curriles machinæ; præstolabantur ignis applicandi, sphæræsque missiles explodendi, tempus ac signum. donec vix tandem, & ægrè, dilabens aura spissa; primùm omnium, urbem Rackonizium, & stativa Bohemorum ad eam, nostris in conspectum dedit. Arripuêre cupidè, quantulum adhuc cunque diei superesset, hostium infensandorum occasionem, (antea tam paullatim insperatam, tunc autem repentè facilem, fieri cœptam,) *orthodoxa* castra; cumprimisq; *Maximilianea*, quæ, pyrio-

Pugnæ campestres.

pyriorum globorum, præſertim verò, *malogranatorum* (quæ vocant) flammivomorum, crebrâ ſparſione fulminantia mediam in urbem, frequentes excitabant in domibus ac tectis clades; & ex his, Rackoniziorum *intus* clamores, concurſationes, tumultum: *foris* etiam à Boicis exauditos. Facies hæc erat, & imago quædam, oppugnatæ nuperrimè Luſatiorum metropoleos, *Budiſſini*: de qua re dictum eſt in *Annali* Summâ ſuperiùs, & de cladium illic magnitudine. quæ *Rackoniſii* minor, quàm *Budiſſini*, fuit, eâ quoque de cauſsâ: quòd *Bavariæ* Ducem, à *Saxonis* imitatione Ducis, abſterrebat quædam etiam *arcis* (190), aut auguſtioris ſedis, in qua tunc *Alexander Haslangus* captivus, ac febriens, jacére ferebatur, reverentia: nequa fortè ruinæ pars & illum involveret; quem unum ex omnibus intactum, ſibíque ſervatum ac redditum, indulgentiſſimus ſuorum, *Maximilianus* percuperet. Fuerunt hæc illius diei Martialis *promiſcua*, mixtáq; bona malis, & mala bonis: *terror hoſtium, ac laceratio tectorum hoſtilium; è quibus haurire gaudium moderatum, victori juſto legitimóque, tam conceſsum in bello-neceſsario* fuerit; quàm



Digitized by Google

quàm Inculpabile Cœlicolis, ex arce divinæ Regiæ spectare *vindictam*, in terris *obstinatè peccantium*. (191) Hujus incendii Rackoniziani vespertina lux, meridianæ nebulæ detrimenta solabatur, & compensabat.

Sequuntur autem hæc bona malâque promiscua, temporis ejusdem diurni nocturnique, *Duo* quædam, aperte nostris, & extra controversiam omnem, pernicioſa. *Mors* unius; *& periculum-mortis*, plurimorum. Posterius horum, incurrêre *Bucquojani*: quorum ingens manus, post tertiam inchoatam vigiliam illius noctis, quæ diem *Martis* clausit, & *Mercurialem* diem antecessit, egressa castris, ductu *Comitis*, oppressum ierat stationem *Hungarorum*. neque de successu secundiore nostris dubium ullum ferè, (ne Bavaricis quidem,) erat; qui, rerum in eventum, in armis tunc & ipsi, semper expediti, stabant; in partem, sive victoriæ, sive subsidiorum, utut usus ac res poscerent, accursuri. Sed *Bucquojanorum* conatum hostes *Hungari*, seu proditione sibi detectum, prædocti; seu suspicione fortuitâ, quibuscumque de signis, subodorati: tale quidpiam, quale

sæpe

Pugnæ campestres.

ſæpe Batavi Friſiíque ſuîs in æſtuariis, adversùm hoſtes irruentes, excogitârunt.

Erat eorum ſtativis vicina, quà-versùm Cæſarianis in Ungaros iter erat futurum, aqua vaſta, profunda, lata; *Piſcina* quidem verbô; reipſa, *lacus* veriùs, aut ſtagnum: cujuſmodi lacus regiones trans-danubianæ, noſtérque *Palatinatus* hic quoque *Superior*, in quo ſcribimus hæc, locô pluſquam unô, (*piſcinas*, inquam,) *ingentes* habet. Suam ergò talem aquarum copiam, *Ungari*, dum venturum formidant hoſtem, propugnaculi vicem, opponunt. Crepidines, aggerémque lacûs, interſcindunt; aquam omnem, ſubjectos in campos emittunt: &, dum in expeditionis ardore medio *Bucquojani* ſunt, unde regreſſi receptuíque locus aut nullus, aut difficillimus, futurus eſset; infundunt, involvúntque latè, circumjectum omne ſolum; vias, homines, jumenta, ſigna, baliſtas. Ad ſummam! Conſilia noſtrorum, & conata, funditus demergunt: ſalutémque miles, ac reditum in caſtra *ſua*, (nedum *aliena*,) repertus non erat; niſi pectore tenus, ac pæne collô, vada per incerta trahens pedes, ad ſuos demum eluctatus eſset. Cæterùm, hôc

*Ungari*

*Ungari* calliditatis ingeniò, suum in compendium versò; vasa tantisper collegerunt: &, in tutiora translatis stativis, in sicco tabernacula fixerunt. *Germanis* undas, in incerta *sitis* tempora, reliquerunt: adjectò diætariò, militares inter jocos: *Irent nunc*; & ubicunq; vellent, *Impunè* passim *aquarentur*!

LXI. Verùm, *Malorum* ejus, quem dixi, diei, noctisque, *Martis* diem claudentis, nondum finis, nec satietas: nisi *Malum* insuper incidisset, in idem illud tempus; *bono* castrorum nostrorum *publico* perniciosissimum. Id, MORS *Alexandri* fuit; HASLANGI; quem, eodem illo, toties jam nominatò, *Novembris tertiò* die, nondum exactò, *Rackonitzianis* in *castris*, (192) post *decimum octavum* ferè *diem* vinculâ, custodia *Borvemissæa*, febris, & ærumnæ captivitatis, extinxerunt. Non enim dixerim, *Ad obitum ejus mœrurandum, contulisse quidpiam, etiam lucis illius creberrimos*, ex incussis sphæris ignitis, *fragores*; urbis, aut arcis, concussiones; incolarum formidines, voces, ejulatus. *Heros* enim *erat Alexander*: & capropter, talium imperterritus. (193) nisi quòd tamen, lethiferò stupore pressis, ac morbi novissimâ



Pugnæ campestres.

mâ vehementiâ de ſtatu mentis dejectis, ſæpe, quantùm rationis aciem, tantùm magnanimitatis vigorem, terror obtundat: intérq; nervorum *convulſiones* aſſiduas, ad omne tonitru quaſsatus animus, hoc agere, loqui, pati, *virum, etiam fortiſſimum*, cogat; quod *timidum & imbellem*. Ibi *morbi, non mores, regnant. delirium imperat; Virtus ſervit.* (194)

Sed, ad *Haslangum* revertor; qui reverſurus ad nos, ante diem, ac tribunal noviſſimum, non eſt. Deceſſit is, die, locô, morbô, quem diximus; *Catholicorum* (quippe, Rackoniziô diſcluſorum,) omnî deſtitutus, ſeu ſolatiô verborum, ſeu remediorum miniſteriô. qui fuit tamen in vivis, (ſi munia reſpiceres, & honorum amplitudines,) *domi* præfecturâ clarus aulicâ Bavariæ Ducis: *foris* verò, ſupremus vigiliarum equeſtris militiæ præfectus; (195) factis, & exemplô, non minùs, quàm præceptîs, & hortatu, potens. Sin *animi* dotes, ac décora generis, contemplareris: paucîs multa verè complexus, chronographus Boicus; *VIRUM*, ſcripſit, *genere, virtutibus, rebúſq; pro patria, religionéq; geſtîs, præclarum*. Omnia, reor, ego comprehendero; ſi, *Maximi-*

*ximiano*, *gemma* DUCUM, *Alexandrum hunc*, dixerim, *Achatem* fuiſse *charum*, & *æſtimatum*. Oportuit, *eximiè bonum* extitiſſe; quem, ad unguem, approbârit *Optimus*. Agè proinde! prodi ſæpe, ſerîs etiam è poſteris, nove quiſpiam, gentis hujus, ALEXANDER! Illius *Mortui*, nos hac paginâ damus effigiem; ad *viventis* vultum expreſsam.

LXII. Poſtridianus, qui, *Mercurii* dies, ac *Novembris quartus*, Divo *Carolo Borromæo* ſacer, anniverſariô cultu, fuerat; *Carolo Longuevalio*, Bucquojo Comiti, non per omnia ſeſe præſtitit innoxium; iſto, quem ſubnecto, caſu.

Lucis illius dimidium, *nebulîs* (utì ſemper antehac) opacum, & obcæcatum; ſub meridiem tamen aperire ſe cœperat: ac ſubinde Cæſarianos Bohemis, & hos illis, mutuum in conſpectum offerre. Pedetentim denique committi viro vir, & manui manus conſeri: dimicaríque cœptum. Ibi, dum ſuis auxiliatum adproperat, plagam *Bucquojus*, ponè femen, ſed citra lethi diſcrimen, excipit. Eam, Herois inclyti calamitatem, dum aſtantes commiſeratione, quidam autem,



Pugnæ campeſtres.

tem, indignabundîs adversùs percuſsorem vocibus, & fremitu, perſequuntur: ipſe *Comes*, erecto vultu, ſed erectior animô, vulneris originem, altiores retrorſum ad rationes, & ad divinæ Nemeſis lancem, exegit, ac retulit: magnâ quidem demiſſionis Chriſtianæ, meritiſſimâque, laude; verùm, ex obliquo, non minore, *collegæ* DUCIS incrementô venerationis, & auctoritatis, apud omne vulgus. quippe, cujus DUCIS illibata rumoribus adverſis, (nedum nævîs ullîs maculoſa,) morum integritas, jurè crederetur ab univerſis, DEO, *conſtantis Innocentiæ ſtabili propugnatori*, ſic eſse curæ paſſim: ut, iiſdem iídem in periculis quotidie fluctuantes, non iiſdem tamen involverentur caſuum æſtuariis. Ut adeò libeat exclamare cum Davide, Jeroſolymorum rege; (196) *Quàm bonus Iſraëlis DEUS, his, qui rectô ſunt, & intaminatô, (197) corde!*

Cæterùm, inter hæc momenti minoris negotia, (cujuſmodi die fuerunt illo, ſerenitatis patiens exſpectatio; militaris annonæ, recèns advectæ, diſtributio; parvuláque velitatio:) ne dies univerſus bellantibus, ſinè quopiam opere memorabiliore, dilaberetur;



Digitized by Google

tur : ad Aquilonis oram, ac ſcilicet, *Egræ* fluminis, utcunque vicinam, ripam, oppidúmque *Launam*, cum expedita peditum equitúmque manu, Maximiliani DUCIS, ac Bucquoji Comitis, concordî voluntate mittitur, tribunus Cæſarianus, *Albertus VVallenſteinius* : ſimúlque caſtrorum, in diem poſterum motio, rectà *Pragam* versùs, indicitur.

Eſt *Egra*, Bohemiæ fluvius. Is, è *Piniferis* (quas vocant) alpibus, ad extremam Palatinatûs Superioris oram, inter Minchsbergum & Biſchofsgrienium oriens; ac per Bohemiam exhinc, Orientem versùs, alveô piſcosô trahens undas; in Albim, *amnem* maximum, eas evolvit. Hujus citimam, ulteriorémque ripam, aſſident urbes, & oppida, non incelebria. quorum in cenſu ponunt, præſertim ii, quibus illic ſedes ac domicilium eſt, *Egram* inprimis, amni cognominem urbem, ac *Bohemiæ*, quà Solem occumbentem reſpicit, *januam*. tum, Kœnigspergam, Elenbogium, Ladam, Poſtelbergam, Launam, Budínum. Ex his *Launa*, caſtris Catholicorum, ſicuti propinquior, (utì dixi,) ſic fortaſse jam antea benevolentior; ſperabatur, ad obſequium Cæſaris, ante cæteras



Pugnæ campeſtres.

omnes, reditura : nec inutilis futura regi Ferdinando, Regni-civitas. Sita locô planô ; terrâ, frugibus atque pecori bonâ. tritici cumprimis, & hortenſium opum, pomorûmque ſapidiſſimorum, præſtantiâ nobilis. Hanc, eò veniens cum agmine non maximô, poſt exiguam, deliberandi cauſsâ, cunctationem interpoſitam, maximè propenſam *VVallenſtenius* reperit, ad deditionem, eodem adhuc veſpere, faciendam ; Cæſarísque priſtinum obſequium recipiendum : cumprimis autem, ad *Bavariæ Ducis* imperata (quippe, cujus adventum, ac rerum progreſsum proſperum, unicè ſibi, claréque, gratularentur,) amplectenda. Quibus, ſic animô, réque, comparatis, relicta ſua bona mens, ac flexanima voluntas ; & indireptis, conceſsum militare præſidium eſt.

LXIII. Sub hæc, ità geſta diſpoſitáq;, quoniam pridie Calendarum Novembris, orationes, ſuo locô traditas, in concilio bellicô decretum fuerat ; ut, annonâ, ſtipendiisque potitus miles, relictô Rackoniziô, *Pragam* ipſam omnî contentione properaret, *prælióq;* tandem *decretorii* locum peteret : ab ipſo *diei quinti Novembris* primô diluculô ſtare

ſtare cœperat inſtructîs, velut ad certamen, agminibus, uterque *Catholicorum* exercitus. Sed incommodô, (neſcio, quibus è cauſsîs,) ſuperiorum dierum omnium ejus generis incommoda ſuperante, coorta cum die, fœda denſáque *nebula*; parî cum agminibus immobilitate, ſtabat in multum, à meridie, temporis progreſsum. Et ſanè, tanquam *cælô Bohemicô* Pragam, Albúmque montem, ne reperirentur, *orthodoxîs* copiis ſubducente, ſaltémq; (quouſque poſset,) abſconſurô: caligo vapida non ante *tertiam* veſperis illius *horam* evanuit. Tum ergò demum, nec antè, datô proficiſcendi *ſignô*, (quoad licuit, *taciturnô*,) diſceſsum eſt Orientem versùs, à Boicis pariter, & Bucquojanis: ſic, ut Bavaricis, eô die, Cæſariani primum concederent in agmine locum, & aciem; ex íniti dudum pacti lege, dierúmque ſerie. Poſtremum autem, iidem ipſi, tenebant expeditionis ordinem, ſummâ Bucquoji Comitis voluntate: quoniam is locus, ſicunde fortè (quod metui poterat) continuò ſubſecutus hoſtis, in tergis hæreret agmen-claudentium; non niſi præſtantis, & exploratæ virtutis, robora-Virorum requirebat: quæ, dubium



Pugnæ campeſtres.

non erat, à *Boicis* ſuppeditatum iri; ſtrenuîs, expeditîs, exercitatis: ductore præſertim *Florejnvillæô*, qui *Lotharingis* eô bellô præerat; virô ſummæ, quà nobilitatis, ac fortitudinis; quàque rerum, in armis adminiſtrandarum, peritiæ.

Perexiguum porrò lucis cùm ſupereſſet, à *Rackonizio* digreſſis, noſtrorum copiis; itineris tamen continuatô labore, duo millia paſsuum, & amplius, emenſæ, *Litſchánam* adhuc, priuſquam nox irrueret, attigerunt: locum, inter Rackonizium, ac Straſsizium, (198) *Pragam* versùs, ſitum; & arbuſtîs aliquouſque parte ſuî clauſum & abditum: ideóq;, locandis inſidiis haud quaquam inhabilem. Eas tum ab hoſte, non immeritò, ſuſpectans ac verita, prima *Boicorum* acies: miſit, qui ſcrutarentur, & cæca ſylvarum excuterent, antecurſores. Ab his poſteaquam omnia tuta perviáque deprehenſa, renuntiatáque ſunt (latebat enim adhuc utcunque *Bohemicos* noſtrorum abitus, ob *explorandi* fortaſse *ſocordiam*, *caſtris omnibus indécorem*;) Lithſchanâ pertránſitâ Bojorum agmen, quo cœperat itinere, perrexit: ac ſylvam, (nequa feſtinationem mora ſupervacua

vacua lentaret ) inoffenso progreſsu perrupit. Nec defuêre ſubſequendi ſtudio, *Caſariani*; neque *ductor* illorum, exercitûs alacritati, deſiderióque *Maximiliani* DUCIS: utpote, cujus ipſe voluntatis potiorem, quàm ſuîmet vulneris, curam, aut rationem, habendam exiſtimaret; gnarus ac certus, *velociorem hoſtis interitum nullum eſse; quàm Concordiam ducum, concordia ſecum caſtra trahentem.*

LXIV. Dum autem, inter iſta, nox labitur, & manè novum, *diem Novembris ſextum* inchoat: *Anhaltiniani* ( quorum ſupremum caput, *Fridericum* Palatinum, regia Pragenſis, & prócerum ducúmque conſilium, ac ſpes ſecuritatis major, illum ipſum in diem, ad ſe jam revocabant ) in caſtris ad *Rackoni*Zium, ſepulti veriùs & contumulati, quàm agentes & conſultantes; Catholicorum, ex oppoſito jacentium, caſtrorum inſuetum notabant ſilentiũ: & extinctos, ante vigiliam noctis alteram, ignes, à pridiano jam veſpere, multùm admirabantur. At, indiciîs tandem haud obſcurîs, odorati diſceſſum eorum; inſolitúmque quidpiam illic accidiſſe, ſuſpicati; deſiderabant magìs, & optabant,



Pugnæ campeſtres.

bant, quàm ominabantur, *eorum* in tutiora *fugam*. cùm, ecce, ſtantibus ſtupentibúsque, nuntius adeſt, anhelus, & curſu fractus: qui perductus ad *Anhaltinos* duos, & *Turnium*, ac cæteros; *Movendi*, clamat, *& non jam accuratiùs communiendi castra, Tempus eſt, proceres! Hoſtis enim, (quod, huouſque neſcientes, in dubio ponebatis,) in deditionem ac fidem acceptâ Launâ, Pragam jam ipſam contentione ſummâ feſtinat. Si perſequi vultis; vaſa conclamate. Labor, eos aſſequendi, moram non recipit. Jam longè nos Bavarus, & Bucquojus, antevolant.*

His *Turnius* auditis, in equum velociter inſiliens, ſimul autem & monitu ſtimulatus *Anhaltini Senioris*; partem ſecum *equitatûs* rapit, ac *peditum millia duodecim*; non aſſequendi ſanè, ſed antevertendi potiùs, hoſtis præcurrentis ſtudiô: quò viam huic & acceſsum *Prage*, ſuis interjectis copiis, præſcinderet. Hunc, omni reliquô cum exercitu, ſubſecutus *Anhaltinus ſenior*; fatigatur expeditione, geminas præſertim ob cauſsas multum habente difficultatis. Nam & per opaca denſáque ſylvarum iter eis erat: & dies ille, *Novembris* (ut dixi) *ſextus*, à tempore

pore matutini crepuſculi profundam in veſperam, una *nebula continua*, quodammodóque *diurna* quædam *Nox*, eſse videbatur.

Sed hæc ipſa difficultas utraque, ſaluti tunc, etiam incogitantibus, ac tale nihil meritis, *Anti-Cæſarianis* fuit. Cùm enim ponè latus *noſtrorum* agminum (itidem ignarorum) illô totô temporis, ac loci tractu, non niſi *mille nongentorum paſſuum* intercapedine diſtantes, tenderent: factum eſt, ut ab *noſtris*, quantumvis dimicationis avidîs, ipſi, prælia fugitantes, intacti prætermearent; & inobſervati pertransirent. Dolorem interim noſtrorum, ex elapſis ſibi *Bohemis* ab eis concipiendum, ſolari, temperaréque debuerunt, *currus* onerarii, *triginta* circiter; omnî commeatûs caſtrenſis opulentiâ referti: quos, antemeridianîs horîs ejusdem illius diei, deductos ac ſtipatos ab *Hungaris*, Boicorum agminum antecurſores, inter *Litſchánam* & *Straſſizium* nacti, cæsîs cuſtodibus, occupârunt: ac ſecum *Straſſizium* abduxerunt. Hujus *annonæ* vicem, *Hungari* ſtrati, terram & herbam mordebant. (199) Id eis dicterium, irriſus nuper in *aquatione* Germanus, regerebat.

LXV.

**Pugnæ campeſtres.**

LXV. Eſt porrò *Straſſiz̃um*, (quod illius diei noſtrorum *prætorianum* fuit *diverſorium*,) Rackoniziani tractûs extremum, ad Septentriones, municipium; murô (ſicut tunc ſaltem,) nec excelsô, nec admodum firmô, circumductum: *oppidi* tamen interim nomine, quibuſdam (200) honeſtatum. Hujc præſidium *Bohemi*, tunc impoſuerant (ſtupendum! contra validiſſimos duos, Cæſaris, & Catholici fœderis, exercitus) ſclopîs certaturos milites, *totos triginta*. ſi tamen vel ſic *totos*: quippe, mente plurimùm imminutos. Hi namque *fatui*, (quid enim aliud?) ad tantarum ſtrepitum adventúmque copiarum, ſteterunt in muro. conſpectis, oſtentaverunt *ter-denas fiſtulas* ſuas, *ſemilligneas*: accedentibus, præcluſerunt mœnium *januam*: (quàm amplas enim, validásve, *portas?*) introitum urgentibus, negârunt. humilitatem porrò muri velociter tranſilientibus noſtris, velociùs ipſi ceſſerunt, mœnibus, oppidulô, poſſeſſione: projectîsque pariter, & animîs, & armîs, templum, pacem, vitæ gratiam, petebant; *deditionem* offerentes. Hos tales, extractos æde, dedignati cædere *Bavarici*; propter *inſanam* tamen *impudentiam*, conjecerunt in cuſto-

custodiam: *stabilus* ibi, quàm in muris, excubituros. In his noſtri vinculis, captivos hos; in oppido verò, ſarcinas omnes, & impedimenta; necnon, ad ſarcinas præſidium, de ſuis, validum, de ſententiâ *Maximiliani* DUCIS, & concilii, relinquunt. *Straſſirii* porrò ſtatus hic durare jubebatur, tantiſper dum ad *Pragam*, ac voti ſummam, veniretur. Sic expeditius ibatur: & dies poſterus, negotiorum molem offerebat, *humeros* ſanè *ferentarios* (201) requiſituram, & non *dorſa*, vehicula ſarcinarum.

LXVI. Is, dies *Novembris ſeptimus* erat. In hunc diem, ex pacto, (quo ductus agminum & exercituum amborum, inter *Bavariæ* DUCEM, & Comitem *Bucquojum*, alternandus erat,) pridiano veſpere declaratum, & conditum, fuerat; uti *priores* in progreſſu partes *Bucquojanorum* eſſent: utque, cum exortu diei primò, ſub unum temporis articulum, & *Caſarianus* exiret, & *Bojaricus* exercitus; ad lævam *hic*, ad dextram *ille*, viæ partem, quæ Pragam ferret. Ut autem & ad locum, quem acies ſtruendæ DUX, aſſentiente concilii ſententiâ, deſignârat, omni ſtudio convenire maturarent; à tribunis

Pugnæ campeſtres.

bunis ſeriò curari juſsum. Hæc cùm ità, quemadmodum diximus, indicta pridie, receptáque, fuiſsent: *Bavarici* quidem, exemplò ſtimulati DUCIS, adeò poſtridianîs, etiam antelucanîs, horîs, in mora non fuerunt (& hoc, *nebulâ* tum quoque vias & aërem tenente, per antemeridianum omne tempus;) ut, in loco condicto maturrimè præſentes, aliquot inſuper horas, in veſtigio ſtantes, imperia ductorum opperirentur.

At *Bucquojanorum*, diutiſſimè nemo comparebat. Ac *Bucquojus* ipſe, qui pridie, cum febri ſimul ac vulnere conflictatus, decubuerat, ne tunc quidem dolorum expers, curru contectô vectabatur; eâ, quam morbus ſuadebat, progreſsûs moderatione. Lemitudini vecturæ ſui *ducis*, attemperabant iter ſuum legiones ejus, ac turmæ. Quid agerent inter hæc, ut *Otium*, (*expeditionum peſtem*) effugerent, copiæ Boicæ!

Verùm, *Maximiliani* ſedulitas indefeſsa, reperit, quod eas occuparet. Dum enim, evecta demum in ſublime, *nebula*, liberiorem oculis aciem reddit; circumſpiciens hàc illàc locorum ſitum, ex edito renidentem *triplicem* (202) equitatûs hoſtilis *turmam* DUX

DUX conſpicatur. majorémque, non temerè, poſt eos, copiarum ſuſpicatus latére multitudinem ; continuò ſuorum expeditam in eos equitum, ac legionariorum immittit, manum. Sed, ad primum horum conſpectum, equitatus ille, quem diximus, adverſariorum, collem, quem tenuerat, deſerens ; in locum alium retrò, non minùs editum, refúgit. nec ſciebant noſtri tunc nomina locorum ; quippe, ſitûs regionis ignari : ſicut & pleraq; pars militiæ *Ferdinandææ*. Revera tamen iſta paullatim (licèt *procùl admodum*) erant acceſsûs ad *Montem*, quem vocant *Album*, principia.

Cæterùm, *Bohemicorum* equitum, in alium ex alio colle, tranſitu conſpectô, *Bojarici*; nihil ad inſequendum reliqui ſibi fecerunt. At illi, cùm repentè tandem conſpici deſiiſsent ; tantô majus acriúsque ſtudium noſtris inſequentibus injecerunt, explorandi : quídnam rerum illic, quò refugerant, gereretur. Et, ecce, pergentes ulteriùs, ſubitò, trans montem interpoſitum, ad oppidum quoddam, cernunt, in latè patente planitie, ſtantem, & inſtructâ jam acie congreſsui paratam, exercitûs Anhaltiniani, Turnianí-

nianíve, partem. Hi, peritiâ locorum, Cæſarianis, tardiùs, (utì dictum eſt) euntibus, per celeritatem, ac viæ flexus, anteverterant: non tam, ut dimicarent, (quod, niſi coacti, facturi non erant,) quàm, ut noſtros *Pragâ*, quibus cunque poſſent modîs, ac rémorîs, intercluderent, vel avocarent. Seu placeret his tamen conſerere manum; ſeu cordi pugna non eſset; apti ſtabant, qui, vî validiore ſuperobruti, cladem acciperent: & vincerentur.

Id ergò per curſorem edoctus *Maximilianus* DUX, cùm *lætus* accepiſset: omnem continuò *Sacri fœderis* militiam, cujus erat imperator ipſe, ſuos in ordines conduci jubet: aciem exornari: *Bohemorum* exercitum, quò minùs (ut ſemper antehac) elaberetur, circumcludi: Comiti *Bucquojo*, tot exoptatæ votîs, ad confligendum, opportunitatis nuntium afferri; feſtinationis, omnísque rumpendæ cunctationis, eũ cõmonefieri mandat. In prælii concurſum DUX ipſe totus, & animô paratus & manu, flagrabat. Idem ardor, & duces ejus, & militem pedeſtrem equeſtrémque, tenebat; inflammatos amore pugnæ. Sed, ſi veniendum ad voti ſummam eſset,



Digitized by Google

esset, & cingi nostrîs exercitibus *Palatinianum* oporteret; opus *Cæsarianarum* cum copiis nostrîs conjunctione copiarum erat. *Nostra* præstò stabant omnes. *Bucquojana* venerunt: sed tandem, sed plusquam seriùs, & ingruentibus illico tenebrîs, regressísq; jam in stationes suas hostibus; & universâ certaminis occasione dilapsâ. *Bucquoji* Comitis optimæ menti, febricula rursus, ac plagæ dolor recrudescens, infeliciter interceſserunt; cùm interim *Catholicorum*, & adversæ factionis, inter sese stativa longiore locorum intervallô non dirimerentur; quàm, quantum expulsa tormentô bellicô pila libralis, suetô per aëra volatu, posset emetiri. (203)

LXVII. Quibus aliquis castrorum usus, ac rei militaris peritia familiaris erat; ii nullo modô dubitârant: Aut nunquam, ad id usque temporis, aut eô Novembris *septimô* die, deleri conjuratas copias, & patrari (204) bellum, potuisse: si, temporì præstò fuisse *Bucquojanos*, contigisset. Sed videlicet, ità visum *mortalibus* erat. *Adversùs DEUM (cujus in manibus tempora*, diésque rerum, *sunt,) non est ratio, neque Consilium, aut Prudentia.* (205) Victoriæ *Maximi-*



Pugnæ campestres.

*ximilianæa*, non *Septimus*, menſis illius, ac ſeptimanæ, *dies*, ſed *Octavus*; non *Saturni*, ſed *Solis*; non ille denique debebatur, in quo, præter ſolam collegæ moram, omnia cætera DUCI *Magno* fluxura fuerant ad votum: ſed ille Dies, ille, quo, præter DEUM, alia pléraque diu videri potuerant adverſa. Quid multîs? Ille proferendus in theatrum Orbis-Orthodoxi *Dies* erat, & palàm proditurus; qui pariter & *Dominicus*, & in eum Annum illius *Imperialis-Evangelii*, ſectariis quoque, promulgator eſſet, quô, *Cæſari* ſua præſtanda reverentia, populis ingeritur. Ità, NIHIL ſinè *Numine*, ne *neglectum* quidem, uſúvenit. Illi, *certum* ac fixum, eſt; quod *anceps* nobis.

LXVIII. Cæterùm, inter ea, ſic elapſa, *Maximilianus*, tametſi ſperatô deſtinationis ſuæ ſucceſsu tunc dejectus, non intermiſit tamen, magnanimô præreptæ ſibi facultatis-pugnandi contemptu, curare locîs omnibus; quídnam, ad ſarciendam jacturam eam, plus ubique, minúsve, conducturum videretur. Itaque, profundîs jam tenebrîs, poſt *alteram* jam *noctis* exactam *horam*, tum demum in tabernaculum reverſus: præſto-

laba-



Digitized by Google

labatur, quid porrò ſerus advecturus veſper eſſet. Cùm autem eodem ipſo tempore *Bucquojus*, rerum ſuarum, ægrô licèt corpore, tamen ſatagens, tribuno veterano, belliqué ſcientiſſimo, *Gaucherio* Séquano, negotium dediſſet; ut, quid agerent aut tentarent hoſtes, cognoſceret, & ad ſe cognita referret: *Gaucherius*, exploratîs, quæ gererentur apud eos, raptôque ſecum, fidei faciendæ cauſsâ, vigilum unô quopiam è ſtatione; celerrimè *Bucquojo* renuntiat, Anhaltinum, Turnium, Hollachium, universîs poſt ſe tractîs copiîs, repentè planitiem illam pridianam, ac ſtativa ſua, reliquiſſe: velutíque pánicô terrore correptos, confuſis & ſignîs & ordinibus, iter, fugæ ſimile, *Pragam* versùs intendere. Quod nuntiabat Comiti *Gaucherius*, idipſum, eodem noctis veſtigiô, qui nocturnas ſervabant excubias, equites noſtri deprehenderant; ac continuò renuntiandum *Maximiliano* DUCI curârant. Erat horæ noctis tertiæ finis; ac vigiliæ ſecundæ principium. In hæc, tam inſperata, jam & *Bucquojus* Gaucherio, quid opus facto, mandârat: &, ejus mandati necdum gnarus, *Maximilianus*, primùm quidem, ſuorum omnium

tribunorum, ac ductorum, concilium habet; decretôque, quid in re tam ſubitâ potiſſimùm expediret: curari jumenta jubet; & curata, protinus infrænari: tum, cohortes omnes, ac turmas, ad inſequendum hoſtem, cum exitu vigiliæ ſecundæ, procedere. quæ Ducis imperata nemo detrectabat. Poſt hæc, qui ſtatim éadem *Bucquojo* referat, eúmque ſuîs verbîs, ad perſequendos itidem omni cum exercitu Bohemos, exhortetur, mittit. Rogat autem, ut omnî rem celeritate gerat. Hujc referri *Bucquojus* jubet; & *Gausherium* ſe jam, cum *quingentis* equitibus, immiſiſſe fugientium tergis, cædendis: (immiſerat ſanè, ſicut hic referebat,) & perſequendorum hoſtium etiam ſe conſilium amplecti; ſed, nec omnibus utrimque copiîs; nec, antequam poſtridie dieſceret. Nam & retineri legionum aliquid, in incerta caſuum, ac fallaciarum hoſtilium, opus futurum noſtris: & ſuos, inediâ, gelu nocturnô, laſſitudinéque diei totius, vexatos, (præterquam, quòd & diſperſi contuberniis, ægrè tantillô temporis ſpatiô contraherentur,) corporum animorúmque tantâ nequaquam alacritate, quantâ milites *Boici*-requieti poſſent, (206)

Anni 1620. Leo Galeatus.

ſent, (206) confluxuros. *Bohemos* autem, inter hæc, tam tardè convenientium, molimina, procul è manibus, & oculis, avolaturos.

Crediderim equidem, hæc, & id genus alia, per eos dies, *Bucquoji*, (moribus alioquin exculti ſſimi viri,) *verba*, faſtidientíſque notas, expreſsas nonnunquam doloris & febrium acrimoniâ; præ ſe ferre viſa fuiſse, ſpiritûs cujuſdam, & indolis, libenter *contrà-ſentientis* ſpeciem: neque tamen ullam interim obloquentis, ac pertinacis, imaginem prodidiſse. Nec id interim ipſum faſtidii genus, in Heröe præſtantiſſimo, *nævum* appellaverim. QUIS enim, niſi capitis planè ſervilis, ad omnia ſemper *annuit?* niſi DEUS, aut ratio, proſubigant animos hominis immodicos.

Sed tamen, inter hæc, *ingentis*, & in immenſum *lati*, *cordis* fuiſse *Maximilianum* DUCEM, oportuit: quippe, qui *terna* plerumque *bella* per omnem ferè *Bohemiam*, circumtulerit: & ea tamen compoſuerit. *Unum*, adversùs Cæſaris hoſtes, aſſiduum. *Alterum*, erga Cæſaris, ac ſuos, *amicos*; quoties *Utili publico* diſsentirent. *Poſtre-*



Pugnæ campeſtres.

*mum*, adversùs *ſeipſum*, & acerrimam ſuam mentem; cùm incomparabilem animi perſpicaciam, præſtantiora videntem, concordiæ tamen amori ſubjiceret interdum; &, cedere *Rationi minori*, compelleret. Ità, quoad ejus fieri poſſet, omnibus attemperans ſe; dum *Se* vincit, vincebat *omnes*, & *omnia*. Tunc verò, tantâ perſequendorum hoſtium urgente neceſſitudine, tantô (ſi nemo penitùs inſectaretur eos,) periculô, ne nunquam poſtmodum in manus venirent: tunc, inquam, iterum, iterúmque, per internuntios accuratiùs edoctum *Comitem*, ſuam in ſententiam ità pertraxit: ut, omnî cum exercitu continuò ſecuturum ſe, ſponderet: & verò, ſequi ſtatim inciperet.

LXIX. *Medium noctis*, ac vigiliæ tertiæ principium, erat; diésque *Novembris octavus* inchoabatur; Octavæ Divorum Omnium luci feſtus: cùm, in equum inſiliens *Bavariæ* DUX, ſecum *imperiô* traxit omnem *Catholici fœderis* exercitum: *exemplô* verò ſuî, Cæſarianas quoque turmas univerſas, ac legiones. Ipſe quin etiam, invictus animi, *Bucquojus*, è lectulo transferri, *lecticarium* in *currum*, debilitatum corpus, ſuppreſsâ doloris vî,

vî, jussit: &, ut potuit, sequi quàm proximè *Bojorum* agmina posteriora studuit; à *Tillio* non multùm remotus.

Quòd autem in eum, quem dixi, diem *Bavaricis* obtigerant, è serie profectionis, partes expeditionis priores: præter *antecursores*, DUX *Maximilianus* turmas, insuper, & catervas aliquot expeditiores, præmissas, ire celeritate, quàm possent, maximâ voluit: & hostium novissimos saltem, infestos habere. Magna fuit imperiorum *Maximiliani* vis. nam, ne strenuæ properationis tota laus esset, penès *Gaucherium* Bucquojanum, qui, celeriter quingentîs suîs in dilapsos Bohemos eductîs, ex itinere, fugientes nactus, & aggressus, *Hungaros*, magnâ clade diminutos ad *Ruzinam* pagum, profligârat: æmulati virtutem Cæsarianorum *Bojarici* quoque cunei primores, & agminis *antecursores*, esse primi studuerunt, in assequendo quàm primùm hoste: cæteræque turmarum, & manipulorum, à dimidio noctis, ad usque diluculi viciniam, contentione laboris nusquam intermissâ, *Montis-Albi* finitima loca tenuerunt.

Mons hic, (ut nonnihil subindicabamus,



Pugnæ sum-montanæ.

etiam in geſtis Anni duodeviceſimi,) Germanici circiter milliarii ſpatiô ſeſe porrigens, ab Occaſûs æſtivi plagâ, per obliquum, in Ortum-hibernum, Pragæ præjacet: ſuî principiô, quà ſolem veſpertinum reſpicit, editior: at, ſenſim exinde declivior, utcunque mitiore ſe tergô ſubmittit; quoad in planitiem ſeſe denique conſumat. Solum interim *Mons* hic ſcrupeum, verrucoſum, & ſcrobibus interpolatum, habet: duris & aſperis gerendis rebus, quàm amœnis ac lætis exercendis, accommodatius; niſi quòd tamen in faſtigio ſuî *Vivarium*, & Regum Bohemiæ nemorale prætorium (*m*) *ſtellatum*, à figura ſtructuræ dictum, oſtentet. Hunc montem, à ſæculis prævisæ pugnæ ſedem arenámque fieri, Divinus annutus approbârat. Ad hunc ergò reverſa, narratio feſtinet.

Sub ejus lucis *auroram*, tunc *primùm nebulîs* liberam, affertur ad *Tillium*, (pago cujpiam, ab latere ſiniſtro, propinquum,) nuncius felix: *Anteceſſores* Boicorum agminum, in *oppoſito* pagi látere, conflictu, jam jam cœptô, prœliari. Quo *Tillius* auditô, ſtare juſſit agmen; nec, niſi denuò monitum, progredi: partim, ut, ſeriùs alioquin adven-

adventuris, *Bucquojanis* ſpatium daretur temporis, aſsequendi *Bojaricos*, ad plenam cum eis conjunctionem; ne pugnam alteruter exercitus, alterô non præſente, participéque, capeſseret: partim, ut, moræ quidpiam concederetur, *Tillio* quidem, ad *Maximilianum*, ſuper dimicatione cœptâ, certiorem faciendum: *Maximiliano* verò, *Tillio* mandandi, quod ex uſu tunc, & in rem præſentem, futurum eſset. Inter hæc autem, nequid ab hoſte detrimenti caperet *antecurſorum* manus, adverſariorum multitudine prævaliturâ; niſi ſubſidiô noſtri firmarentur: *Anholtino Baroni*, vigiliarum Præfecto ſupremo, negotium, auctoritate *Maximiliani*, dat: equites ducentos, trans pagum Bavaricis præliantibus, ſimùl ſubſidio ducat; ſimùl autem, eádem operâ, Quid tentaret, aut ageret hoſtis, exploret. Nec mandâſse contentus *Tillius*, niſi ſuámmet ipſe pariter interponeret operam: per ſe quoq; ſingula cognitum, excurrit. Ubi, præter ſpem, ultrà pagum, (quem *Werónum* Brummerus nominat,) campi latitudinem deprehendit, *rivô* quidem alvei mediocris interſciſsam, ripîsq; *ponticulô* junctis, ſed acceſsui receſsuíq;

R 5 faci-

Pugnæ ſum-montanæ.

facilem: cæteràque, ſtruendæ pariter aciei, diſpandendæq;, perquam opportunam. Hæc planities ante radices jacebat *Montis-Albi*. quod totum, non diſtulit, ad agmina regreſsus, *Tillius* ſignificare, primùm *Maximiliano* DUCI; cuj placebat opportunitas: deinde, non ità procùl indè tendenti, Comiti *Bucquojo*: cujus mentem *Tillius*, ſuper his, è mente ſui DUCIS, exquirebat.

Sed *Bucquojo*, (contrà, quàm cenſuerat *Tillius*,) probabatur, Illô potiùs eodem, in quo tunc conſtiterant, loci tractu, cis pagum, exercitûs utriuſque copias, in aciem, & ordines, componi; quàm, in locum, ultra pagi latus alterum, differri negotium. Id, quânam adductus ratione, bellorum ipſe quoque ſcientiſſimus, *Bucquojus* maluerit; expreſsum à conditoribus Actorum non reperio. Conſtitiſſe tamen ſuam illi conſilii-rationem, extra controverſiam eſt. Sed ſuggerendum interim ei (quippe, cuj propter vulnus, ac morbi vim, obire luſtraréq; loci ſitum genuinum, haud licuerit,) *Tillius* per internuncium, utrique fidum, curavit: *In citimo pagi ſolo, nec inſtrui copias utiliter in pugnam poſſe: nec, ſi vel maximè, ſuos*

*ſuos in ordines illic diſpoſita, ſtarent, cùm eundum in certamen & hoſtem eſſet, agmina ſervari conjuncta poſſe, qua conjunctim tamen incedere fas, ac neceſſe, foret; ſigna nempe, cornua, ſubſidia, turmas, & alas. quoniam, poſteaquam ad pagum ventum eſſet, agmen, aut progreſſurum non eſſet, interpoſitu pagi præpeditum: aut bipartitò, lateribus, hinc & illinc apertîs, perrecturum; hoſtilibus globis & ictibus expoſitum: quia vi conjunctâ deſtitutum.*

His ad *Bucquojum* miſſis conſilii ſui momentîs, *Tillius* prior ipſe ſe, ſuósque, prudentiâ direxit: ut, quidquid tandem ſtatuerent Bucquojani, *Boicas* copias trans vicum univerſas ageret: ubi, ſpectantibus è propinquo *Bohemis*, ſuos-in ordines ipſæ ſeſe componere ſcienter inciperent.

LXX. At, inter hæc, *Bohemi*, conſpectô, quid *Boici*, quàmque confidentibus animîs, tentarent; veriti, ne fortè cum universâ ſuorum manu transirent rivum; &, contemptâ camporum uligine, (quæ latè, cis & ultra ripam utramque, ſolum humectabat,) confeſtim in pugnam ruerent: ad impoſitum rivo *ponticulum* retrogredi cœperunt; ut, adverſùs turmas, & peditatum *Bava-*

*Bavaricorum*, inſiderent eum, ac firmarent; quò noſtros tranſitu prohiberent. Sed brevis eorum ibi ſtatio, cuſtodiæq; cura, fuit. Paullò pòſt enim, luſtrationum gnavus & indefeſsus *Tillius*, obitâ rurſus, & inſpectâ rerum locorúmque facie; reperit primò, *Ponticulum* quoq;, ſicut antea campum, ab *Anhaltinianis* deſertum, patére jam vacaréque noſtris, ſiquis ejus uſus incideret; ad uliginoſi loci vitandam circuitûs incommoditatem. Vidit deinde; Nec *Anholtinum*, vigiliarum magiſtrum, fugiſſe, fefelliſséve, tranſitûs ejuſce compendium: utpote, quem deprehenderet, reipſa jam, cum equitum ſelecto globo, trajeciſſe rivi tergum; & illic cum, *Montis-Albi* radicibus cohærentem clivum, aliquantò cæterîs editiorem, affectare. Cujus proinde propoſitô, cæteris quoque, magnanimitatis exemplô, *Florejnvillanum* hortatus Tillius; *Et tu quoque, quid*, (inquit,) *ceſsas, ac dubitas, transmittere, Florejnvillæ, rivum? Anne formidas, ne rupta fortè ſolutâve pontana ſública*, (207) *vel dorſum trabium, excutiat in undas equitatum tuum? An id potiùs metuis; ne, perſultata tuorum ungulîs paluſtris riparum ora, vel campus, aut*

*à te*



Digitized by Google

*à te frangatur ; aut te, cum progreſsu luctantem, frangat prior, ac, profundô limi fixum, hauriat ? At ſanè, qui præceſserunt, incolumitate ſuâ docent ; Onerum, & ferratorum pedum, patientes, tam trabes eſse, quàm paluſtres glebas. Aude poſt hos igitur & tu ; quem audere vulgò videmus, ante cæteros. Secutus* Anholtinum, *in edita collium ; circumſpice, ſiquem inſidére valeas, rei pro nobis bene gerendæ, malè verò faciendi rebellibus, opportunum locum* : *&* Lotharingum *te* Bullionium *præſta, perrumpendis immis, ac ſummis. Poſtquam autem in arduo conſtiteris*, Magni *noſtri DUCIS illic imperata, nec non meos, imperia tibi transmittentis, internuntios exſpecta.* Non fuit opus hortatu longiore, tribuno, ſpontè curſuro.

Finierat dicere, *Tillius* ; cœpit exſequi dictata *Florejnvillæus* : momentôque tránſitîs & aquîs, & carectîs, in aditu *Montis-Albi* celſiore ſuam legionem conſtituit. Nec tamen & hic, eô, quem tunc occupârat, loco conſtitit ; ſed, ulteriùs & ſtationem ſuam, & *Tillii* vota, promovere ſedulus, & acer ; demonſtratum ab *Anholtino* ſibi *lapicidinarum*, in eodem monte, *tractum*, inſedit : ità con-

conſpicuus iis, qui vallem inferiùs cis rivum tenebant; ut ab his, ejus, & Anholtini, ſurrecta ſigna vexilláq; conſpecta, *Bojorum* reliquam multitudinem univerſam traherent. qui, transire ponticulum, & paluſtre ſolum, nec ipſi dubitaverunt.

Horum conſpicati numerum, ac fortitudinem, & ardorem pugnandi, *Bohemi*, ſibi curſim inſtantem; adhæc autem, & *Anholtinianorum*, ac Lotharingicæ ſub *Florejnvilheo* legionis, audaciâ perterrefacti: relictîs, quas antè ſibi delegerant, ſtationibus, ſurſum versùm, per obliqua montis, ad ſuas refúgere munitiones inſtituerunt; impetu confuſô ruentes, ad tutiora quæque montani jugi receptacula.

Tantò fervidiores *Boica* legiones, ad eorum invadenda retrocedentium terga, contentô pede, ſuperiora petere: paſsuíque paſſum addentes, cupere, congredi-cominus; ac ferrô, ſi fieri poſset, de ſummâ re decernere: ſi nondum poſsent, memorandam tamen hoſti cladem inferre; prohiberéque, ne latiores interea, firmiorésque, munitiones ſuas efficerent, & in iis tormenta ſua bellica conſtituerent, *Anhaltiniani*. Spésque magna fuerat,

rat, virtute noſtrorum alterutrum emolumentorum iſtorum, ſi non utrumque pariter, obtentum iri. Poſcebant igitur clarîs, & manuum, & vocum ſignîs, pugnam *Bojarici*. nec invitos, (opinor,) aut diſſentientes eſſent nacti, *Florejnvillæum*, *Anholtum*, *Tillium*: ac fortaſse nec ipſúmmet ductorum DUCEM, *Maximilianum*.

LXXI. Sed his eorum omnium deſideriis *Vir* interceſſit *Unus*, in proximo (ſed, *poſt eos*,) tendens, Cæſarianæ militiæ prætor, BUCQUOJUS. qui, miſsô de ſuis ad *Bavariæ* DUCEM curſore celerrimô, rogari verbîs eum ſuis juſſit: *Ne, niſi Cæſarianô milite Bojis adjunctô, certamen ſupremum capeſseretur: néve tantô, quantô cœpiſset, ſtudiô, DUX prælium approperaret.*

Hujc, cogitabundo *MAXIMILIANUS*, ac ſubductô, vultu: *Magnam*, inquit, *& in publicum ancipitem, rem petis. Sed abi, Comitíque noſtrîs viciſſim verbîs refer; Nos pugnæ, tam tempeſtivæ, dilationem, primùm ipſi, ceu militaris imperii dilecto Collega, gratificari: deinde, (práeq; cæteris univerſîs) Cæſáreæ Majeſtatis reverentiæ, debitóque cultui, ſubſternere: quippe, cujus auguſtîs auſpiciis, & Comes,*

Pugnæ ſum-montanæ.

*Comes, & DUX ipſe, militemus.* nec plura ſubjungens; ut, *ſeriò* ſe, non concordiæ minus ſociali, quàm nomini mentioníque Cæſareæ dignitatis, deferre, demonſtraret: ad ſuos celeriter advolans, & anteſignanis adequitans, verbîs eos, & imperiîs, preci ſimilioribus, refrænabat; & inhibebat ab ulteriore progreſsûs, ac prœlii, conatu.

Potuit in admirationem venerabundam inflectere, quamcunque, nondum planè ferrô rigentem, mentem, tam mite placidúmq; potentiſſimi DUCIS ingenium; obſecundantis in loco votis, & commodis eorum, apud quos eum priores ferre partes auctoritatis, conveniebat: ut proinde, quantum, eorum in gratiam, ipſe de *celeritate* remiſiſſet, tantundem & illi, boni communis cauſsâ, de *tarditate* ſuâ remitterent. Sed inventi ſunt, quales plerumque fuerant, antea quoque, ſuîs in expeditionibus: magna pars adhuc lenti, diſperſi, ſeriùs adrepentes, ac tantumnon, *emanſores*. (208) Ad ſummam! dudum gratìs, & inutiliter, ſtantibus *Bojaricîs*, & *Bucquojanorum* cum ipſis conjunctionem præſtolantibus; nec comparuêre *Bucquojani*: nec eos adducere *Bucquoji voluntas optima* potuit;

potuit ; quia collectos non habebat. Poterat autem , inter has tot moras , ingens ab hoſte capi publicæ rei detrimentum : *Anhaltinianîs* in monte caſtra ſua validiùs munientibus : baliſtas majores - decem, locîs aptîs ſtatuentibus : loricam adhæc, foſsámque novam , ducere , pro fronte caſtrorum , inſtituentibus ; *Anhaltinô* denique Principe , cum *Hollachio* , *Turniô* , cæteríſque , conſultantibus intrà Prætorium : *Utrum , & , Quàm mox , irruendum in Ferdinandæos eſſet ?*

Id ne fieret , in disjunctos adhuc noſtros ; obſtitêre , *ſummô* quidem in *Monte* , diſcriminis & congreſsûs ſupremi *diſſuaſor* prolixus , *Hollachius* ; (ξ) inferiùs autem , *Maximilianus* DUX , & *Joannes Tillius* , miſsîs ad *Bucquojum* monitîs , incitatores aciei maturandæ. *Bohemicos* , in oculis ſuis, fodere , vallare ; ſuîsque continentibus munimentîs , momentô temporis , & caſtra clauſuros , & in caſtris ſeipſos ; nequando deinceps , unquam , poſtquam è manibus antè paulò ſit emiſsus hoſtis , ad manum res veniat. Si venire totus quantus , & conjungi , nequiret ; at accederet tamen , ac pro-

S pera-

Pugnæ ſum - montanæ.

peraret, cum ea quam præsentem jam haberet, multitudine.

Permovêre cohortationes, tam intentæ, *Comitem*; ut, quantus posset, tantus alacriter demum adesset: & exercitui junctus exercitus, adstaret. *Bonum factum! Quod feliciter eveniret!*

LXXII. Proxima fuerat, aciei tantæ struendæ, disponendæque, cura. Cùm autem, (quod sæpe dictum superiùs), dissensionum & invidiæ fugitans, *Bavariæ* DUX, (ne solus omnia videre faceréque velle, videretur,) *SINE CONSILIO NIHIL aggrederetur*: rem, approbatione dudum optimi cujusque secum ipso decretam, inspiciendam tamẽ aliis quoq;, discutiendámq;, permittit.

Præter *Joannem* itaque *Tillium*, ac *Baronem Anholtinum*, Cæsarianorum experientissimum quemque, spectatissimúmque, vocat ad consilium. (ζ) Super instante pugnâ: super modô, locôque, temporéque pugnæ! suam quemque promere sententiam jubet. Id fit; & oris utrimque candidâ libertate. nec jam in controversiam magìs intrant, prœlii committendi modus, locus, dies, ac tempus, quàm *Prœlium* ipsum; *Expedi-*

*pedirene videatur ejus, cum hoste tam instructo, commissio?* Dicebatur pro parte, conflictum volente; *Quæsitum tantîs copiîs, impensîs, malîs, ac periculîs, geminorum exercituum, quid aliud fuisse; quàm, aut Pacis, aut Armorum, congressum? Pacis reditu siccô, pridem jam desperatô; Quid, nisi ferrum, & cruorem, restare? PUGNANDUM igitur: &, SI PUGNANDUM ALIQUANDO, QUIPPENI MODO? quidni statim, & in loco, monte, castrorum hostilium aspectu? tam paratis præsertim, ad omnia dura, Boicorum animîs? tam excitatîs Cæsarianorum in cladem rebellium, studiîs? Ità comparatîs ad concursum Ferdinandæîs, ità refugîs à conflictu, Fridericianîs; & ipsô quoq; Fridericô delitescente? mentium diversîs hinc, & hinc, habitibus utendum, in salutem publicam esse.* Cudendum chalybem, dum candeat. *In Necessitate quoque, (quantò promptiùs igitur, & in Opportunitate?) proximam quamque certaminis Occasionem, habendam pro præstantissima. Semper quidem, & in omni re, præ cæteris tamen in bello,* NOCUISSE PARATIS, DILATIONEM. *Diem omnem alicubi lucere: non illucere diei cuivis, ubique bene gerendæ rei*

*facultatem. Adhæc, videri pugnæ deſiderio flagrantibus, & elementa favere, telluris & aëris: utpote, vaporum tunc, & nebularum, pura; prater omnem dierum ſuperioris temporis conſuetudinem:* (& ità ſanè tum evenerat.) *Rebus gerendis arridere quodammodo cœlum ipſum & ætheris ambitum; apertum tunc, & ſubjecta terrarum aperientem. Omnia latè patére; ne Bohemorum quidem foſſionibus, & machinîs, inapertîs. Conſentire cœlo, mentium quoque, non niſi divinitus influentem, dimicationis alacritatem: qua vel ſola ſæpe ſit, pro claſſico; nervus aciei; præſagium oméng; Victoriæ. Summatim igitur, Confligendum! &, dum clarus adhuc in ſublimi ſol incedat, manus & arma miſcenda. Noctem, ac veſperam, fore palmæ deſperationem.*

LXXIII. Diſserebant hæc, Certaminis, & feſtinationis, approbatores. At, quibus vel omitti pugnam, vel ampliare diem, placebat; tametſi, dici vera, ſentiebant, à ſententiæ flagrantioris auctoribus; pericula tamen illius, ac difficultates, haud diſſimulabant. *Conſediſſe jam hoſtem; & locô, pluquam ſuô, muniſſe, clauſiſſe, firmâſſe caſtra. noſtris,*

*noſtris, acceſsum ſuî, feciſse, tantùm non impervium; munimentîs, tormentîs, aſcenſu; contra ferientes, ac fulminantes, eluctandô. Recentibus item ab urbe regiâ copiîs, & anteſignanorum densô robore, triumphare feroces Conjuratos: locô deniq; ſuperbire, ſibi per omnia ſecundo, noſtris horridô, ſcabrô, rugosô ſæpe ſulcîs, & rimîs, ac ſcrobibus; per cuncta tandem, contra clivum ituris, iniquiſſimô. Quin potiùs igitur, omiſsô tunc* monte; *ponè radices ejus, ſecundùm latus tractûs illius dextrum, directiſſimâ viâ* Praga *peteretur: ſicunde fortè, regiæ ſedis & cauſsa periculô territus, ac permotus, exercitus Palatinianus,* Monte *decedens, Pragámque defenſurus; ſequi noſtros, & pellere, feſtinet? Ibi tum prœlii, partibus noſtris æquoris, fora copiam: ibi, ſuperandi ſpem.*

*Bucquoji Comitis*, hoc erat Conſilium: ſicut è diverſo, prioris illius placiti rationum-auctor, cum ſuis, DUX fuerat *Maximilianus*. Et contendebatur; in longum adhuc iturâ conſultatione: fortaſséque demum, dilapſu temporis, & *Montem* ereptûrâ noſtris; & *Pragam* eis non largiturâ, cùm repentè, DEO negotia temperante, concilio nuntiatur, ſtare foris, qui *Montem*,



De prœlio committendo, deliberatio.

& omnem caſtrorum hoſtilium faciem, recentiſſimus explorator, introſpexerit. Is, *externus*, ſed Cæſarianis partibus magno cum primis uſui, legatus caſtrenſis erat, *La-Motteus*. Hic confeſtim introductus, intellectô diſceptationis articulô, nodôque, circa quem *Bucquojus* tricaretur; *Solutio facilis eſt*, inquit, *iſtius difficultatis: quæ, ſi viri ſumus, & prima perfringimus, pene poſtea ne difficultas quidem erit: aut infra certè vires noſtras. Obivi, Sereniſſime DUX, & tu, Comes inclyte: vidi; diſpexi cominus omnia. Reperi, munimenta caſtrorum firma; ſed nequaquam adversùs vim durabilia: machinas tormentarias, validas, ac minaces; ſed noſtrorum unô, geminóve, ſubtus transcurſu peractô, poſthac incaſſum tonaturas: certè quidem decuplô minùs obfuturas, adversâ fronte contrà tendentibus; quàm, prælio pratermiſſô, noſtris agminibus, ſecundùm montem, Pragam versùs iter ſuſcepturis, eſſent nocitura: dum undique de clivis, & collibus his, è Pragæis quoque mœnibus, ac propugnaculis, à provolantium pilarum procellis impetentur. MULTIS è malis, pauciorum, & è grandibus, minimorũ, eſſe faciendũ ſelectum; Sapientes ab ævo jam monuerunt.*

LXXIV.

Anni 1620. Leo Galeatus.

LXXIV. Dixit hæc *La-Motteus*: & dicta, sedentibus in concilio, tam potenter adprobavit; ut, suas in partes denique *Buequojô* quoque, cæterísque, *pertractîs*, pronuntiârit *Bavariæ* DUX: *Ergò, commilitones, dum nîsus suadet, ac res, & tempus, urgent; in Montem properemus, & prœlium! PRO DEO, causâque justâ, stemus in acie! Stabit DEUS, ac justitia DEI, sicut Montes,* (209) *nobiscum.* In hæc, è concilio discedituv.

Ad eandem autem opis divinæ fiduciam hortari copias nostras, ac DUCES, haud desinebat, vir, opinione famâque meritissimâ sanctimoniæ mirandæ conspicuus, *DOMINICUS ARRAGONIUS*, nudipedum montis *Carmeli* cœnobitarum insigne lumen. Is, ex Hispanis ortus, cùm venisset in Germaniam; voluntate DUCIS, *Bavarica* sectabatur castra; *Pietatémque* (quæ *milisi* cæteroqui *sæpe peregrina*,) quantum in urbes ac templa *domi*, tantùm in tentoria stativáque *foris*, introducere satagebat. Isque *certam à Deo Victoriam* nostris exercitibus adpromittebat. (210) cujus sponsionis fidem exsibilavit tunc *Hæresis*: subsignavit autem *ventus*, sibilorum irrisor.

S. 4. Versa

De prælio committendo, deliberatio.

Versîs ſub hæc ad *aciem* exornandam *Maximiliani* DUCIS, *Bucquoijq;* curîs, (de cujus Aciei forma commodiùs aliquantò dicetur inferiùs:) *hora* ſenſim à medio noctis *decima*, prandendíque tempus, adrepebat. Tunc autem ſuam & *Bohemi* ſtruere cœperant, in dorſo *Montis*, aciem: cùm ingens repentè caſtra ſectariorum, & *exercitum universum*, invaſit, non *animorum* modò conſternatio, ſed *corporum* etiam, artuúmque *tremor*; divinitus (utì meritò creditum eſt) incuſsus. Idem autem pavor occupavit & *jumenta*; minúsque miniſteriis humanis utibilia reddidit, à *duabus* ante prœlii congreſſum *horîs*. Idque ſic habere ſe, ſinè cujusquam ingenii commentô, rei geſtæ ſuperadditô; prodidêre, non modò celebres in vulgus hiſtoriæ-conditores (211): ſed, qui paullò pòſt in manus victorum venerunt, *Palatiniani*, cladi ſuperſtites. Eam autem & *hominum*, & *equorum*, trepidationem, ferebant, ad ipſum uſque certaminis punctum perſtitiſse. ſed in *Hungaris*, ante cunctos alios attonitîs, ac lymphatîs, *formidinem* eam, ne cœptô quidem conflictu, finitam; inſuper & couſque trepidationis fuiſse progreſsam:

Anni 1620. Leo Galeatus.

greſsam: ut prima cœptam ab iis poſtea fugam ſtimulaverit; quorum dein, in *pedes* effundens ſe, ruina, cæteri traxerit exercitûs ruinam. Sed ego, diligentiùs aliquantò repetitîs ex alto rerum geſtîs, iîsque diſcuſsîs, reperio; Præter *timidam*, ex *Conſcientiæ* fluctu, ſceleſtorum *nequitiam*, (212) (pleroſque lancinare ſuetam) tremoris illius ac fugacitatis *ſemina*, truculentis eorum pectoribus injici cœpiſse, pridianæ noctis, inſolitô gentibus *illis*, hoſpitii ſucceſsu. Rem paucîs refero.

Nocte, proximè præterlapsâ, quâ *Palatiniani*, relictîs caſtrîs pridianîs, ab altera ferè cœptâ vigiliâ, ſubitò movere *Pragam*, ac *Montem-Album* versùs, cœperant: *Hungarorum* ingens multitudo, peculiare quiddam, & ab exercitu cætero ſemotum, ſectari geſtientes, pagum occupârant, *Ruzinam* (ut ſuprà dixi) nomine, non procul Albo-Monte; quieti genióque ſuo (quod confidebant) opportunum. Ibi ſedebant; & hoſtem votîs interficiebant: cùm, ecce, miſsus (ut in loco dictum ſuperiùs eſt) à Comite *Bucquojo*, legionis Belgicæ tribunus, *Gaucherius* (213) *Burgundus*, quingentorum cinctus equi-

equitum comitatu; feriantibus ſúpérvenit: pagô totô graſsatur in Hungaros: *trecentos* interficit: (214) *ducentos* capit; (215) reliquos profligatos, diſpergit: *equos* plures *mille*, cæterámque prædam, abducit: pagum flammîs abolet: terrorem latè quaquaverſus in *Hungaros*, etiam *abſentes*, ſpargit. quem auxit, eodem ipſo tempore ſingularî certamine *Baroni Petershemio* congreſsus, occiſus ac ſpoliatus, in oculis gentilium ſuorum, *primarius* (ut eum Waſsenbergius deſcribit) *Hungarorum Dux*. (216) Qui, cùm ad nos, genuinô *nomine* cognominéque tenus, non pervenerit: inſignitus in *rebellium* ordine ſic fatìs eſt; cùm in cenſum relatus eſt eorum, *Quorum periit memoria, cum ſonitu*. (217) cujus proinde, ſufficiat, inſcriptio ſepulcri: *Militum perduellium ductor; Bethlemi tyranni ſatelles, & emiſſarius; bellô Bohemicô minax; duellô Germanicô, domitus, & ſilens.*

Hîs porrò, pluribúsque generis ejus, eventîs, ſibi lævîs, & adverſîs, *Hungari* perſtricti; poſtquam *Haslangô*, violentè *captô*, paucîs aliquot diebus *ovare* ſibi viſi ſunt: eô nuperrimè vivîs ereptô, confeſtim in luctum ac funebria, ſtatim in alterum ex al-

terô

rerô pavorem & fugam, incídere ſunt orſi: donec eum & ipſi morte ſequerentur. Credidiſses, Eos Herois lugere cœpiſſe funus, quod ipſi feciſsent. Sed mittamus ſanè nunc *Haslangi* cauſsam; in cujus interitu *Bornemiſſa* miſer, & lytrum perdidit, & civilitatis, è manumiſſione, gratiam, ac laudem. Hanc ille jacturam, ſui mœroris habuit originem. Pavor autem, ac *formido, fugæ ſtimulus*, imis infixus Hungarorum transfugarum oſſibus; inſuperabilior eis, quàm nudus jacturæ dolor, erat. QUID tamen habere debebat miri, diffugium illorum; quos duo grandes exercitus, & DEUS ipſe, ter maximus, ac Deſperatio victoriæ, perſequebantur? FUGIT *Impius* (qualis eſt, omnis Sacrorum contemptor,) *etiam Nemine perſequente*. (218)

Sed hæc, paullò pòſt, ac pleniùs, repræſentabantur *Eventu*. Nihil autem horum in caſtris fiebat *Ferdinandæorum*: ſed ingens erat animorum, ad dimicandum, alacritas; adjuta promotáque notîs etiam, indiciisque, cœlô miſsîs. Inter iſta ſigna, *vaticinium* erat, ut dixi, *Carmelitanum*. Præſtò quoque, cunctorúmque ſubjectum oculis, *vexillum*

Hoſtium trepidatio.

*lum* erat legionarium, (219) nobilis, ac ſigniferis inter ſuos imperitantis, *Guilielmi Verdúgi*. cujus tale fuerat oſtentum.

Quâ veſperâ Catholicorum copiæ *Rackonizió* nuper, (utì locô ſuô retulimus,) *Lithſchánam*, (220) & indè *Straſſizium*, petebant: repentè Verdugæi *vexilli* ſuprema *cuſpis* ſic ignitâ refulgere luce cœpit: ut ardere planè, plurimis, & aliquamdiu præſentibus mirantibúsq;, conſpiceretur. Id *felix*, ut loquebantur, *præſagium*, (lábarum, inquam,) ſepoſitum ſtatim reverenter, & aſservatum, eſt, in ipſum poſtmodò prœlii momentũ; calcar, & incitamentum, reportandæ *Victoriæ*: cujus *laborem* ardere, *gloriam* ſplendere, fas eſt. In publicũ iſta, celebria fuerunt. etſi ſanè *Verdúgo* mox, & alia quædam, aliis memorata, venerunt in manum; quæ privatim ipſum, & *ſtrenuum* demonſtrarent, & *fortunatum*.

LXXV. Propinquabat inter hæc pedetentim *diei medium*: *aciésq;* jam in *Monte* ſtruebatur à *Palatinianis*; & inferiùs, à *Ferdinandæis*, formidinum panicarum intactîs: ideóque dudum, & alacriùs, unum in corpus armorum, ac virium, contractîs, & *Bavaricîs*, & *Cæſarianîs*.

Con-

Conveniens autem arbitror, priùs, quàm paucîs *acierum formas* conſigno, referri ſingularum duces, ac præfectos, & ſubinde minorum etiam ordinum ductores; cum iis generatim, eorúmque numerô, claſséque, quos eorum quiſque ſub ſignis, aut nutu ſuo, tenuerit. Unde fiet, ut non ſolùm, collectis in ſummam denique partibus, faciliùs, (*equitum* præſertim,) calculus prodeat: ſed etiam, ut conſtet; Utrarum eo bello præliôque partium, in *alterutram* famæ *notam*, unusquiſque fuerit: ſi *bonæ*, poſteris eorum hodie glorioſam: ſin *diſſonæ*, nemini tamen eorum erubeſcendam; ſi facta majorum ipſi poſtea virtute correxerunt: ut multi.

Pro partibus igitur *Anti-cæſarianis* ſteterunt in armis illo die, noctéq;, quæ præceſserat, *Hungari*, Ferdinando *rebelles*; quorum multitudinis unius, Rackonizii nuper, ac plurium, (opinor,) alibi, ſupremus ductor, *Joannes* (ut aliàs dictum eſt) *Bornemiſſa* fuit. Horum, aciei præſentis *unô-locô*, conſtiterunt *turmæ decem*: adeóque ſimul *equites mille*. Locum alium ejuſdem aciei, tenuerunt, (donec eum relinquerent,) illius ejuſdem gentis, equitum *millia ſex*: omnes hæ

**Acierum duces, & formæ.**

hæ *turmæ*, ſimul conſignatæ, numerô *ſeptuaginta*, miſsu *Gaboris*, adversùs *Cæſarem*; qui ſe *Cæſaris* tamen ambire jactabat amicitiam, atque fœdus. Eundem autem *Gaborem*, præter iſta *ſeptem*, quæ diximus, alariorum *millia*, miſiſse Palatino, *turmas* præterea *viginti*, tradunt auctores idonei. (221) Qui numerus, univerſim inſpectus, equitatum *Hungariæ* (tunc *conjuratæ*,) produceret in aciem, ad *millia novem*. Secundùm hos, *equîs* merentes, ducebant in prœlium, *Comes Hollachius*, turmas (hoc eſt, ut alibi de caſtrenſibus illius temporis vocabulis ſubmonui, *centurias*,) *quinque*: Comes *Solmenſis*, turmas *quinque*: dynaſta *Kajnius*, turmas *quinque*; dynaſtes *Zbubna*, turmas *quinque*: tribunus-Celerum, *Streyffius*, turmas *ſex*: dynaſta *Stubnavius*, turmas *ſex*. Equitatum ducebant, Bohemicum, Sileſiacum, Auſtriacum, ſui quique, ſed incomperti mihi, gentiles; vel ſequentium ductorum nominibus involuti. Regebant enim equeſtrem eo die militiam-Anti-Cæſarianorum, (quæ turmarum erat quinquaginta quatuor) complures, alius aliô, majore minoréve gradu, turmarum alarúmque Præfecti. Supremus

mus Equitum magiſter, *Chriſtianus Anhaltinus*, primô locô genitus Anhaltino Principi, ſeniori. Poſt Anhaltinum, Comes *Hollachius*, Comes *Styrumbus*, occiſi frater, dynaſta *Stubenvolius*; tribunus, (ut dixi,) *Streyffius*; dynaſtes *Hofkircherus*, *Ingelſtenius*, *Borſeda*; quíque cæteri, ductabant equeſtres catervas, numerô *Centurias quatuor*, & *quinquaginta*: qui quinquies mille, quadringentósq;, conficiebant. At *legiones*, ac nempe *Peditatum*, moderabantur; in acie, Comes Turrianus, Junior: cùm ſuam interim, & Anhaltinus Senior, legionem teneret intrà Saltum ſtellatum, ſeorſum. In acie quoque, non minùs curabant, *ductores legionum*, toparcha *Kliſchius*; Comes, iterum, *Hollachius*; Comes *Hohenlojus*; dynaſta *Caplierus*. Horum ducum, illa *Legio*, quæ *Turniana* dicebatur, tripertita: *Caplieri*, bipertita, diviſáq; locîs, erat: unô quippe, quatuor vexillationum; altero locô, totidem erat. *Kliſchii* quoque, *vexilla peditum*, decem; locîs etiam ipſa disjuncta. quibus acceſſit, *Hollachiana* legio: *Bohemicorum Ordinum*, vexilla quinque: *Principis Anhaltini*, vexilla ſeptem: *Joannis Erneſti* (non Bernardi) Saxonis, Vinariæ Ducis, vexil-

**Acierum duces, & formæ.**

vexilla totidem; *Palatini* quoque *Friderici*, factionis cærulecæ cohors prætoriana: *regii* (velut loquebantur,) *corporis*, sub *Wallesbe-mii* ductu, *custos*. Hujus porrò, (quem præfecturâ suprema *Turnius Junior*, ac sub eo cæteri, superiùs nominati, curabant,) *Peditatûs cohortes*, ferebantur universim *triginta septem*. In *saltu* verò palatii *Stellati*, suprà *Montem-Album*, (locò, murum circa se continuum, ac firmum, habente,) tanquam sepositis in castris, *Anhaltini Senioris* erat Legio: summam tunc imperii bellici, vicésque, pro *Friderico*, gerentis; quem, ductorum-ducem, Pragæ, Ratschini regalis arx, & regia conjux, & Palatiniana proles, præliò procùl, attinebant. Hujus autem Anti-Cæsarianorum *exercitûs* universi, *summam*, ii, qui mox capti sunt, vulgò proferebant, *viginti quinque millium*; in aciem mox se demittere, contra Bavarum & Bucquojum, non veritorum: immò, veriùs metum, quo fluctuârant antè, dissimulantium. Etsi non desunt, quibus persuasum fuerit; illis pugnæ, numerum *acatholicorum*, haud paullò *grandiorem*, interfuisse; suppresum tamen, partim invidiâ laudis *Orthodoxorum*, quæ laus crevisset ex incre-

Anni 1620. Leo Galeatus.

incremento multitudinis *victæ* : partim, fugâ pudoris, quem subituri *Bohemici* fuerant; si, tantâ dimicantium instructi copiâ, victoriâ nihilosecius per ignaviam excidissent. Diminuisse proinde suorum, & liberos, & captivos, numerum; quò suam imminuerent ignominiam. (222) quam auctura quoque plurimùm fuerat ea consideratio; quòd in loco *Bohemi*, sibi multùm opportunò, celsioréque, contra *Ferdinandæos*, (adversò-sibiclivò subeuntes, & iniquo progressu dimicare coactos,) concertâssent.

LXXVI. At partium *Orthodoxarum* copiæ tunc erant; alteræ (sicut sæpe memoratum est) Cæsarianæ; Sacri verò Catholicorum-fœderis, alteræ: quas unam in aciem conflictûs hodierni concordia compegit. Distinctis nihilò secius ducum, legionum, turmarúmque nominibus, ac numeris, referentur: sub Cæsarianorum, & Bavaricorum, dispartò titulò, concursuræ Pacis-inimicis.

Fuerunt igitur in acie tunc, *Cæsarianorum* dictâ, quam legatus Cæsaris, Carolus Longevallius, *Bucquoji* Comes, administrabat, hi ductores, tribuníque, præfectíque, turmarum, & cohortium. *Preunerus* Au-

T

strius;

Pugnæ sum-montanæ.

ſtrius : Rudolphus *Tieffenbachius*, *Gaucherius* Burgundio ; *La-Motæus*, Celta : Comes *Torquatus* Italus, *Croyus*, *Monte-Cuculæus*, *Arcycága*, cum *Avendajno*; Carolus *Spinellus*, caſtrorum præfectus; *Quatrius*; tribunus *Lœbelius*, & alii, paris ac diſparis in exercitu claritudinis. Ex his, *Tieffenbachius & Preunerus*, ducebant legionem ; ſinguli ſuam : ut &, ante cæteros, ſuam *Bucquojus*, & Guilielmus *Verdúgus*, legionem. Poſt quas, incompertîs mihi ducibus, erant, legio *Neapolitana*; legióque, *Fuggeriana* dicta ; ( nam *Fuggerus* ipſe, quod in loco dixi, cum pedibus animam jam amiſerat:) Saxonica, Naſsovicáque, (non *Mauritiana* tamen,) legio. Polonica quoque Coſaccorum multitudo.

Jam autem & catervas recenſeamus *equitum* Cæſarianorum : quorum copias, hi præcipui ferè ductores regebant. Balthaſar *Marrádas*, octo turmas: *Croyus*, turmas quatuor ; *Gaucherius*, turmas quatuor ( qui nocte præteritâ ſecum quinque rapuerat, in Hungaros ): *Lœbelius*, quatuor : turmas totidem, *Meggavius* : turmas quinque, *Florentinas*, alius ; cujus in nomen haud incidi, niſi *Torquatus* is fuerit : ut & totidem turmas alius

alius ducebat, relictas à *Tampierio*, nuper ad arcem Posonianam ab Hungaricis interemptô. Turmas denique *VVallensteinius* sex regebat. Omnibus autem his, ac pluribus utique, *Carolus* præerat *Bucquojus*; Cæsaris, uti dixi, vice, sub Bavari tamen Ducis auctoritate, fungens.

At in exercitu *Sacri Fœderis*, quantus quidem in aciem tunc, & cum *Maximiliano*, Bavariæ DUCE, processit; hi memorantur duces inferiores, legati, præfecti, tribuni, ductorésque suorum singuli militum, ordinum, & agminum: hæ legiones, ac turmæ; suîs pleræq; numerîs consignatæ. *Sulzensis* Comitis, & *Haslangi* Baronis, conjunctæ jam locîs, ab istius obitu, *gemina* legiones; tanquam *una*. Legio *Lotharingorum*, una. Legio *Baronis Anholti* singillatim, una; *trium millium*, putà, (velut & aliæ pleræque) *peditum*; equitatu, sibi congruô, munita. Trium item millium, *Rouvillii*, *Schmittiique* legio. Duûm millium, legati-militaris *Bauri* peditatus. totidem, Herlebergeri-tribuni pedites.

*Equitatum* autem in prœlium agebant, hi nominatim, & hôc equitum turmarúm-

que, quem refero, numerô. Quinque turmas legatus caſtrenſis, *Enneténus*: quinque Lotharingicas, *Florejnvillæus*. turmas totidem, tribunus *Crazius*; quadringentorum tamen duntaxat jam indè, quando primùm è Franconia Boicam attigit, aſſiduus ductor. Turmas autem tres ductabat *baro Godefridus Pappenhemius*; qui cum turmâ *geminâ* principiò venerat è Germania. (223) Turmas ſex, dynaſtes *Harſelles*; qui cum *quinque* ſolîs olim venerat. Turmas itidem ſex, tribunus illuſtris, *Benighuſius*: quas inter turmas, in acie mox equitavit & DUX ipſe, *Maximilianus*: ponè ſe *Comitem* habens, *Bucquojum*, dolorum, è vulnere, reliquiîs etiam tum invalidum. (224) Hujus etiam ipſius (hoc eſt, *Benighuſii*) turmæ principiò venerant, è Bavariæ ſtativis itidem, non plures *quinque*. Tribuni quoque *Pettingeri* turmæ quatuor. quo poſtremo tempore, turmæ quoque non plures (ſed ducentîs inſuper ſuccinctæ Croatîs) fuerunt illuſtriſſimi juvenis, *ALBERTI*, Wartenbergici *Comitis*. His equitatum adjungamus, incerti numeri, tribuni *Grœnii*; tunc equitum præfecti. *Coſaccorum* autem Polonicorum denſum agmen,

gmen, quod (ut dixi) Cæſarianorum erat; videri poterat, & *Bavarorum* tunc, & *Busquojanorum*, commune: quosvis in caſus ſepoſitum, & in equis imperium exſpectans, ſubſidium. E diverſo, non diſpar, & exercitûs utriusque commodo ſerviturum, auxilium, *trecenti ſclopetigeri*; ſub *Roberto*, ſimul, ac *San-Julianô*, ductoribus militantes; eorum opperiebantur arbitria, tempúsque jaculandi. Superficies hæc, quodammodóq; transenna quædam, Boicarum eſt copiarum; ſicut antecedens illa, Cæſarianarum: non ficta, vel excogitata tantò pòſt; ſed ab auctoribus fidè dignîs ante me tradita: duobus præcipuè. quorum alter, (225) ſcrinia ſecutus arcaniora ſui DUCIS, temere nihil memoriæ geſtorum inſeruit: alter, (226) geſtis ipſe præſens, rem omnem, tabulis inſuper Sadelerianîs ſculptam, expreſſit: quas nos, ſicuti vidimus primô ſtatim, à Victoria, temporis ſemeſtrî, tales hodiéque, ſæculi noſtratis anno ſeptuageſimô ſextô; ſic, pendentes paſſim in ambulacris ædium, ac bibliothecîs, cernimus, & recognoſcimus. Labore non omnî caret, diligens earum inſpectio. laborioſior autem, ſingulorum exacta colle-



Acierum duces, & formæ.

ctio, collectorúmque diſcuſſio, deprehendetur.

Cæterùm, non, ut in acie *Conjuratorum*, colligi numerus *pugnatorum* potuit, & publicari; ſic adæquè *Cæſarianorum* etiam, *Boicorúmque*, (niſi cuj fingendi confidentiã ſit) ad Summam apicémque redigi poteſt. *Bohemicorum* quippe ſyllabum, *captivorum* (ut diximus) enuntiatio concors, utcunque confecit. Nos autem, Agminum *Catholicorum*, tam ſub *Bucquojo*, quàm ſub *Bavariæ* DUCE, *legiones* ac *turmas* recenſemus, & numeramus, in aciem immiſsas. *capita* legionum turmarúmque ſingula, *viritim*, (è quibus tamen ſolîs exire calculus incorruptus poteſt) afferre, neque nunc poſsumus; nec die prœlii quondam potuiſsemus. Quia, tot per Auſtriam Bohemiámque, luis, itinerum, velitationum, obſidionúmque caſibus, imminutæ carptæque, nec poſtea ſemper ſuppletæ, cohortes, alæ, manipuli; *Pragenſem* ad congreſsum afferre *numerum* potuêre *ductorum*, *legionum*, *turmarúmq;* ſuarum: *capitum* autem, tam multîs paſſim interlapsîs, nomina cenſúmque, nequiverunt. Ut taceam; *legionum*, etiam *integrarum* adhuc, & recen-

recentium, jam tum ab exordio, nunc plura recenſita, productáque, nunc pauciora *millia*, fuiſse. Summatim! quod & alibi ſum queſtus; In acie, *Nomina* quandoque ſtabant: *corpora*, jacebant: *thyrſúmque* plurimi, *ferrum* pauciores, vibrabant. (227) Lubet autem ſub hæc, aſpectu ſaltem perfunctoriô, partium utrarumque *formam*, ac *figuram Aciei*, delibare.

LXXVII. *Bohemorum* igitur *aciei ſpecies* eô die, poſt nemus *Stellati* palatii, ſiniſtro látere, viam, quæ *Pragam* ferebat, per obliquum ſecans, in longitudinem extendebat ſe, ſuperioris & acclivis loci. Partes ejus, ut plurimùm, non, ſicut aliarum, *quadrangulæ*; ſed oblongæ potiùs, ac *cylíndricæ*; rectîs ad latera lineis; imâ ſuî conſtitutione patentes, & apertæ: ſed in ſupremo *rectilineîs* quaſi *pérticîs* per transverſum, ſicuti *Caudinarum* olim *furcarum* juga, contectæ. Legionum hujc porrò, cohortiúmque, formæ ſeſe, (quoad ejus fieri poſſet,) alarum ac turmarum attemperabat ordo, ſtandíq; ſeries. In *cornu dextro*, ſtatuerat *ſenior Anhaltinus* Hungarorum turmas decem. at eorundem, poſuerat in *cornu ſi-*



Acierum duces, & formæ.

*niſtro*, poſt *Zbubnæ*, póſtque *Kajnii* turmas, illa *ſex*, de quibus, eorúmque numero, dictum ſuperiùs eſt, Hungarorum *millia*. Princeps idem, Anhaltinus inquam, ſenior, *ipſius* (quod Comicus Afer olim dixit,) *ſibi locô cavens*, ſe ſuásque turmas ſeptem; ponè ſe verò, ſiniſtrum ad latus, turmas totidem Vinarienſes, & agmen Palatini prætorianum, poſt Vivarii *Stellati* ſaltum, veluti *ſubſidia* cæteri totius exercitûs, locârat: reipſa, periculi ſui *refugia*; ſed, in ventos abitura. Copiarum autem utrumque cornu, propugnaculô munierant geminô. propugnacula verò, baliſtîs modi-majoris bellicîs, iîsque *ternîs* utrobique, firmârant. Munimentum tertium, in cornu lævô, *ternîs* itidem cannîs tormentariîs in *noſtros* ſæviturum, *inchoârant*: ſed, Bavari DUCIS feſtinatione prævenți, *non conſummárant*: Evangelicæ *Turris* illius *inconſummatæ* fatô *caſtigati*, *nec ideò tamen emendati*. (228) Qualem igitur adumbravi, talis *acatholicorum* fuit *Aciei* compoſitio; naturam utique *montani* loci, potiùs, quàm induſtriæ militaris uſitatam, in ordinandis copiis, conſuetudinem ſecuta. nec immeritô: cùm *in bello* plerumque *potior*

*potior militatis ſit habenda, quàm elegantiæ ratio.*

Cæſarianorum autem, & *Sacri-fœderis* conjunctorum, Aciei *quadrata* ferè *figuræ* fuit. Sitûs, ac ſeriei diſpoſitio, compoſitiſſima: quæq; *Maximiliani* prudentiam, *Bucquoji* peritiam, *Tilli*, tritam experimentîs operam, egregiè referret. Sic autem exercitus uterque ſeſe, velut unum in corpus, contraxerant: ut nominum interim, ac partium cornuúmque, ſua cujque conſtarent diſcrimina; ſuæ diviſæ functiones. A *pago*, de quo dictum in ſuperioribus aliquoties eſt, qui, paſſibus vix quingentis diſtans, *Montis-Albi* pæne radices contingit, *viæ* militaris, *Pragam* ferens, planitiem ſubjectam, (quam noſtrorum copiæ complêrant,) & ipſam ſecabat mediam: & *Montis-Albi* clivum ità pariter, incurvatô nonnihil ad lævam flexu, ſcandebat; ut partem extremam aciei ſiniſtræ Bohemorum perrumperet. Ad hujus jam ergò, quam deſcripſi, *viæ* latus dextrum, *Cæſarianus* ſtabat in armis exercitus: & id, *Aciei* Catholicorum *Cornu dextrum* erat. Ad latus autem ejuſdem *viæ* lævum, *Bavarica* ſtantes copiæ;



Acierum duces, & formæ.

Digitized by Google

*Cornu ſiniſtrum* conſtituebant. *Via*, Cornua duo, quoad concurri prœliô cœptum eſt, limite mediô, ſed utrimque perviô, patulôque, diſpeſcebat. Neque tamen *Cornibus* his, quæ dixi, *majoribus*, ac *primariis*, ſua ſingulis *cornua* deerant *peculiaria*; quodammodóque *particularia*, cum turmis alîsque ſuîs. *Cornu dextri* regimen, vicésque ſuas, *Bucquojus*, vulnere præpeditus ipſe, quò minùs ubique præſens adeſſet, ac mandata daret, *Rudolpho* commiſerat *Tieffenbachio*. Siniſtri curam vicariam *Joanni Tilio*, DUX *Maximilianus*: medius ipſe, delectis ſibi turmis, interfuturus, ad diſpiciendas ſingularum partium neceſſitudines, ac labores, in æſtu dimicationis. Binas porrò legiones robore, numerôque præſtantes, ante ſignum prœlii datum, hinc *Cæſarianus*, indè *Bavaricus*, legatus ſupremus, excerptas è ſuis uterque quaſi *viſceribus-aciei*, ſtatuerunt in fronte cornuum, adversùs hoſtem; in *Montem* eluctaturas, ac certaminis initium, manu conſertâ, facturas. Hæc autem *quatuor* peditum *agmina*, firmîs & expeditîs equitum alîs ad latera, ductores ſuccinxerant: quò confidentiùs in hoſtem ruerent, cuſtodiâ quæque ſuâ valla-



Digitized by Google

vallata. *Cominus* congreſsuris, iſta multum erant collatura præſidii : cùm, poſt hæc agmina quatuor, ſtrenuè ſecuturæ legiones, Martem antecedentium, & juvarent, & accenderent. Quò verò nec *eminus* minùs terroris, & cladis, adverſariis inferrent: ante legiones, ac pro fronte cornuum, exercitûs tam Bojarici, quàm Bucquojani, locîs opportunîs *ternîs*, & univerſim adeò, *ſex ſcrobibus* diverſis, baliſtarum directores, ubique *bina*, ſitu ſibimet inter ſe propinqua, tormenta militaria defixerant: in adverſum collem, & aciem, aſſiduò tonatura; quin & priùs, quàm laceſserentur, impetum factura.

*Cornu* porrò *dextri* mediam aciem, (Neapolitanæ legionis tria millia peditum,) ſuæ pariter alariorum utrimq; catervæ, muniebant. In eodem *cornu*, Tieffenbachius, & Preunerus, ſuîs cum legionariis, in principiis ſtatim, *viam* versùs; propiùs autem *viam*, octo Marradæ turmæ, conſtiterant. In *Cornu lævô*, quod *Bavaricorum* erat, *Benighuſiana*, (velut indicatum ſuperiùs eſt,) turmæ lectiſſimæ circùm *Maximilianum* DUCEM, in equis & armis erant. ad quorum latus dextrum, cum turmis ſuîs *Pappenhemius*; ad ſini-

Acierum duces, & formæ.

ſiniſtrum, Harſellææ turmæ. Siniſtri quoque cornu latus dexterius, poſt principia, cum alariis ſuis, tribunus *Crazius* obtinebat. Idem ipſum cornu, Bavari DUCIS vices obiens, *Tillius* ſurſum, deorſum, laterúmque tenus, perequitabat. Ex hoc demum eodem cornu, ſtudiô certaminis incitati, præfectus equitum *Græmius*, cum turmîs ſuis, & *Robertus*, ac *San-Julianæus*, centuriones, cum tribus ſclopetigerorum centuriis, evaſerant in *Montis-Albi* latus dextrum; &, obliquâ ſtationis ſerie, Bohemicorum itidem dextro cornu cernebantur infeſtîs armîs imminere: pugnæ comittendæ ſignum opperientes. (229) At, ex eodem hôc aciei cornu ſiniſtrô, quod *Bojorum* univerſum erat, ad eum, de quo dictum ſæpius eſt, *ponticulum*, tenebat in ſtatione turmas ſuas, & *Croatas* præterea ducentos, Comes *VVartenbergius*: miſcere pugnam & ipſe jam olim avidus; &, cum *Pettingerianis*, exſpectatione ſigni ſuſpenſus. Et hi, *cis* rivum adhuc: *ultra* rivum autem, extremô lævi cornu limite, *Coſacci* Sarmatici: non diſſimilî dimicationis cupiditate pæne ſe dirumpentes.

Sed, ſuper *Aciei* formâ, partibúsque, ſa-

tis

tis hæc. gliscit autem nunc animus, ad ipsam aliquando *pugnam* accedere; *novacularum*, eô die, grandium, & innumerabilium, inevitabilem, ac mortiferam, *aciem*: à Cosaccis præsertim Ungarorum capitibus, & ab equitatu Franconicô Bohemicis alis, præparatam.

LXXVIII. *Hora* pomeridiani temporis *prima* (230) non multò pòst è turribus erat insonatura: cùm, prior audiri sonitus & clangor prœlii cœptus, longè latéque circumjectum omne solum, & elementa, concussit. A DUCE BAVARIÆ pugnæ tessera, voce clarâ, per exercitum omnem missa, SANCTA MARIA! militum *aures*; deinde, per respondentium voces ingeminata, quodammodóque per manus tradita, sensu tenerô Maximiliani *mentem*, ac religiosissimi cujusque *pectus*, implevit: ut SANCTAM MARIAM omnia resonarent. Accendebat vocum animorúmq; studia, cunctorum propositum oculis, *vexillum* pariter, & *Insigne* DUCIS Bavari prætorianum; è quo picta coloribus, & aurô radians, *Virginis-Matris* effigies refulgebat: tanquam quodammodo præsens, & è sublimi renídens, adsta-

Prœlium Albi-montanum.

adſtaret ipſa Virginum Virgo, *Regina Cœli*; Patrona, *Maximiliano* cunctis *è millibus electa*, fidiſſimáque provinciarum ejus tutela. Nec præteritum eſt, hôc tantô rerum momentô, *Verdugaum* illud, (de quo dictum ſuperiùs eſt,) cum flagrante nuper *cuſpide* ſuâ, *vexillum*; quin ante primam ſtatim aciem cornu dextri præferretur: (231) ut, quod *ſibi*, palàm omnibus, arſerat, id nunc, commodô *boni communis*, omnes inflammaret. Præſtabat inſuper, easdem ad rationes pertinentem, eodem tempore, religioſam operam ſuam, ſicut alii caſtrenſes myſtæ, ſuô quiſque modô, ſic eximiè, P. *Dominicus* Carmelita, ſuperiùs memoratus nobis; auctoritate vitæ ſanctioris, & potentiâ diviniloqui ſermonis efficax: dum, manu præ ſe gerens CHRISTI, pendentis in Cruce, ſimulacrum, *aciei primæ* milites cohortatur &, nunc ad hos, mox ad illos, oculîs & eloquentiâ, converſus; in hunc, ſimilémve modum-alium, pugnaturos incitat; alacres extollit; hæſitabundos animat; & univerſis *Victoriam* ex *Alto* promittit. Alta *proinde ſcandere*, *ſuperaréque* Montem, *caſtrorum quidem* hoſtilium, *ſed* Albi, *tam nominis*, *quàm calculi*, *ne dubi-*

*dubitarent. Pro comperto tenerent, stare secum certaminis aquitatem; caussa sanctimoniam; DEUM*, dominum exercituum; Cujus sint bella, *paces, victoria. Stare secum, exempla Majorum, maximè biblica, sinceráq; veteris Ecclesiæ classica. Sic in hostem*, ardua *tenentem Amorrhæorum, Chananæorum, Horræorum loca, tetendisse; sic movisse bella, veterem Israëlem*: (232) *& vicisse. Sic adversùs urbes barbaras Hattarum, Bethelæorum, Azoritarum, in* jugis montium *sitas, bellâsse Jebusæam: & superâsse. Sic in Philistæorum stationem*, alta, *juxta Machmas, propugnacula custodientem, eluctatos esse*, manibus ac pedibus reptantes, *Jonatham, & armigerum illius: ac stragem fecisse, saculis memorabilem.* (233) *Ità Joábum, contra cæcorum & claudorum omnia vaticinia*, Sionis montis excelsum *tentâsse verticem; occupâsse jugum; arcéque potitum, ejecisse propugnatores Jebusæos: introduxisse regem, avunculum suum.* (234) *Hos ergò tales, & alios, sequerentur & ipsi, magnis & passibus & animis. Victuros esse, (siquis vitam fortè super his impensuri forent) victuros hîc tamen, in hominum* memoria: *postea verò*, Beatorum in Gloria; *si Juda Machabæi more,*

**Prœlium Albi-montanum.**

more, mortéque, defungerentur. Sic Rolandum Comitem, ſic Oliverium Principem, ſic viginti millia militum, cum eis, à Saracenorum quinquaginta millibus, ad Pompejopolim Hiſpanicam, pro ſanæ Religionis tutelâ cæſos; Æternitati glorioſæ conſecratos, florere: ſelectîs in conditoriis, (235) ad perpetuum imitationis calcar, & ſtimulum, quieſcentes. Quæ talia tamen, ſe bellatorum auribus nequaquam ingevere, per ſuperſtitioſum paris eventûs omen: tanquam & ipſis, eô die, numeri prægrandis clades immineat. Immò verò, parſurum multitudini ſuorum DEUM, in infligenda virgâ ferreâ; ſi priores inciperent ipſi parcere provocationi vindictæ: deſinerèntque, per nefas eam, & lethiferas noxas, promereri. Cuſtodire DEUM animas ſervientium gloriæ Nominis ſui; ſive pace, ſive bellô. Nec à ſervitii ſui conſortibus abeſſe procùl, ope precum ſuarum, Cœli-cives & incolas; præſertim, piô gemitu vocatos in partem operámq; certaminis. Horum, id eſt, Cœleſtium Omnium, octiduanam memoriam, (quæ commodùm, illoipſô tum die, coronidem in Eccleſia ſolitam caperet,) præterìri nec in caſtris, & acie, debere. Totâ porrò Bohemiâ, cantari partim, à nonnullis autem

*tem (ac meritò) defleri, scelestam Calvinisequorum impietatem; quâ, sub anni proximè præcedentis exitum, impulsore nefariô Sculteô, cœlestem curiam universam, & ipsum adeò* Sanctum-Sanctorum, (236) *in arcis regiæ Pragensis augustissimâ basilicâ, tractârint; dejectione simulacrorum, vastatione lipsanorum, conculcatione sepulcrorum, combustione contusionéq; sacrorum ossium, & cranorum.* (237) *Cùm irent igitur in prœlium; meminissent, ire se, non magìs adversùs alieni solii, quàm contra gloriæ-Sanctorum, raptores. Vaderent; & in sceptrum soliúmq; reponerent* Ferdinandum; *in veterem splendorem, Divos* Vitum, *ac* Wenceslaum; *in piam suî memoriam, & auctoritatem,* OMNES-SANCTOS. *Pugnaturos pro milite Cœlites, suffragiô suô; si pro Cœlitibus miles orthodoxus, suô gladiô.*

LXXIX. Talia disserentem, & alia plura disertaturum, *Dominicum Aragonium*, (Eliæ, primi Carmelicolarum, egregium successorem,) inhibuit, auditum intercipiens, repetita vocibus altissimîs, Bavarica tessera, SANCTA MARIA! nec minùs interrupit, acer ducum hortatus; *Incurre, miles!* Simùl autem, eodem punctô temporis, tubarum ex

V omni

omni parte clangor ; tympanorum tumultus ; tormentorum currilium tonitrua ; ſclopetorum innumerabilium fragor ; tot millium ungulîs, ac pedibus, pulſata terra ; tot equorum hinnitu, virorúmque fremitu, diſſonus aër ; tot populorum clamoſus, adversùs montem, incurſus, & impetus. mons ipſe, *Sinaitici* montis imitamentô quodam, deorſum jactîs flammîs collucens : vallis, & infima montis, ſurſum invicem regeſtîs ignibus relucentia ; baliſtarum exploſiones ex alto, continuæ ; nec è campis, ſurſum versùs, & reciprocæ, numerô parciore. Tum caligo, permixta flammarum, è tormentis bellicis, fumô ; ſpiſsæque ſimillima nebulæ, fuliginea nubes, è catapultis, & cannis æneis : tum grando quædam, ac tempeſtas, miſſilium è ſclopis glandium, & ſphærarum.

Primus hic, quem retuli, certaminis ingreſsus ; principium aſcensûs in montem fuit ; facilis hic quidem, & theatrici ſpectaculi ſimilis, *Fridericianis* labor : difficilis contrà, luctantibus in ardua, *Ferdinandeis*. Adhæc autem, & propter aſſidua baliſtarum, (adversùm ſe tonantium è dorſo montis,) fulmina, formidabilis. quæ tormenta bellica, *terna*, dextrô

dextrô ſiniſtrôque caſtrorum látere collocata, ſævire priùs in ſubjecta non deſierunt, quàm nitri copia, globorúmque grandiorum apparatus, deſtituerent *Anhaltinianos*. DEO tamen protegente noſtros, *Sagittæ parvulorum factæ ſunt*, ab hoſtibus intentatæ, *plagæ*; (238) pleræque ſinè noxa ſupervolantes capita, partim eorum, qui *parvulos* ſemetipſos effecerant, *inclinatione* profundâ corporum, ad primum flammæ, baliſtis applicari cœptæ, conſpectum: (239) partim illorum, qui *La-Mottæi*, (de quo dictum antè jam eſt,) amplexi conſilium, impetu per acclivia pronô, ſed *celerrimô*, ſubterfugêre pilarum ardentium tempeſtatem; in *cunctantes* tantùm, & *noviſſimos*, deſinentem. At, nec in hos quidem ulla memorabilis edita clades eſt, (240) ab illa militiæ volante peſte, quodammodóque militum, cæteroquin inevitabilî, *decimatione*.

Licuerat igitur aliquouſque *Bohemis*, intrà vallum, ac munitiones ſuas, eſſe quieſcentibus ſimiliores, quàm prœliantibus; opportunitate loci ſuperioris; & utcunque tumulîs, adversùs irruptionem, clauſis. licuerat, ob difficultatem progreſsûs, quo peditatus, &

V 2 equi-

Prœlium Albi-montanum.

equitatus hoſtium, ſurſum connitebantur, ejaculatione contentis, in reliquum ferias agere. Sed, dum propinquare demum noſtros ſentiunt, ac geminîs à partibus affectari caſtra ſua conſpiciunt; tum enimverò ſeſe totas in vires ipſi quoq; colligunt: portîs caſtrorum erumpunt: maximum exercitus uterque clamorem tollit. diſtrictîs utrimque gladiîs, intentatîs in os adverſum haſtîs, ac lanceîs, infeſtîs ſignîs, armîs & animîs, ab anteſignanis, ac primis ordinibus, concurritur. Poſt hos, aliîs quoq; ſuccedentibus, ac primorum laſſitudinem excipientibus, *cominus* ubique pugnatur, & acriter: noſtrîs occupare locum & rem ſuperiorem, hoſtibus è diverſo, noſtros dejicere monte, vitâ, ſpéque victoriæ, connitentibus. Sauciare, ſternere, neci dare, paſſim alteros alteri. fúgere noſtrorum nemo: nec ullius adverſariorum fugientis tergum cernere. corpora, cruore juxta ſudoréque fluere, cum armis: virorum & equorum labor anhelus. illorum omnia, (ſimul autem & terra,) ſanguine madentia, non ſinè cadaverum interjectu. cùm inter hæc cædendi finem nemo faceret: ac ſummatim, congreſſæ videri poſſent,

ſent, acies geminæ, cauſsâ diſpares, pares animîs, & viribus : futurorum ancipites, & aliquamdiu, vincere miles uterque dignus ; vinci, neuter. Isque prœlii ſtatus, tanquam *in* ſtateræ momento, perſtitit *ad horæ dimidium :* cùm, inter hæc, díphthera magni Tonantis, quorſum eſset inclinatura, motu nullo ſe proderet ; cùm pendéret, in animis imperitotum, præſagii *Carmelitici* fides, tanquam ſub ſeipſa laborans ; cùm utique ſuſpiriô, pluſquam unô, religioſiſſimus Bavariæ DUX, Deum, victoriæ ſponſorem, ſuæ promiſſionis commonefaceret ; cùm eodem deniq; temporis, atq; rerum, articulô *Pragæ* pii multi, per templa verò Bavariæ, pérque Congregationes Parthenias, ſub directione Patrum Societatis conſtitutas, cœlo *Sodalitia*, ſupplicarent ; utì *Maximiliano* DUCI volens, propitium, adeſset, ubicunque tunc locorum is eſset. Quídnam hîs omnibus tunc, ad rei ſummam, effectum eſt? *Multum, per omnem modum* ! cùm tamen videretur minùs nihilô ; quin potiùs, in contrarium, ac pejus, Omnia caſura cenſeri poſsent. DEUS, utì *ter Optimus*, ità totidem quoque titulîs *Maximus*, qui novit tempus & horam *Op-*

*portuni* ſubſidii ; ſuccurſurus tum demum, cùm humanitus ſpes auxilii decollâſset, permiſsu ſuo tale quoddam his tragicis ſcenis immiſit internodium ; ut indè lætior exiret Actuum ſumma.

Viſi ſunt *Anhaltino* Principi, *Juniori*, (de locis ſuperioribus omnia facilè conſpicanti,) quædam dextri-cornu-Ferdinandæorum cohortes, ac turmæ, ( Bucquoianus hæ miles erant,) aliquantò Bavaricîs liberiùs & ſolutiùs (quippe, vicariô ſub ductore,) paullatim agere ; proptereáq; ſibi fieri cæterîs opportuniores, quorum è clade decerptâ gloriâ, magìs ipſe latiúsque nobilitaretur. Horrebat *Maximilianum*, ac *Tillium*. non magnopere *Tieffenbachium*, & *Preunerum*, præſtantiſſimos licèt tribunorum, formidabat. *Ex his*, ( ajebat circumſtantibus,) *ex his, relictô cornu Bavaricô, nobis ipſis nomen ſuſcitemus inclytum ; generíq; noſtro, de ſuperatîs iis, trapea ſtatuamus. Agitè, qui viri vultis, & audetis, eſſe ; mecum irruite ! Simul omnes in mediam nos aciem immittamus !*

LXXX. Dicentem hæc, turmásque ſuæ legionis *novem*, unà cum peditatu, ſibi ſuetô, rapientem ; celeriter ſequuntur, & *Tur-*

*Turnius* Junior, &, mille ductor equitum, *Joannes Bubna* (241) *senior*, ac cæterorum promptissimus quisque cataphractorum. Primus, cum suis, *Anhaltinus*, per devexa montis in *Cæsarianos*, more procellæ, nubibus expulsæ; tum, cæteri, conglomeratîs agminibus, irruunt: *Tieffenbachium* proturbant: *Verdúgum* eminus infestant: *Preunerum*, urgent, circumsistunt, capiunt. hôc abductô, clamorem exultabundi tollunt: omnes omnium partium oculos in se convertunt. *Bucquojanas*, & alas & legiones, suis alîs ac legionibus, in arctum alibi cogunt; alibi disjiciunt, ac locô movent: ubique cædunt, profligant: &, ad summam! ità bellant, in medio *Cæsarianorum*, tanquam acie totâ soli regnantes. ut proinde jam non in lance fortunæ sedere Mars immotus, sicut antea, videri posset; sed rebellium agminum, adversùs cornu dextrum, fors pugnæ manifestè superior esset. Et apparebat, nec ipsos *Bucquojanos* id diffiteri: cùm, captô ducum unô, primorum ordinum ductoribus interfectîs, legatôque superstite rem inclinatam fruſtra verbîs sustentare conante, palàm *Tieffenbachiana* legio fluctuare; *Preuneriana* dif-

fluere ; miles, hinc illinc dilapſus, ſigna deſerere, conſpicerentur.

Ea cùm fallere *Bavariæ* DUCEM, (tametſi cornu ſiniſtri mediîs in millibus agentem, montíque ſuccedentem,) non poſſent: ubi procùl obequitantem agmina *Tillium* ſuum conſpexit (242), ad ſe vocato; *Vides*, inquit, *in quanto diſcrimine ſociorum res, Tilli, ſint? Quod opis præſtamus illis, id nobis præſtiterimus. UNI bono communi militamus utrique nos: uni Cæſari:* ſupráque Cæſarem, Uni DEO. *Cratzius, en! tribunus noſter, illic, in extremo cornû-noſtri látere dextro, campum non habet; in quo, ſpectatam ad Rackonitzum nuper, virtutem ſuam exerat. at illic, in* Anhaltinianis, *inveniet. Vade: mitte: prælietur, ac vincat!*

In quæ verba, celeritate *Tillius* incredibilî *Cratzium* ſtatione ſuâ devocat. pernicitate verò pæne fulmineâ, *Cratzius*, cum *centuriis quinq;* promptiſſimorum equitum emicans, in cornu Cæſarianorum transvolat: *Anhaltinum* quærit; inventum adóritur. hujc inſiſtit, hunc premit, *in hunc unum* (quod exertè ſignatéque *Tillius* mandârat) vim furoris, & impetum dimicationis, omnem effun-



Digitized by Google

effundit. in cæteris, hærent, ac laborant, cæteri: ſed in Anhaltino *Cratzius*; aut mortem ex eo ſibi deſtinans, aut victoriæ gloriam. (243) Hæc autẽ quàm maximè tunc agentem *Cratzium*, eodem temporis veſtigiô, curante *Tillio*, celeriter aſsecutæ *Liehtenſteniana*, *Baurianáque*, legiones; dum capitum hoſtilium meſsem *Cratziam* faciunt, ipſæ ſpicilegium, non pœnitendum, efficiunt: ſtrage Bohemicorum, obſtinatiùs ſibi reſiſtentium, memorandâ. Confeſtim itaque reſpirare *Catholicæ Bellonæ* fortuna viſa. colligere ſe *Tieffenbachiani*. dilapſi modò *Preuneriani*, ſub ſigna ſe recipere: reſtitui paſſim res, & acies. Simul autem, pugnantibus aſsociare ſe Verdugæi, La-Mottæani, Marradiani, quíque Cæſarianorum cæteri, maturant: ſociam opem præſtantes. Ibi tum, captus antè, *Preunerus*, recipitur à noſtris; liber, &, è captivo, redimentis-ſe commilito, jam effectus. Ibi, *Cratzio* non abſiſtente cum ſuis ab *Anhaltino*, validiùs, quàm unquam antehac, res geritur: atrociſsimôque recrudeſcente certamine, plagîs aliquot (etſi non lethiferîs) affectus ipſe princeps, *Anhaltinus*; in equo nutat aliquouſque. ſed denique,

linquentibus animum corporis viribus, in terram ex equo (pariter & ipſo ſuffoſsô, ruentéque,) defluit. Qui circùm illum, cuſtodes corporis, armorúmque comites; ſternuntur: equitatus omnis, & legio, Junioris *Anhaltini*, pars interit ibidem; pars, diſſipata fugâ, præter oculos ſuorum, alius aliò, longè pedibus, & jumentîs, aufertur. *Anhaltinus*, ad extremum, equô, ſicut dictum eſt, delapſus; ne, morientes inter, ac mortuos, ſemianimis ipſe quoque, totúsque, diſperiret; ſollertiâ cautum eſt, ac celeritate, *Guilielmi Verdugi*, ſæpius jam memorati militum chiliarchæ. qui mox, ad primum ex equo ruentis aſpectum, accurrens; eum, ut *Captivum ſuum*, ſalutavit; jacentem erexit; abduxit: cum cura ſecum habuit, & medicorum ope perſanavit. Hujus nos curæ beneficiô, Commentariolum Anhaltini caſtrenſem, ſpoliorum vice, nacti ſumus: ac, poſtquam bellum iſtud jam eſse deſiit (ſi tamen unquam deſiit) belli ſaltem, ab illo *Principe* ſcripti, ſed ab nobis transſcripti, *diaria* retinere, conteſtaríque, non deſinimus. Reliquit hanc ſuî prædam, *manum*, inquam, *Anhaltinianam*, *Bavaricis* librorum ſorulis, Illu-

Anni 1620. Leo Galeatus.

Illuſtris hic Juvenis, enſe major, quàm ſtylô; ſed ſtylô, quàm enſibus, Innocentior. Foverat enim eouſque *cauſsam*, quam victor *Cratzii* gladius ei monſtravit, *Injuſtam*.

Sed ab *Anhaltino* Juniore nunc, ad eum ipſum revertor *Cratzium*, Heroëm, (ſi quis ejus ultima, cum his primis conferre geſtis, incipiat) nunquam Germaniæ ſinè ſuſpiriis nominandum. Uſquadeo quippe diſceſſit tandem à Seipſo! Tunc autem, in eo *Montis*, inquam, *Albi* conflictu, Virtus & dextra *Cratziana*, cunctorum judiciô mortalium, principium fuit illius, eâ luce, Victoriæ *Ferdinandeæ*, ſtragísque *Palatiniana*.

Nam, ut primùm, deletâ Principis *Anhaltini* legione, *Turnii* quoque Junioris, ac *Bubnæ* ſenioris, legiones, ordinem & ſigna deſerere, circumſpectare diffugia, ſecúmque trahere parem in deſperationem agmina Bohemorum pléraq; cœperunt: ibi confeſtim, éadem hæc formido, tangere pervaderéque non diſtulit, tanquam tabes quæpiam, *Ungarorum* quoque, devotam victimæ, ſtationem: cujus mox ruina, totius réliqui traxit exercitûs ruinam. Rei verò geſtæ ſeries, fuit iſta, quam exſequor.

LXXXI.

**Prælium Albi-montanum.**

LXXXI. Venerant (ut è ſuperiùs hucuſque recenſitîs intelligi potuit,) in caſtra Conjuratæ-Bohemiæ, menſibus anni præſentis vernîs & æſtivîs, *Ungarorum* univerſim facilè *novem millia*; Bethlenii Gaboris, ac Cæſari rebellium Ordinum, miſsu: mortales, ut plurimùm, ſicut Regi ſuo, ſic & Eccleſiæ veræ, diſcordes. Horum partem magnam, nocte, quæ prœlium Albi-montanum anteceſsit, *Gaucherianus* interceperat, ac delêrat, gladius: partem, ad *Rackonizii* nuper latus, cis *Unhoſstium* oppidum, implexa ſylva, Neapolitani cataphracti, Cratzianæque turmæ, diminuerant. In aciem, ordinésq;, dies ipſe prœlii, ſupra dorſum *Montis-Albi*, digeſserat, in dextro quidem *Bohemorum* cornu, *mille* minimùm equites; in extremo verò ſiniſtrô, *ſexies mille*. Quibus omnibus ſupervénit, Rackonizianîs demum è ſtativis, prætorianîs ſtipatus catervîs, *Joannes* quoque *Bornemiſsa*; totius equitatûs (ut alibi ſubindicatum eſt) Hungarici ductui ſupremo præeſse juſsus. Hunc illuſtriſsimus, orthodoxæ Bohemiæ, ſcriptor, *Thomas Joannes Peſsina, Czechorodius*, (244) refert, *Illuſtri quidem in Hungaria natum locô, ſed inefficacis virum animi*:

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

*nimi:* quem (ſuper inhumanam *Haslangi* Baronis in cuſtodia detentionem) præterea rumor, ísque *tenax*, infamârit, *proditi* per nefas ſuîmet-exercitûs; tanquam, ab eo potiſſimùm ad Moltaviæ ripas, & alveum, è fuga deductum eſse, ſuſpicio fuiſset: ubi mox variè (ſicut dicetur) interiret.

Hic talis igitur, qualem, unà cum duce ſuô, modò deſcripſimus, *Hungarorum* tot millium, equitatus, tam carus nuper, ac pretioſus *Friderico*, qui *pontem* ei fabricandum ad *Kœnigſálam* locârat, ut in loco retulimus; hujus hodie *pontificis* ſui, regísq; temporarii, repentè ſpem omnem, ac ſtipendiorum operæpretium, perfidè deſtituit. Ut primùm enim, ſuperioribus è locis, obſervari cœptum eſt; quídnam inter *Cratzium* inferiùs, & *Anhaltinum* Juniorem, gereretur: quàm ſeriò, ſævéque, cruentéq;, manus miſcerentur, pedes vacillarent, acies nutaret; equi, viríque, partes in omnes ſpargerentur: ilicet *Hungarorum* alæ, nondum etiam tum nocturni pavoris, & antemeridianæ conſternationis illius, reliquiîs exſolutæ, liberæque; cogitare de fuga, fugæque tramitibus, & ipſæ cœperunt; eô maximè ductæ metûs impulſu;

**Prœlium Albi-montanum.**

pulſu; quòd, Anhaltinô, Turniô, Bubnâq;, profligatîs à *Cratzio*, proximum ejus furoris impetum, ſurſum in ſe verſum iri, nequaquam dubitarent. Cæterùm, quò minùs illico tunc in pedes effunderentur; unicus adhuc, *ſarcinarum* eos, & prædâ differtorum *onerum*, amor retinebat: quippe, quorum moles, ac pondera, fugientium agilitatem depreſsura forent. De *præda* porrò, quam congeſtam tunc *Hungari* ſecum trahere ſolerent; conſtat inter omnes. at, undénam raptam haberent; haud perinde conſtat. A *Coſaccis* diſpoliatis, abſtractam, auctor *Celticus*, audacter dicit. (245) ſed *Coſacci*, ſpoliatos ſe, negant. nec Hungaris ſe prædæ fuiſſe, ſed Hungaros ſibi; demonſtrant, ex illius diei pomeridianis Actîs. Rapuerint igitur alicunde, collegerintque, jam ante diem illum, *viritim*, aut *agminatim*, manubias illas *Hungari*; ſecúmque circumvectantes eas, illarum poſſeſsionis deſideriô, paullulùm primò ſubſtiterint, à fugæ concordis inſtituto retardati. Sed id differendæ dilapſionis conſilium, diuturnæ moræ non fuit. Conſpicatus namque *Maximilianus Liechtenſtenius*, qui dexteræ Cæſarianorum

Anni 1620. Leo Galeatus.

norum alæ præerat; hinc *Croatas*, illinc *Cosaccos* suos, malè-feriatorum præbere speciem (quòd, *Injussos pugnare*, disciplinæ militaris esse, non opinarentur:) eminus *Hungaros* eis ostendit, lancinandos, ac monte deturbandos. Dictô citiùs utrique paruerunt imperio: pérque collis obliquum grassari cœperunt in *Ungaros*; tanquam fame stimulatarum *tigridum* agmen, in *leporarium* apertum. *Cosaccos* simulac *Hungari* conspexêre, (nam *Cróatas* aliquantò minùs horrebant) ilicet, omnî discessûs aut remansionis depositâ dubitatione, nec tamen sarcinarum abjectâ curâ; subditîs equo quisque stimulîs in fugam effunduntur: &, ante se, póstque terga, vectantes spoliorum onera (quò validiùs utique trahebant, infectantem se, Sarmaticum prædonem) unà simul omnes, infimi, summi; milites, tribuni; signiferi, turmarúmque ductores; & equi, viríque, cum ipso ductorum duce, *Bornemissâ*, viam ad *salutem* arripiunt: quæ trementibus *una sola* videbatur, extra *Cosaccorum* acínacem, & *Croatarum* ictum, *consistere*. Nec profecêre quidquam, (apud attonitos, ac fugæ semel certos,) vicini legionum alarúmq; Bohemi-

carum

**Prœlium Albi-montanum.**

carum commilitones. non inhibuerunt accurſu ſuô, dehortatione, precibus, aut increpitatione, defectionísq; propoſitâ turpitudine, tribunorum ejusdem-conjurationis proximi tunc ſtatione, ſignîſque, *Stubenvollius & Hoffkirchius*. Aures enim *Hungari* tunc, non in capite ſanîſq; conſiliîs, ſed in equorum ungulis, & tutelâ ſpoliorum, habebant.

Nec *Hungarus* itaque fugere, nec fugientis in ſcapulis hærere, *Coſaceus*, deſinebant: ne tum quidem, quando, per obliqua, devexáque, *montis-albi*, propinquam in *vallem* deruentes, ponéque pagum, cuj *Mótela* nomen, prætervolantes; ſive jam ſuâ, ſive *Bornemiſſa* quoque ſponte, ductúque, diſcrimen ſupremum impetu totô ſectati ſunt: finémque properandi, ruendi, pereundíque ferrô Sarmaticô, non fecerunt; priùs quàm finem ſuî faceret *vallis*, in *Moldavia* ſiniſtram ripam ſeſe conſumens. Ibi verò, ſupremæ cladis effugiô, niſi deſperatiſſimô, non inventô; ſuperſtitum *Hungarorum* multitudo permagna ſeſe *Coſaccis* inſtantibus, ſub oneribus concidendos præbuêre. Cæterorum, qui tranando, transequitandóque, vince-



Digitized by Google

vincere fluvium tentârunt, deprimentibus corpora rapinîs, alvei plerique violentiâ sunt hausti. (246) Fuit ergò *Sepulcrum* tot, seu *centuriarum*, seu *millium*, in *terris*, nullum: in *aquis*, instabile, qualéque *fugitivorum* esse decuit. Ipsi denique, suffocati gurgitibus, in *hominum* hodie *memoria*, nullô sunt *nomine*: quid mirum igitur; si nullô quoque *numerô* sint?

LXXXII. Inter hæc porrò, tam ingentî profugorum multitudine dejectus animô, residuus *Palatinianorum* equitatus; de commilitonum & ipse mox imitandâ, fugâ potiùs, quàm de turpitudinis eluendâ maculâ, cogitare non dissimulanter cœpit: &, exempli pravitate, dum, hàc illàc labans, sese versat in omnes partes, paullatim & *legionum* aciem tentare cernebatur, ac trahere. Quod primùm, in vicino constitutos, post *Stellatum* vivarium, *Anhaltinum* seniorem, (ut in Aciei dispositione diximus,) *Turniúmque Comitem*, itidem *seniorem*, non latuit. E subsidiis proinde suîs, ob idipsum, denique prodeuntes; ne *Bohemicîs* copiis universus mox *Albus-mons*, aut nudaretur, aut rubefieret, quantâ posent curâ, prohibebant. Æ-

què parùm ea *Bohemorum* fluctuatio fefellit, aliquantò licèt remotiore locô, cum Benighuſianâ legione, conſtitutos, *Bavariæ* DUCEM, & *Bucquojum Comitem*. Qui, ſemel acie confuſis, & ſociorum aufugiô territis, inſtandum rati; plenîs ſuorum agminibus, ac totîs legionum alarúmque copiîs, in ſuprema montis evadi, caſtra laceſſi, valla tranſcendi, munitiones capi, diripi, proruíque, juſerunt: &, *vivariô* juxtà, *vitáq;*, REBELLIONEM extrudi, clarâ concordíque denuntiatione præceperunt.

Nihil unquam conſenſu majore miles accepit; aut, acceptum imperiô, factîs expedivit. Enituntur in altum, equi, viri, ſigna, turmæ, legiones. Tubarum ſonitu, *bombardarum* exploſionibus, clamore bellatorum çonſonô, gladiorum ictibus, ac ſariſſarum objectu, *Bohemi*, qui caſtra tenuerant, & juga montis, adversùs ſubeuntes nihil proficiunt. Tenentur, virtute noſtrorum, *Palatiniana* caſtra; ſubruuntur munimenta: diripiuntur tentoria. Captiva trahuntur, cum *mortariis* aliquot æneîs, tormenta majoris è metallo molis, *decem*: quorum *tria* Cæſarianis; *ſeptem*, Bavaricis obtingunt. Capta porrò caſtra,

caſtra, raptatáq; tormenta caſtrenſia, conſpicatus miles *Fridericianus*, tum demum in deſtinata fugæ ſtudia palàm erumpit; paucîs, (ut pòſt dicam,) demptîs.

Omnium primùm, quod ſuperfuit *equitatûs*; id, à læva *Stellati palatii*, ruebat in viam, quæ ferebat ad portam *Pragæ* Mont-Albanam. His, ad latera tantiſper adhuc ſtantes, mox tamen & ipſi vel comitaturi, vel agmen clauſuri, *Turnius* & *Anhaltinus*; *Si fugitis*, (inclamabant;) *Brandiſii vos è fuga colligite. reſtituemus illic aciem.* Eſt autem *Brandiſium*, ut alio dixi locô, milliarî tertiô Pragâ diſtans locus. Sed ſcilicet, *E prœlio fugientem virum* (quod adagiô Græcô fertur,) *lyræ ſtrepitus non remoratur.* Audiebant præcepta ducum, omnes: exſequebatur nemo. clam quoq; corruptoribus his ſuis, non pauci fortaſse regerebant illud priſcum: *DUX, ſinè milite, caput eſt, ſinè corpore*: denique, *Ducum ad imperia, timor animi non eſt auritus.*

Pergebant ergò volitare, quò ſui quemque ventus arbitrii ferebat, ac vehebat. At verò *peditum* interim longè miſerrima fuit plerorumque conditio. Deſtituti ſub-



Victoria Albi-montana.

ſidiô laterum equeſtrî, multúmque jam antea numerô ſuorum acciſi, prœliô tandem ipſi quoque, non pedetentim excedere, nec pudibundè; ſed profeſsâ fugâ, pars *Pragam* petere, recipiendi ſuî cauſsâ. longè maxima verò multitudo, viam ad nemus *Stellatum*, (ubi ductorum, tribunorum, ac primorum ordinum militiæ, numerus denſus ſeſe conglobârat, ſuffugii cauſsâ,) complebat. qui tamen antè, quam illô reciperentur, à Cæſarianis ac Bavaricis, antrorſum & retrorſum concluſi, necnon in medio paſſim intercepti, nullô diſcrimine gregatim trucidabantur: & iter omne, quàm latè longéque pandebatur ad *Stellam*, ſuî ſtrage cooperiebant. (247) Ibi, lanienæ bellicæ tetrum vaſtúmq; ſpectaculum. projecta ſupinô colle certaminis inſtrumenta; gladii, lanceæ, conti cuſpidati, catapultæ, ſclopi, trunca membra, ſtrata conciſáque corpora: ſubtúsque ſanguine copiosô madens, ac per declivia natans, humus. Hic illius hoſtium *pedeſtatûs*, pænè totius, fuit exitus: mors, & interitus; cujus tamen plerique ſtipendia nondum acceperant.

LXXXIII. At hâc adverſariorum clade

de non contenti *Ferainandas*; pugnæ ſucceſsum urgent. Ad viridarium *Stellatum* progreſsu factô, foris pugna recrudeſcit; atrox. pugnæ, reſpondet hoſtium nova clades; & ingens. (248) Potitur majorum militarium-machinarum reliquiis, *Laurentius*, *Dux Medicæus*: alius item (& ibidem) vexillô *Friderici Palatini* prætorianô, cujus inſcriptio, DIVERTI NESCIO; ſphæræ ſimul cœleſtis adjunctam picturam, & *Palatini* firmam, in retinemdis *Bohemiæ* gubernaculis, mentem explicabat. Mox autem & in *vivarium* ipſum, & ad *Stellatum* prætorium, à noſtris irruptione factâ; capitur, ac dedititium, ademptâ libertate, fit, quidquid Belli-Primorum *acatholicorum* eò, tanquam in aſylum, refugerat. Ibíque primùm numerus initus, & recenſita nomina ſunt, Palatinianorum; poſt *Anhaltinum* Juniorem, tum in acie, tum ad *Stellam*, juris *alieni* factorum. In his, præter *Anhaltinum*, ſæpe memoratum, reperti *captivi* ſunt; Dux Saxo-Vinarienſis; Comes Styrumbus; Rhengravius, Comes-ſylveſtris (249): Comes Kliſchius, ſenior: tribuni, centuriones, ordinum ductores, aliquammulti: cum inferio-

ris notæ militibus iis, qui paullò pòſt captivis acceſserunt ; facilè *quingentos* ſuperantibus. Quorum omnium in cenſum cur venire tunc nequierint, *Mansfeldius* nothus, ac tribunus Hermannus Francus; Anhaltinus item ſenior, Turnius ſenior, & Hohenlojus, Comites : obſtitit, quòd *duorum priorum* alter Pilſnæ, circa Táborem alter, occupati; prœlio ne quidem interfuerint : *poſteriores* verò *tres*, inclinatâ jam, ac deſperari cœptâ, pugnæ fortunâ, pariter inclinari, ſpémque projicere, cœperint ; ac tandem, cùm *Brandiſium*, ( ut dictum eſt, ) equitibus fugæterminum, ac receptum, indixiſsent, *Pragam* ipſi celeritate magnâ ſeſe proripuerint. quo locô, quid mox eis cum *Palatino* negotii fuerit ; perinde mox, referetur, utprimum *Montem* priùs *Album* à reliquiis prœlii repurgaverimus.

Inter hæc enim, nullam, ne tunc quidem, capiente contumaciâ quietem ; adhuc pugnabatur in dorsô montis. Præceps in fugam, ferrum, fluvium, *Hungarus* abierat : ejectus monte, cæterus *equitatus* : profligata paſſim, ac deleta, *pedeſtris* acies : ab occidione, quam *Cratzius* faciebat, Anhaltinô captô,

ptô, ſeſe Turniani, Bubnæique, divellerant; & alibi, quod inquietarent, quærebant. nondum tamen *Turuius junior* otium reſpiciebat, aut deditionem. Is cum Henrico Comite Kliſchiô, Moravicísq; præſertim cohortibus, haud invalidîs, locô, non multùm à palatio *Stellato* recedente, prœliari totîs etiam tunc viribus perſeverabat: nec indè, niſi vel ſuperior manu, vel amiſsâ fortiter animâ, receſsurus videbatur. Indigna, res ea, *Bavariæ* DUCI, nec ferenda *Bucquojo* Comiti, viſa: de victoria, ſibi raptâ, *Ferdinandæis* autem indubitatâ, novam ab hoſte victoriam aliam, ac tropæum, audere ſperari. Cohortibus igitur Moravicis, noſtri Duces ſuas immittunt cohortes; *Victoria* guſtu jamjam ineſcatas. Nova cooritur, & atrox, nec ea brevis, pugna: ductoribus Bohemicîs, incitamenti ſuorum cauſsâ, remotîs tantiſper equîs, in pedeſtrî Marte, legionario militi commilitium ſuum oſtentantibus. Sed, *Virtuti ceſſit* ad extremum *obſtinatio*. Fuſîs, protritîs, ac cæsîs, magnò numerô Moravicîs Turnianîs, Bohemicîsque Kliſchianîs, fortitudine *Ferdinandæorum*; multitudo cætera, pars profligatur: pars, ab Alberto Wald-



Victoria Albi-montana.

ſtejnio, ductore cataphractorum, capta, noſtrorum caſtris inducitur. (250) Ità finitum ejus montis, ac temporis, omne *prælium*: quod, *Actorum* tam *fertile*, cùm ſolidum impleviſſe videri poſſet menſis hiberni diem; *Unus*, nec ampliùs, *Horæ* fuit: ſed, ſicut in *Achazi* regis turrî quondam (251), vel Joſuæ ducis cœlô, (252) *divinum* habentis *directorem*. Sanè, ſicut humani corporis omnia, nec pauca, viſcera, ſuîs cum ſpiris, iliúmque voluminibus, unâ, (nec eâ ſemper amplâ,) videmus alvô compoſita jacére; quæ tamen éadem ipſa, diffuſa, ſeparatáque vasîs, ſitum triplô ferè capaciorem requirerent: ità, geſta modis, inſtrumentîsque, penitùs alioquin *humanîs*, & magnô rerum circuitu, ſpatiôve temporum, indigere viſa; manus operáq; cœleſtis adjutrix, ſecundiſſimi quandoque ſucceſsûs involucrô longè breviore conſummat. *MAGNA ſemper DEI manus eſt: ſed in iis ſeipſâ* quodammodo *major, in quibus magnorum compendiariam* (253) *facit*. Hîc, DEI Manus, hominis verò miniſterium, fuit. *Vicit, non tam gladius, quàm Cauſa*; cauſsa verò, DEI: pronuntiante ſic, ipſo Ducum DUCE, *Maximiliano*. (254) LXXXIV.

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

LXXXIV. *Fridericus*, inter hæc, *Palatinus*, fortunæ ſuæ, non dicam, *melioris* (quid enim in alieno, fugacîque, poteſt eſse boni?) ſed *radioſioris*, rotam ad exitum decurrere, ſubodorabatur magìs; quàm ad punctum, & ſummam, intelligebat. Hunc, *Principem alioqui* (velut alibi quoque, ſæpéque, dixi) *naturæ bonîs, & indole, commendabilem*, ſi pſeudopropheta *Scultétus*, ac pſeudopolítes *Camerarius*, corruptores ejus, procùl abfuiſsent: in recenti potentiæ dilabentis ignominiâ, variè rumor maledicus, per ora vulgi mendacis, circumegit. Invitatum illius diei diluculô, quo dimicandum mox eſset, ab uno quopiam belli ducum; *Veniret in Stellatum nemus: & ſpectaret aprorum venatum; aprugnæ prandiô frueretur*; &, ſiquid ejus generis dicteriorum aliud, in Bavarum, aut Bucquojum, torqueri cum ſcurrilitate poſset. Illum, renidente lætùm vultu, prandere paullò poſt orſum; & vino ſe, jocísq;, dare: nuntiatâ verò, ſub horam à meridie ſecundam, ſtrage ſuorum, exſiliiſse ſedilî pallidum; exhauſtôque (nugæ nugarum!) fundô-tenus, poculô: de cætero, cryſtallum illam in ſubjectam regiæ foſsam præcipitâſ-



Victoria Albi-montana.

se, cum hoc acroamate; *Qui caſus eſt hujus vitri, ſit idem & regni noſtri!* Quis è Phrygia fabulator, inaniora finxiſset, in Imperii Romani Septemvirum? Ulteriùs tamen, audaciâ commentorum, progreſsus eſt Scriptor exterus (255): quando, *Decretorium*, inquit, *erat illi* (Friderico) *Pragenſe prœlium. Quis credat? quo tempore conſerebantur pro Friderico manus, Pragæ ludicrîs exercitum, & tripudiîs, inter fœminas.* Poterat conſcriptor horum repetere, redderéque ſibi, ſuas illas voces: QUIS CREDAT? In hunc uſq; profectò diem, *Qui crederet*, inventus eſt (quem equidem ſciam,) nemo. Nec mirum. Prudentes quippe nôrunt, Ab hominibus-nauci vulgò Calamitatibus inſultari; fractámque ſemel, & ſtratam, Fortunam, omne poſt ſe dedecus trahere: ſic, ut, ſuperante modum ærumnarum confluge, tanquam enormium utique ſcelerum manifeſtô ſupplicîô; quidvis in quemvis afflictum valeat, ad illius famæ lacerationem. cùm interim, ex æquo ponderatîs eventuum originibus, in Oculis DEI, *non ideo Malus* quis ſit, *quia Miſer: ſed Miſer, quia Malus.* Repurgatam itaque figmentîs, rerum-narratio-

Anni 1620. Leo Galeatus.

tionem, ex amussi veritatis, & non è rumorum perfluente situlâ, tradamus. quæ se sic habet.

Ante biduum, è castris ad *Unbositium*, reversus Pragam Palatinus, agebat in Regia, cum Elisabeta conjuge; procul utcunq; prœliis, sicut auctores ei fuerant, qui regni capessendi quondam suasores. Ibi, quídnam Bacchanalium, inter suorum, æquè sollicitorum, *turbam sedentariam*, (uxoris paullatim vicinô puerperiô,) quídnam gaudiorum agitaret; in horas ipse singulas exspectatione suspensus eorum, quæ sibi, *Pragéque*, superimpendérent, inamœnorum *Funeralium?* Me conjectore, judicéve; pro bárbitis tunc, vocibúsque symphoniacis; in arcis regiæ culminibus, eô prœlii die, *bubo* funestus, *Elísa* (256) pariter, & *Ænéa*, ferale carmen duxit: ac, pro commentitiis illis gynæcéi choreîs, *fulserunt* ex *Albo monte* frequentes ignes; mugiêre balistarum tonitrua; Ratschiníque *de vertice*, lamentantes *ululavêre Nymphæ*. (257) Breviter! *Prœlii dies erat ille; non tripudii*: Fridericúsque, vel parte, quâ prospectus è Regia *Montem-album* versùs patet, foràs mittens oculos, & aures; vel, post

Victoria Albi-montana.

poſt crebros tormentorum bellicorum bombos, alium ex alio vocum tumultum hauriens; demum autem, & fugam ad ſe verſùm fieri, ſentiens: properabat exterritus. ac, vix leviter, ínque ſpeciem, armatus, comitatu perexiguô, decurrit arce: viam *Strahofium* versùs (qui ſacer locus, Albi-Montis excurſui deſinenti, ſuo limite pæne contiguus eſt, ſicut alibi diximus,) intendit. Pervenerat jam in vicum *Pohorzelicenſem*, qui vicus eſt ante *Portam Strahofienſem*: cùm, obvios habens, quos à *Monte* prœliôque tempeſtivè receſsiſse memoravi, Principem *Anhaltinum* ſeniorem, Comitem *Hohenlojum*, & Comitem *Turnium*, patrem: (258) verbîs trepidîs, *Quônam res ſumma locô ſita ſit?* interrogat. *Malô!* (reſpondent:) & *Anhaltinus*, in Regiam ſecum reducto, ſingillatim exponit *Acta* certaminis: *Captum filium ſuum; captos Duces, & Comites; fugam auxiliorum Hungaricorum; profligatum equitatum caterum; deletas legiones; rapta ſigna; direpta caſtra; curriléſque machinas abſtractas. Ad ſummam! totô volitare Monte victores, Bavarum, ac Bucquojum; Cæſarianos, & Fœderatos pontificios.* Quæ, cæteráque talia, cùm

cùm diceret dux *Anhaltinus*, ac duo *Comites*; animô *Fridericus* haud paullò, quàm antè, perturbatiore, cum illis in arcem redit: deliberare, quid facto nunc opus, jubet; inſtantibúsque tot adverſis, conſilium ac remedium, emeditari. Pavorem, & mœſtitiam, è fama malæ pugnæ collectam, & auctam, *uxoris* quoque penetralibus, & gynæconítidi, nuncius infortunatus infert. Ibi, mœror alternus, & humentes oculi; reciprocíque lugentium matronarum, ac *Dominæ*, queſtus, *de lævo rerum, è lætis exordiis, exitu*: ſuôque quopiam modô, quod de confuſo Babylonis planctu divinus Iſaias pronuntiavit, *In ædibus* arcis regiæ, ſibímet inter ſe reſpondebant *ululæ* triſtes; & plangebant *Siréneſ, in delúbris voluptatis*. (259)

LXXXV. DUM autem in his iſtæ, proceres verò ſuîs in conſiliîs, ſunt: *Turnius* interea, *filius*, quem in acie cum Henrico, Comite Kliſchianô, Moravicâque legione, perſtitiſſe cæterîs pertinaciùs, ac diutiùs, diximus; deprehensô demum, invitô ſe Marte, Minervâque, dimicare, Deúmque ſuarum partium, non inter *deos* eſſe *montium*, (260) quos Syri ſibi fingebant: experiri voluit,

luit, *Vallésne* ſaltem, aut *campos*, rebus ſuis æquiores eſſet habiturus? Quocirca, reſumptô, quem removerat priùs, equô, Kliſchiôque cum Moravis relictô; cum eorum, quos circùm ſe ſupereſſe prœlio cernebat, equitum quantulâcunque manu, ſe, cum illis, à copiis infauſtis avellit: monti fugæq; terga dat; ac, ſiquos interea de via, profugos itidem, nanciſci poſſet, aggregat ſuis: &, viritim ità confirmatam, ſuorum manum ad regiam rapit urbem. Quòd autem ei dubium non eſſet, quin Victores-*montis*, iidem & *urbis* quoque victoriam eſſent affectaturi: *Strahofium* rectà tendit. ejus cœnobii magnifici noſocomîum, (pacatîs alioqui rebus ſatìs amplum,) militibus, ac jumentîs, implet, & arctat: cauſsam interſerens, *Urbis*, Strahofio propinquam, *portam*; quam ſe profitebatur, adversùs irrupturas hoſtium copias, tutaturum. In eo tamen conatu non perſevérat: ſed, conſpectîs haud multò pòſt, eminus, noſtrorum turmîs ac legionibus, à monte Pragam versùs ſigna ferentibus; propoſitum mutat. in montem *Ratſchinum*, & arcem regiam, die jam obſcurari cœptô, ſe ſubducit.

At,

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

At, nec ibi mox pedem ſtationémque figens, excubantes pro Regiæ portîs, & partim arci præſidio relictas, *cohortes duas*, abducit; ac, de clivo deſcendens in depreſſiora, cum eis *Urbem-veterem*, per cuſtodiæ tutelæq; cauſsã, petit. Atque ſic paullatim, ne mox ad digna meritîs ſuîs antra *Tulliana*, (261) retrahatur; *Pragæ*, ſicut pater ejus, *evaneſcit*. (262) Re tamen verâ, quem *Pragam* versùs moveri videbat hoſtem *Turnius-minor*; id ludibrium oculorum non fuit: ſed expleta, (plusquam exſpectabatur,) exitu rerum, prœlii decurſio.

LXXXVI. DUX quippe *Maximilianus* (éadem verò *Bucquojo* quoque mens,) eam, quæ ſtatim in ſe reſidéret, nec plus-ultra tenderet, *non Victoriam* ratus, *ſed victoriæ guſtum, ac libamen*; fructum ejus potiſſimum, (in *uſu* poſitum, ac poſſeſsione,) pronuntiavit, eâdem adhuc eſse luce perſequendum. Id cùm nemini non probaretur, nec iîs quidem demptîs, qui cæde ſe continuâ per diem, ac diluculi velitationibus, antelucanîsque pugnîs, delaſsârant; indicitur iter *Pragam*: ac, dum relatorum ex acie ſignorum hoſtilium numerus initur, (quos

**Exercitus victor, ad Pragam ductus.**

(quorum, ad *centum*, equeſtria juxtà, pedeſtriáque, reperta *vexilla* ſunt;) inſtruitur, inter hæc, agminis, & progreſsûs, ordo. tantáque properantium fuit *legionum* quoque, nec *alarum* tantùm, alacritas: ut, cum ingruente veſperâ, pariter cohortes quoque noſtræ, proximè mœnia tendere, ſtativáque capere, priuſquam nocteſceret, conſpicerentur. Advenerat autem, & *ANIMA* jam *CASTRORUM*, MAXIMILIANUS DUX; extra *Pragæ*, ſollicitè clauſæ, muros, ſub tabernaculo noctem proximam acturus. Hora veſpertina *quarta* procedebat in *quintam*, lucernis (utì Novembrî menſe) vicinam. Et pars *Pragæ*, quam exercitus noſter, pæne coronâ circumventam, urgebat, *Urbs* erat, cui *Minori-Pragæ*, ſeu *Parvo-Lateri*, nomen: ſicut ad annum hujus Sæculi decimum octavum adnotavi; dum Pragam univerſim ſub conſpectum do. Porrò, proximè portam *Urbis-Minoris*, (cui portæ, nomen oppidulum, urbi connexum, *Augezdum* Bohemis, *Neiſſa* verò Germanis, dederat, ut *Augezdana*, vel *Neiſſana*, diceretur,) ad eum, inquam, urbis aditum, verùm tunc adhuc obſeratum, *Maximiliani* caſtra porrigebantur.

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

Digitized by Google

tur. Ea tum *Porta* repentè, propinquô noctis crepuſculô, panditur ab oppidanis. Adeſt, è Pragæ *Capitolio*, miſsu *Friderici*, ſuaſu verò *triumvirorum*, (de quibus dixi,) prócerum conſultantium, legatio; cujus, qui primas obibat partes, caduceator, ad *Maximilianum* perductus, in habitum ac verba ſupplicis compoſitus; *Et antehac* (ait) *aliquoties litteris internuntiiſq; miſtis, & noviſſimè per Schlammersdorffium, oratorem ſuum, agere conatum eſse Palatinum Electorem, regem ſuum, propinqui ſanguinis fiduciâ, de componendâ pace, ponendiſq; demum armis, ac mentium divortiis. Nunc verò, quoniam lubrica rerum viciſſitudo Bavariæ DUCI perſonam* Victoris, *Friderico contrà*, Supplicis *atque* Victi *neceſſitudinem impoſuerit: magnopere contendere rogaréq; Palatinum, ultimo capiendo rerum ſuarum conſilio*; viginti *ſaltem* quatuor horarum *inducias, indulgeri ſibi. Reſpiceret DUX moderatiſſimus, ſi minùs, ſtirpis nexum, at certè tamen, Caſuum humanorum rotam; qua ſurſum deorſum alternaretur, & alternaret.*

Huic *Maximilianus* repoſuit, hæc ferè; nec verboſiùs. *Nos quoque ſortis humanæ*



**Exercitus victor, ad Pragam ductus.**

*volubilitatem Principi tuo, jam olim, ac ſæpius, inculcavimus: &, ad cautiora magis, quàm ſplendidiora ſectanda*, viginti quatuor, *non* horas, *ſed* menſes, *ei præfiximus: ab ipſo jam biennio, conatuum tutiorum illi ſuaſores eſſe, non intermittentes. Fruſtra fuimus, utrimque. Ne nihil illi tamen, vel ſerò, demus: en! quantum hodie temporis, ad noctis medium, ſupereſt, id Palatino largimur, ad conſultationes, ac decernendorum ſanitatem*; Horas octo: *ſed in has leges; ut Bohemiam interim, provincias adnexas, ac ſeipſum, actutum Cæſari, plenéq;, reddat: deſinat eſſe velle, deſíve*, Bohemiæ Rex. *Ante duodecimam nocturnam evolutam horam*, ejuret! (γ) *Horum quidquid neglexerit: id, non in armorum ei ſuſpendium, ſed novum in prælium, exito! Fortuna* rotam, *DEUS auriga moderetur!*

In hæc abrupta, dimiſsus Orator, cum collegis; Bavari DUCIS mentem exponit Palatino. Cuj, cùm *Inducia*, veluti reſpirationis quædam intercapedo, probarentur; *octo* tamen *horarum* angiportus, & multò magis, Conditionum appendix, diſplicebant. In veterem ergò circulum, perplexæ *Friderici*

*rici* res, ac meditata, relabebantur. DIVERTI NESCIUS, (ut in lábaro ſuo profitebatur;) idem ipſe tamen, nec MANERE nôrat. Fugere placebat, ac per regna diſpalari: quod afflictis ſollemne, ſpei quidpiam, ex ipſa meliorum deſperatione, procuſuris; ſed *Aurum*, (quod ajunt,) *è plumbi Mercurio*.

Cùm idem igitur, quod *Friderico* tunc, fediſſet *uxoris* etiam, & intimi cujuſque familiarium, animo, *Vértere ſolum, & alias alibi quærere Bohemias*: indicitur primùm omniuni, in eandem adhuc noctis viciniam, è ſede regiæ domûs emigratio. Convaſatur; &, ut quodque, cæterîs pretioſius, occurrit animo, vel oculis: in arcas, & ſarcinas, contruditur. jubentúrque demique, Machiavellaſtrô ſuggerente, Regni-Bohemorum Inſignia, Corona, ſceptrum, *Pomum aureum*, Cruce ſuprà conſpicuum, cum enſe regis, Bohemorum Martyris, è ſacrario Wenceslaæo deprompta, fugientem è Ratſchino Regiam comitari: ne nihil ſacræ *Proceſſionis*, in illo per urbes inceſsu, comparéret. Deſcenſum eſt igitur, ingruentibus jam tenebrîs, è clivo regiæ ſedis, per ambitum ac ſtrata Mi-



Exercitus victor, ad Pragam ductus.

noris Pragæ, *pontem* versùs, inter faces ac lumina; tum, per *pontem*, ſecundùm vetuſtiſſima pendentis in Cruce Servatoris, & Matris-Virginis, ac Joannis, ex ære *Simulacra*: quibus, per *pontem* antehac ovans *Impietas*, blaſphemum inſpuerat convitium. A *ponte* porrò, miſeranda pompa Veterem transiens in Urbem, haud procùl Clementinîs Societatis ædibus, deflexit ad latus; ac *domum* ingreſsa, quam *Saxonicam* vocant, diverſorium illic nocturnum cum familia, Ratſchinô tutius, accepit. Hoc enim profugis hoſpitium, nemo; Ratſchinum Palatino, reges & gentes, invidebant.

LXXXVII. DUM autem hæc in *Regia* geruntur, &, ſub hæc, in *Urbe* quoque *vetere*: MAXIMILIANUS, ignarus adhuc, & ambiguus, eorum, quæ *Palatinus* decreviſset; ne per ſuorum, aut Cæſarianorum, quemquam *Horarum octo*, promiſsæ Palatinianis, *inducia* violarentur, (etiam ab ignaris,) pronuntiari per caſtra juſſit, idémque, per *Bucquojum* etiam, edicendum curavit; *Nequid eô noctis adversùs Urbem uſpiam, aut contra partium adverſariarum quenquam, inimicum gereretur. Quies armorum*

*rum immota, (niſi contrariîs prior armîs laceſſita,) diluculum exſpectaret.* Factúmque, quod imperatum erat, ab univerſis obedienter. Totum interea plerorumque negotium, id erat potiùs; ut, ſub cura corporum neceſsariâ, nec non, poſt refectas fomentîs vires, ſermone miſericordi, pugnæ præteritæ conſortes inter ſeſe recolerent: *Siqui capti, ſi caſi, ſi ſauciati graviter, non comparérent?* Repertíque (numerô tamen, poſterîs demum diebus clariore redditô,) prœliô ſublati, *ducenti* circiter, & *quinquaginta: vulnerati*, plures aliquantò, ſed clementiùs. (263) gravioribus tamen, inter hos ipſos, affecti plagîs, vix plures *centum*. quibus Comitem *VVahlium* adnumerat, Flori ſui principiô, *Paſtorius*: quippe, brachiô tunc alterutrô decuſsô, ſicut eum vidimus, imminutum. (264)

In acie porrò cæſorum, cæterîs clariùs innotuerunt, è noſtris, *Baro Peterſemius*, hoſpitiorum caſtrenſium menſor; (265) illius ejuſdem diei, duellô manè *victor*, (ut in loco diximus,) veſpere verò, mortis-*victima*. Præterea, *Ferdinandus Helfridus*, Comes *Meggavius*; mille, ſub ſe bellantium,



**Exercitus victor, ad Pragam ductus.**

ductor: Comes *Rechbergius*: Carattæus Neapolitanus, equitum magiſter. Unus item, & alter tertiúsve, Gallicæ nobilitatis inſignioris. *Extinctis* inſuper adnumeratus erat, aliquouſque, *Pappenhemius* quoque, *Comes*. Is denique tamen, ante noctis profundum, in caſtra Bavarica relatus eſt, *vivus* etiamnum, ac *ſpirans*: ægrè licèt animam trahens; ſub manu cuſtodiâque *Caſariam*, neſcio cujus, *Equitis*. Refert, hujus herois, (tantùm non ab inferis revocati,) caſum cognoſci.

LXXXVIII. *Godefridus* igitur *Henricus*, natus è *Mareſchallis* (quos appellant) *hæreditariis* Pappenhemiis, Landgraviis Stulingenſibus, dynaſtis Hovæis; patre *Vitô* Pappenhemiô, matre Mariâ Salóme, *Preyſingiâ*, pluſquam quinqueñiô major-natu ſorore ſuâ, *Mariâ Gertrude*: quæ, poſtmodo Joannis Alberti, Comitis Oetingani, conjux & vidua, religionis *Catholicæ*, ſuis in clientibus propagandæ, ſtudioſiſſima; degit in vivis etiam nunc, dum hæc cóndimus, annô ſæculi noſtri ſeptuageſimô ſextô; *Godefridus*, inquam, is, in quo deſcribendô verſamur, cùm ætatis ageret annum ferè viceſimum quar-

quartum, duxit uxorem è Bohemorum dynastarum antiquissima prosapiâ, Joannis Novohradskyi *Colovvradæi* filiam, *Annam Ludomillam*: quam in matrimonio concordi tenuit *annîs novem*. unde filius ei susceptus, *VVolfgangus Adamus*; quem annus postmodum ætatis undetrigesimus, in certamine singulari, de medio sustulit.

Cæterùm *Godefridus*, Wolfgangi, quem dicebam, Adami pater, filiô nondum planè bimulô, venit ad Bojariæ DUCEM, *Maximilianum*, in Bohemos jamjam moturum; ducentorum ductor cataphractorum. cum his, secutus est DUCEM fortissimum, ad Pragam usque, per varia fortitudinis exercitatæ specimina: quorum unum eximium, nec tamen postremum, exhibuit in prœlio *Monis-Albi*. Nam, in medium sese certaminis ardorem immittens, ac dextro lævóque látere, prorsum & retrorsum, hostes Numinis, ac Cæsaris, impetens; ipséque non segniùs invicem, ab illis impetitus: equô denique dejectus est. Ibi, pluribus concisus, compunctus, laceratúsque plagîs; confusîsque propterea vultûs quoque lineamentîs, quò minùs agnosci posset: inter cadavera coa-



Exercitus victor, ad Pragam ductus.

cervata jacebat ; paullulùm tamen adhuc ſpirans. Notavit motum corporis tenuem, eò fortuitò veniens, *eques* è *Cæſarianis*. Obſervârant eundem, eà tendentes, *Croatæ* quidam ; &, *hoſtem* eſse rati, jamjam adequitabant, ſemianimem plenæ neci daturi. Sed prævénit Cæſarianus, & acinaci Dalmatarum interceſſit ; in equum ſuum *Pappenhemiô* levatô. Comitatus eſt, moribundo ſimillimum : procúlque rabidorum oculîs, ac ferrô, ſubductum, in locum tutiorem avexit : tandémque ( velut dicere cœperam, ) ſuorum contuberniis illatum, *Maximiliani* ſignis reſtituit. *Chirurgi* verò paullatim, & viribus eum, ac ſanitati, reddiderunt. Dignus fuerat ille, quiſquis is tandem, & cujuſcunque *nominis*, fuerit *Cæſarianus* : qui *Servatoris*, aut *pii* certè *Samaritani*, cognomen, (*conſervati* tanti viri pretium,) referret ; in multa ſæcula famæ-præconiô duraturum. Sed ipſe ſemet, Pappenhemianæ ſalútis *talis* auctor, eô *ſoſtrâ* (266) judicavit indignum : quando, cum ſervato ſeminece *mercedem avectionis* pactus, *aureos mille* Ferdinandæos ; manum & operam ſubductioni periclitantis non priùs admovit, quàm ſemimortuîs alter

voci-

vocibus *ſponderet*. Maluit hic *ſordidus*, inſtigante *Mammonâ*; ſibi paullò pòſt ab *uno ſolvi*, quàm, in omne futurum tempus ab Imperio Romanô *totô debere*: cujus Imperii décori, gloriæque, tutelæque, poſthac, *duodecim* ipſos *annos*, militaturus, ſuccurſurus, & acie demum *Luzensî* ſemet immolaturus, *Pappenhemius* eſset. (267) id, quod hilaris hic tandem, & exultans, (cognitâ Sueci regis morte præviâ,) præſtitiſse fertur; uſu jam, & exercitatione diuturnâ, præcompoſitus ad neceſſitatem ſupremam. Pro Cæſare, tot annîs *quotidie* præmoriebatur *Godefridus* heros, eò promptiùs: quò, pro vindiciis Cæſaris, animoſiùs *ſemel*, in Albomonte, jam animam agere cœperat; atque, funus eſse, didicerat. Sed nos in viam, à digreſsu, redeamus.

LXXXIX. Jam interea proximè medium noctis curſum erat, dies ille, tot tantarúmque rerum (ut ſic dicam) *pancraticus*; (268) Novembris, inquam, idémq; Venerationis Divorum-Omnium, Octavus: qui dies ſimul, (ut dictum & alibi pluſquam ſemel eſt,) *Dominicus* illius anni *vigeſimus ſecundus* erat, à *Pentecoſte*: cujus ſub Sacrificio



**Exercitus victor, ad Pragam ductus.**

legi, cantarive, ritus ac mos eſt, Evangelicam, *de reddendis Cæſari, quæ Cæſaris ſunt*, hiſtoriam. id quod, (utì rem meritò memorabilem, & eventu tunc inſignitam ominosô,) non prætereundum ſilentiô, ne *Maximilianus* quidem DUX, in ſuis ad *Paulum V. Pontificem* litteris, exiſtimavit. Quà verò tenus, & quo potiſſimum impulſore, progreſsâque, jus & locum ſuum obtinuerit ea, CHRISTI verbîs imperata, *RESTITUTIO*; ſequentia declarabunt.

Nunc, ſicut ab *Albo-Monte*, priusquam hìc hoſte prorſus vacaret, *Bavaria* DUX diſcedere, nefas duxit: ità nos, *Victoriamontana* diem, niſi narrationum quarundam figmentîs erroribúsque defecatum, claudere detrectemus. *PURA ſinceráque potiùs, quàm dictu ſpecioſa, rerum-memoria ſit. PERIT enim citò, quidquid laudis è falſo ſurgit; &, quod ſuprà verum augetur, ipsô mediô rumoris incrementô decreſcit. Scribe, quisquis es, geſta; non ventoſa, ſed ſimplicia: ne fidem alioqui, nec in manifeſtè veris, invenias.* Indignatur aliquoties antiquitati Scriptorum *Tit. Livius*, ac, ſecum ipſe fremens & frendens, admiratur; in Pugnis ac prœliis, in Numero cæſo-



Digitized by Google

cæſorum, aut captivorum, inter ſeſe tantopere diſcordare variaréve, Q. Fabium Pictorẽ, L. Cincium Alimentum, Q. Valerium Antiatem, Lucium Cœlium, & alios. quod in quibuſdam tamen eorum, à tanta retrò geſtorum carie, ſeniôque, ſcribentibus, quid habuit moris inſolentis? Ecce! noſtræmet, quam vivimus, ac ſcribimus, ætatis compoſitores, quorum pars tunc *vivebat*, quando pro cauſsa Cæſaris multi *moriebantur*; pars etiam viderat, ac familiariter nôrat, haud paucos, in acie tropæa ſibi, vel animam, ponentes: quàm, inter narrationes rerum actarum, interdum nihiloſecius in diverſum abeunt? *Adeò res*, (utì meritò, ſuper hîs ipſis, *Czechorodius* exclamat) *quantumvis recentis memoriæ*, tamen *eſt in dubio*. (269) Sic Gramondus, Toloſanus præſes; *Expletos* ait, eô die, *Bohemô ſanguine Cæſarianos; donec ira deficeret, & dies*. (270) cùm re tamen verâ, (quod à nobis hucuſque recenſita monſtrant,) & *priùs pugna, quàm ira, defecerit: & priùs ira, quàm dies*. Pugnatum *die totô*, Bellus in Laurea, prodit; cùm, *A matutino tempore*, memorat, *dimicatum, ad quintam uſque veſpertinam* (271): quæ Novem-

Victoria Albi-montana quanta.

vembris-procurrentis hora ſera, ſecum jam noctem trahit. *Noſtrorum* (putà, Catholicarum partium,) *occubuiſſe* tunc *ſeptem millia*, Bellus idem, qui paullò ſuprà, pronunciat (272): ubi *totam occiſorum congeriem*, convolvere breviorem in cenſum, ſumma *ducentorum*, & *quinquaginta*, potuiſset. Iſtô, minùs aliquantò, ſed peccavit tamen in *numerando*, Joannes Cluverus, Danus: dum *noſtrorum*, aſſerit, *duo millia cecidiſſe*. quem ad numerum tamen, ne *vulnerati* quidem, ac *caſi*, ſimùl collecti, perventuri fuerant. Par, immò verò, major eſt aliquantò, circa cæſos è *Fridericianis*, numerandi diſparitas. *Vix cæſa Bohemicorum ſeptem millia: vix Capta duo millia*, Gramondus prodit (273): in *captivis*, utique parte triplâ largior in nos, quàm nobismetipſis nos ſimus; quippe, *Quingentis* (utì vidimus) contenti. *Bohemicorum, à noſtris Octo millia cæſa tradit*, Danus hiſtoricus (274): qui tamen idem, *Hungaros* etiam ſolos, ſeorſum computatos, ad *novem millia* (275) perducit; quos omnes, *prædâ graves*, ait, *in pedes conjeciſſe ſe*. quî minùs, & in *interitum?* cùm, extra minimam eorum turbam, qui, transnatan-

natando, Moltaviæ dextram ripam tenuerunt, cæteros omnes, aut gurgites amnis, aut Cosaccorum gladius, absumpserit. Liberalior, *Everhardus* Walsenbergius: *Cæsorum*, ait, *ac submersorum hostium* summam, *decem millium numerum excessisse*. (276) *Novem*, ut maximè, *millia*, concedit Adolphus *Bracheluus*, (277) interisse ferrô, vel aqua. Restrictior, ac *mediam* meritò *viam* ingressus, Thomas Joannes Czechorodius; (278) *Sex millia tamen, aut circiter, interiisse ferrô, vel aquâ, pro comperto*, credit, *affirmari posse*. Sanè quidem, à *minuentibus* interfectorum numerum, in suî tutelam, ceu scutum adamántinum, opponitur *exaggeratoribus*, ipsiúsmet Maximiliani, Bojorum DUCIS, auctoritas; ad Paulum V. Pontificem Pragâ scribentis Romam: *Eò cæsorum numerum excrevisse*, die decretorii certaminis illius; *ut interfectorum Quatuor millia numerarentur, cùm à parte* Catholicorum *vix ultra ducentos numerarentur. Ungarorum* porrò rebelliũ *multîs jam antè prostratis*, cæteros, *ut fugâ se servarent, in Moldam flumen præcipites îsse, transaturos. sed eorum mille circiter in aquis interiisse*. (279) Maximiliani sunt hæc, ad Romanum Ponti-

Pontificem, verba; non alienâ, ſed ipſiúsmet, & *elegantî* (qualem prorſus habuit) *manu*, data ſcriptáque. quibus is *Fridericianorum* cladem univerſim ad *Quinque millium* congeriem perducit: primò quidem, pro modeſtia, ſibi ſuetâ. (Magna quippe, glorioſáq; *patrabat* libentiùs, quàm *prædicabat*.) Deinde, candoris ac veritatis ſtudiô, præſertim in *magnificis-ſibi* referendis, malebat infra ſe, ſuáque geſta, deſcendere *Maximilianus*; quàm, vel transversâ lineolâ ſuprà *certum* extolli; ſatìs, & abunde, *magnus*, *ipsâ décorum* ſuorum *extenuatione*. Sed interim, ſi, ſepoſitâ maximi *DUCIS* illâ mentis moriſque demiſsione, *rem* potiùs ipſam expendamus: fatendum eſt, cùm quartô mox, à parta victoria, die Romam DUX ſcripſerit; inter tantam curarum turbam, quantam mox referemus, vacuum illi ſpatium obtingere nequiviſſe, quô numeri cæſorum-hoſtium *certitudinem* erueret: quam plerumq; ſuccedens diei dies, ac menſi menſis, in apertum denique protrahit, & velut obſignat. ſicut, hôc ipſo tandem in calculô, ſtratorum ad Pragam adverſariorum, evénit. *Annô* namque *vertente*, ſub ipſis magni victoris oculis,



Digitized by Google

culis, in ejus urbe principe, sciente, nec falsitatis arguente, rerum gestarum auctore, vulgatum typis est: *Invaluisse de casorum hostium summâ sententiam; In acie, locôque certaminis*, nec non, *ad latera montis, ac per vias passim, ad Sex millia deleta* fuisse. (280) Neque tamen his adhuc *Hungaros* hic scriptor accenset: utpote, quorum *plures, quàm mille*, gyrô terroris, turbationis, & gurgitum, circinatos, in undis invenisse mortem, inferiùs demum, & utcunque longè pòst, subjungat. (281) Quô fit, ut omnes hi, tum in *aquis* extincti, tum in *sicco*, facilè *Septem millium*, sic quoque, cumulum conficiant. Unde proinde, non sonantiùs, quàm veraciùs, exiturum ad posterorum memoriam sit, illud, quod, eundem ad Pontificem, DUX *Maximilianus* ibidem scribens, memorat: *Dispersos, fugatos, fusos, casos hostes, ad internecionem*. nec usquequaque videri debeat *hyperbolicum*, aut immodicum, quod, hâc ipsâ de pugna disserens, excursu styli perquam honorificô, *Gramondus Celtes* pronunciavit: *Pugnatum utrimque strenuè. certè* quidem, *acriorem fuisse concursum, quàm eadem. quanquam Victoriam Illustrem:*

*quan-*

Victoria Albi-montana quanta.

*quanquam Germaniæ decretoriam, bellô, quod Ingens fuit.* (282) Quid multîs? *Non antè, partam* fuiſſe *Victoriam illuſtriorem.* (283) Iſta, *Gramondus.*

Nihil igitur, *proſtratorum hoſtium millia quatuor*, aut *quinque* ſola, DUX, primô ſtatim à re geſtâ quatriduô *profeſſus*, luminibus ſuis apud ullos, rerum intelligentes, offecit.

Ad *magnam* quippe, loquendámque ſæculis, *Victoriam*, non intereſt; Quàm ingens edita ſtrages, ſed, quàm grandis acta, peractáque, Cauſa ſit? Non refert, Quàm multi tibi procubuerint; ſed, quantô numerô, vel quales, adhuc contra te ſtent? Hi ſi pauci ſint, qui ſe moveant; multos ſuſtuliſti: tametſi vel Unum unus proſtraveris, Terrore tuî. Non ibimus hîc ad fabulas, & *Herculem*; ad unius Antæi, Geryonísve ruinam, famoſiùs triumphantem; quàm de ſexaginta millibus pygmæorum, Myrmidonúmque; poſt eorum aliquot calce pedis protritos, in fugam ac ventos diſſipatîs. In *hiſtoria*, cœleſtem ſortitâ fidem, *Percuſſit* rex *Saul, mille: David* autem, regni candidatus, *decem millia:* (284) ſi non, rigidô numeran-

tium

tium cenſu, mulierum certè *tympaniſtriarum* muſicô conſenſu: nec tamen (ſi rerum medullam inſpiciamus,) per omnia temerariô, vel improbandô. Fuderat enim ſanè rex *Saules*, antehac, *Ammonitarum* complura millia; ſed omnia fugacia, ventoſa, vinci parata; reveráque mox victa ſic; *ut non relinquerentur in eis duo pariter.* (285) Fudit & *David*, ac decollavit, Philiſtæum *Goliathum*, unum unus: ſed *unum*, quo ſtratô, mortuôque conſpectô, fugêre Philiſtæorum omnia millia. (286) fudit eum, ſed *unus*, in cujus capite ſalutéque tunc ſtabant. Virorum tribûs Judæ triginta millia; virorum autem Iſraëlis-réliqui, millia trecenta (287): quæ, non adeò multò pòſt, recturus *David* erat. Exclamâſses ſuper hoc: *Quantum eſt inſtar in hoc?* (288)

Quò redeamus igitur illuc, unde digreſſum conſiderationis hujus orſi ſumus: *Quot rebellium millia deleta tunc à Ferdinandæis ad Montem-Album fuerint?* Quid tricamur, in re, *quam melùs plerumq; ſenſus populi, quàm ulla Pythagoræ menſa, redigit ad calculum?* Magnam efficit victoriam, magnus victor. majorem; ubi victor ſimùl, ac victus, magni.



Victoria Albi-montana quanta.

Bavarum DUCEM, famâ jam antè grandem, oſtendit grandiorem, unius prœlii perculſus ictu, ſplendidus antehac, *Elector* : & eliſa, cum jugulo totius exſpectationis ſectariæ, tot capitum inclytorum conjurata potentia: quæ percuſsa, contrita, diſſipata, *fulvi Leonis* ad rugitum unum, & ad unguis leonini furorem horarium, evanuit ità, ſub *unam* veſperam; quaſi nunquam omnino fuiſſet? Quòd ſi finguntur hæc, & vera non ſunt: agè, Quis igitur, rebus ad *Montem* transactis, & fortunâ *ſuburbanâ* collapsâ, quis ſollicitudinem vertit, ad *Urbis* ſaltem *tutelam?* quis, ad firmandas ſufficientî robore ſedis arcisque regiæ vigilias? Quis, indè dilapſo Palatino publicum ad hoſpitium, in reliquum noctis, vel unicus apparitor, excubiarum præſtitit obſequium, ei; quem ante pridiani Solis occaſum, adorârat adhuc, ut REGEM? Quis, ei retinendo, reducendo, vindicando, vel foris dilapſas è prœlio reliquias, vel intus, *tribus* ex *urbibus*, copias recentes colligendo, curam diſtrinxit? Ex iis ipſis, qui, fractâ prœlii fortunâ, *Brandiſium* ſeſe recipere, denuóque colligi, primis à ducibus juſſi fuerant, quis auſcultavit?

vit? aut auſcultans, paruit? aut obediens, operæ pretium retulit? quando, ſiquis è centum vel unus, aut è mille geminus, eò ſe contuliſſet, non modò commilitonem ibi nullum, ſed nec eorum quemquam, qui convenire juſserant, invenirent. *duces* ipſi, conquiſitorésque, ſimul cum *ſtipendio*, diffugerant. Eorum autem ipſorum, qui cum *Turriano juniore* Pragæ viſcera milites inſederant; ſi præſidii potiùs illic, quàm latibuli cauſsâ, pernoctabant: ubínam ſtationes? ubi vigilum curæ, clamores, claſſica, tympana, noctium ignes? Omnia, piſce magìs muta, ſaxôque magìs inanima. Quis autem hanc eis taciturnitatem, quis ſenſuum immobilitatem, invexit? niſi formido? quis formidinem, niſi (poſt DEUM, & Angelos, conſternationis auctores primos,) *auditus ad portas adeſse*, Bojorum DUX, *Maximilianus*, Leo galeatus? Hic ſolus, vel *tacens*, attonabat omnes. ad nomen ejus, *tres* urbes, ac totidem tremebant exercitus. Incaſsum ſe laboraturos, in re perditâ reſtituendâ, videbant, etiam ii; qui primi ſolíque, ſecum unà, cuncta perdiderant. Rebus in eum fortunæ caſum adductîs, *Nihil* jam porrò *Vi-*

*ſtori clauſum, nihil Victis pervium* fore, rectè judicabant. *Praga*, quantumvis *occluſa*, plus ſatìs *tota patebat*.

Hoc acutè viderunt, inter medias ejuſdem adhuc noctis tenebras, Arx *Ratſchini* regia, *Parváq;* (quam vocant) *Praga*, ſub Arce ſita: cùm, in Urbem-Veterem dilapſô Palatinô cum ſuis, è veſtigio misêre: qui verbîs ſuîs victoriam auctoribus gratularentur: & *Duci* magno *ſeſe*, *ſuáq;*, portîs licèt adhuc obſeratîs, deditione plenâ *permitterent*. (289)

En, *magnum* ergò victorem, *magnos* victos! *maximam* (etiam è ſex duntaxat ſeptémve millium ſtrage,) *Victoriam*! Ad ſummam! Acclamâſset & his noſtris expeditionis-Bohemicæ ducibus Pharſaliæ compoſitor, (290) quod ipſe quondam Arſácidis: *Plus iis, eâ tunc acie, quàm crederent, actum eſſe*. Sed nos, hîs diſcuſsîs, revertimur ad inſtitutum.

XC. Diem Novembris *nonum* inchoavit, primô cum diluculô, Palatinianæ domûs è vetere Praga, Bohemiæque terrîs, *fuga*. quam priuſquam iniret *Fridericus*; admonitus à nonnullîs eſt, non ſinè plurimorum indigna-

gnatione magnâ, cum Regni pretiosis Insignibus, è basilicâ *Divi Viti* pridie sublatis, eum abiturum; *Quòd, ornamenta regnorum regnis efferri, nec ratio posset approbare; nec vetus Bohemiæ mos, legis vim habens, dissimulare.* Coronam ergò regiam, ac sceptrum, quæque cætera superiùs memoravimus, in *Sacellum* quidem *VVenceslaeum* remittere prætermisit; insusurrante, reor, aliquo *Sculetorum*, & interrogante cum sannis, *In Sacro quidnam faceret aurum?* deportanda tamen ea curans ad *Veteris-Pragæ* Curiam, *tanquam suum in reditum asservanda*, custodiæ profanæ commisit. Simùl autem, nec id eum fugit: Si gazam eam, fugæ comitem, viâ tam longinquâ, nec prædonibus inexploratâ, pariter assumeret: accidere sibi posse, quod feris quibusdam, aut avibus, (291) muscum redolentibus: quæ, cum suis narium deliciis, quantò concitatiore cursu, vel impetu, ferantur, aut avolent, tantò, per auræ calefactionem incensis amplius nidoribus aromaticis, fortiùs post se venatorem aucupémve trahant, in suî perniciem. Sic se, cum *Auro tam exquisitô venerabiliq;*, per provincias cursitantem, futurum, non tam



Palatini discessus Bohemia.

*Saluti* ſibi, quàm *Illicio* perſequentibus ſe: periculô manifeſtô, ne latrones, aut hoſtes, ipſum aſsecuti, ſub unum temporis articulum, & opes auferrent; & poſseſsorem è fuga reducerent, ad canſsæ dictionem. (292)

Hîs igitur, velut ſcopulîs, diligenter ac providè vitatîs; de cætero ſe *Palatinus* è Bohemia foràs, tanquam in fortunæ malèfidioris incertiſſimum Oceanum, ejecturus: *Eliſabetam* uxorem, parvos liberos, ac familiam, curribus impoſitos, (293) mœrentes mœrens comitatur. Unà verò, *Ludovicus* frater: & adequitantes, intimi quique Procerum, & Conſiliorum, malè-conſultorum: Princeps *Anhaltinus*, & Comes *Turrianus*, *ſeniores*: Comes *Hohenlojus*, Wenceslaus Wilhelmus *Raupovva*, Bohuslaus *Berka*, Joannes *Bubna*, ſenior, & alii, Bohemiæ nuper *Summates*; tunc autem *Solis*-ſui, *deficientis*, ſatellites *Umbræ*. Cum his, Euro-aquilonem versùs, infra *gigantæas*, quas vocant, *Alpes*, elapſurus in *Sileſiam*: verbô tenus, *Suas in provincias*; reipſa, feſtinabat *exteras* in *oras*: unde veniret, certus; quò verò venturus paſſim eſset, incertiſſimus. A cujus tamen conditione vix eorum quiſquam diſtabat, qui *Fride-*

*Friderici* tunc profugium ſtipabant. Jam enim ab eo temporis puncto, quo cuncta, malè pugnando, peſsum dederant, Praga cœperat, non illis eſse *patria*, ſed *alienum* ſolum; ſed *Inſula* Gyarorum, & *in Inſulam deportatio*. (294) Nempe, magnô verſatur in exilio; quiſquis in omnium, & maximè ſuorum, odio. Tres Urbes, unâ voce clamabant: *Hos proceres initia fuiſse*, fontes, & *origines, abominabilis belli*, per ſuam & *ambitionem*, & ſectariam *importunitatem*. *Primum* autem *mali totius auctorem, ſeditionisq; facem, Turrianum* ſeniorem, exſecrabantur: ut & omnia ſemper orthodoxa Bohemorum ſæcula loquentur. (ℳ)

XCI. Cæterùm, horum omnium, & *Friderici* præ cæteris, è triplici *Praga* tam præcipitem, cum familia, diſceſsum ac *fugam*, præter eos, quos nominavimus, homines; inſecutæ ſunt, mortalium etiam, à tergo relictorum, multiplices, ac diverſæ, querelæ: ſed ex *acatholica* politicæ-nationis republicâ. quæ plerumque, poſt acceptas clades, quo pacto vitari potuerint, plus ſpeculatur, & accuſat; quàm purget, ac ſanet: *Phrygum* ſerò-cauta, naſutáque, poſteritas.



Palatini diſceſsus è Bohemia.

*Molimine non adeò laborioſô, potuiſſe de nocte, tametſi ſtante jam pro porta Neyſſanâ, cum minacibus ſuis copiis, Bavarô Duce; potuiſſe* (diſserebant) *clade montanâ diſſperſorum, & intrà mœnia tamen denique receptorum, agminum reliquias armatas, pedeſtres equeſtréſque, colligi. tum, contractas, in cuneos ac turmas tribui; concurſu, ſtudióque, conſenſúque, tot egregiorum, (etiamnum ſuperſtitum, & in arce tripolíque præſentium) ducum, legatorum, ac tribunorum caſtrenſium. Horum auctoritate, conniſúque, quodcunque virium adhuc prœlio ſuperfuiſſet, ac de civium, incolarúmque tumultuariô numerô, ſuperacceſſiſſet: id in unum denique conductum* (295), *(Cæſarianîs præſertim, aut ſomnô ſtratîs, aut in aliâ diversâque vallorum parte tendentibus;) in Bavarum, vigiliîs aſſiduîs fractum, eruptione ſubitâ tumultuoſiſſimâque factâ, potuiſſe prorumpere: vetera Pragenſium eruptionum exempla, Sigiſmundi Zyſcáque bellîs edita, renovare ſub Maximilianis, & Bucquojis: per opaca viarum & noctis, hoſtibus obſcura, ſibi gnara compertáque, graſſari, cædere, diſſpergere, profligare. poſt hæc, in urbem, ad ſuos, cum ſpoliîs opulentîs, & Victoriâ, reverti. Superfuiſſe,*

Anni 1610. Leo Galeatus.

*fuiſſe, patrandis his, plurimum, etiam tum, ferri, caterique metalli ſparſilis, tormentarii pulveris, ac machinarum, ſclopetorum, armorum univerſi generis: commeatum uberrimum; pecuniam, in ſtipendia, copioſam*, (quam ſcilicet ductorum primores in arcis ſuis, militum verò nemo, ſuîs in manibus, vidit:) *eámq; nummorum vim, qui cum annona præberent, in promptu fuiſſe, procinctúque, conſtitutos. Neminem Palatino fuiſſe defuturum: defuiſſe Palatinum Sibi; quando nempe, ſuorum, in Regni gremio depoſitorum, promiſſorum immemor, regni principem arcem, arcis regiæ ſupremum cuſtodem, Caſtellanum Comitem, tot provinciales dynaſtas, & optimates, deſtituerit. cùm urbem trigeminam, urbium Bohemiæ caterarum matrem, ipſam regni Coronam, ac mortalium utriuſque ſexûs tot millia, poſt ſe reliquerit; nuda præſidiorum; hoſtium incurſibus aperta; contra vim & injurias, incuſtodita. quæ tamen, ad eum uſq; diem, quidquid habuerint in facultatibus, id omne Palatino, contra Cæſarem (nunc Victorem,) contulerint; ad incitas ſeſe redigendo, ne rex, (nunc Victus,) de victu ſaltem periclitaretur. Adoptâſſe quoque Bohemos, in ſolium, prolem ejus teneram, vix* Re-



Palatini diſceſsus è Bohemia.

gis *adhuc* nomen *intelligentem; & in tutiora locarum emiſiſſe, ne, morte functus aliquando, pater deſineret, in filio tamen regnare. Quamdiu nihilominus nunc ſpirare pergat genitor: hærere fortaſſis in veſtigiis filii, tuta ſectantis, etiam patrem ejus, reginámq; matrem; extra Bohemiæ fines* peregrina *quærentes regna, vel urbes. ſed primò, non ſinè mentium exulceratione totius Bohemiæ, ceu ſuîſmet à dominis deſpectæ, caeriſque terris poſthabitæ; propereáq;, novum aliud utique ſibi caput circumſpecturæ. deinde, non citra contumeliam, ipſius nominatim PRAGÆ, quam fugerent, ac, ſuâ deſtitutam præſentiâ, deſolarent. in qua tamen & libenter eouſque, multôque, quàm in urbium quavis aliâ ſecuriùs, habitârint. (6) An excidiſſe memoriâ,* (Palatino *ſalicm*); *quàm, nullô penitùs incurſuum Cæſarianorum metu, quàm genialiter, & promiſcuîs innatando gaudiîs, proximè præterlapſæ brumæ* natalitia feſta *transegerit? quando, viceſimô nonô* Decembris *die, veſperaſcente jam cœlô, ſed terrâ nivibus albeſcente, populô ſuorum latùm accurrente, ſpectante, plaudente perſonantéque,* Fridericus *ipſe, pelliceô fulgens thorace tegminis holoſerici coccinei, pileô, molitorum in ritum, penitùs candi-*

Anni 1620. Leo Galeatus.

*candidâ, eristâ redimitus, flavi coloris tinctu-râ luxúque plumatâ,* (296) *sedens in car-pentô trahâve, per omnes* Pragæ *tres urbes, & earum compita, vectatus sit, & volitârit; do-nec noviſſimè, tractîs unà ſecum Anhaltino ſe-niore Principe, germanôq; ſuô Ludovicô,* Tur-rianum *ad* Comitem *divertens, cœperit hila-ritate gratiosâ convivari?* (297) *Vectus igitur & hujus anni* Novembri, *dicque Novembris octavô, nonô, decimô, per urbes, ac plateas easdem eſset; celebritate fortaſſis impari, neceſ-ſitate tamen rerum haud paullò grandiore: non trahâ ludicrâ, ſed covinô lugubri; mœrens, ad mœrentes; afflictus, ad aquè dejectos: quique gaudia junxerit, hilaribus hilaris; idem poſt-modo lacrymulas ſuas, ac ſolatia, mœſtis soci-âſset mœstus: è divino Pauli monitu,* Socius gaudii, (298) ſocius factus & planctûs. *LU-CTUUM quippe* levamentum eſse, cœtus, & contubernia, lugentium.

Hæc (utì *querùli dicacésque* ſunt, *popu-lus, & calumnia,*) poſt dorſa profugorum, clamabantur ab heterodoxis: *Orthodoxorum* interim altiſſimâ, per urbes tres, quiete, quos conſtat, & abitu *Friderici* nihil minùs, quàm triſtatos; &, *Maximiliani* tam vicinâ, præ-

Palatini diſcesſus è Bohemia.

præſentiâ mentes ſubeunte, tantîs inceſſiſſe gaudiîs; ut eorum complures noctem, quæ ſubſecuta *Mont-albanam victoriam* eſt, univerſam, quàm longa fuit, prorſus inſomnem, inierint; ac lætas inter preces, & actas Numini gratias, exegerint. (299)

XCII. At noſtrorum interea militum, ad urbem *foris* adhuc agentium, &, quàm mox irruerent, ducum imperium exſpectantium, noctu quidem malè-pacata quies erat: ideóque diluculum impatienter præſtolabantur. Eô tandem exortô, *foris* pariter, & *intus*, opera dabatur; ut *Pragam* quàm primùm, patefactîs ei portîs, DUX *Maximilianus* intraret, regione mœnium illâ, quâ per *Parvi-lateris* acclivem tractum aditus, & aſcenſus, ad regiam arcem patet. Erat autem opportuniſſimè muris juncta, conſertáve, lapidea turris; quæ pariter & vinctorum tunc cuſtodiam ſe præbebat. Hinc miles igitur, extra murum ſtans, & irrumpere pomœrium geſtiens; illinc autem, caterva captivorum, egreſſum è carcere ſuffoſſionibus moliens, invicem ſeſe nequaquam latuerant. ut proinde, mutuam alteris alteri tradentes operam, ac ſpondentes pretium-

tium-operæ, labore conniterentur inexhauſtô perfoſſionis: donec, mole ſubrutâ, miles tandem urbis aditum, & captivi vinculorum effugium, ac libertatem, emolirentur. Ibi tum ergò, ſic confectâ re, (300) per avia deviáque, qui *vincti* fuerant, ſparguntur; ſolliciti, ne retraherentur in cuſtodiam: *Miles* contrà (qui majore ſui parte gentis *Eburónum*, & tractûs *Leodienſis*, erat) in muros evadere: pinnas, & faſtigia, gradu, curſu, ſcalîs, occupare: (301) *civitatis-Minoris* captæ, ſignum civibus, (ſeipſos nimirum, in ſummô,) miſtîs unà tympanîs, oſténdere. Metuebatur itaque, confeſtim futurus impetus: & à natione, quantùm Sacris orthodoxis addictâ, tantùm lucrorum ſuorum non contemptrice, militum per tecta civium diſcurſus. Mucrones diſtricti formidabantur; & avaræ prædæ, flam̃æ, cædes, atque vaſtitas. Sed *prudentior*, urbs *lateraria*, quàm *major*, prævisis jam antè malis his ponendum obicem eſſe rata: ſub illud ipſum temporis veſtigium, è Primoribus miſsos, apud *Maximilianum* habebat; qui, præter litteras ſupplices, & gratulationem, (de quibus dictum ſuperiùs eſt) ſeſe pariter, & urbem, claves

**Pragæ deditio, & ingreſſus.**

claves urbis, obſequium in quævis imperata, quin & facultates domeſticas, liberaliter offerrent : *ſapienter, donare malentes, quàm diripi.* MILITE quippe regnante, tam id, quo potîris, quàm illud, quo ſpoliaris, *aliena* manûs eſt; ſi *tua* contendas eſſe. *VICTO, vix evitabilis egeſtas eſt : niſi, clemente ſub victore :* cujusmodi dominum ſuî, ſuarúmque cupidinum, tunc eſt nacta *Praga-Parva.* Cognitîs enim, & quæ gererentur *ad muros*, & quæ flagitarentur *intrà* muros; ad mœnia proximè, nullâque morâ, Bavariæ DUX accedens, nullo diſcrimine, Subutraquæos æquè, Catholicósque, *Parvi-Lateris* incolas, cum ſpecioſiſſimis ſuis domiciliîs, in fidem ac deditionem accepit : inviolatóſque conſervavit. Id autem, quò plus haberet firmitatis ad tutelam, nec minus commendationis ad gratiam : in exercitum primò ſuum omnem miſsô, circùm turmas, & cohortes, edictô ſeveriſſimô, ſanxit; *Ut, intacta ferrô, corpora, rapinîsque bona, dedititiorum omnium ex æquô*, ſummorum infimorúmque, *præſtarentur. Qui ſecus agerent, capite luerent.* Eandem verò caſtris etiam Cæſareis legem ut ferret, Comiti quo-

que

que *Bucquojo* perſuaſit *Maximilianus* : in hoc, pariter, & utriuſque *ducum* exiſtimationi conſulens abſtinentiæ-caſtrenſis; utpote *Cæſari, quæ Cæſaris eſſent*, integra præſtantium: & interim oſtenſurus Orbi, livoríque, NON SE SIBI, SED BONO CAPITIque PUBLICO, MILITASSE. Simùl, in hæc, reſeratîs portîs urbis, DUX Bavarus, & Comes Bucquojus, ſingulas uterq; legiones de ſuis immittunt; in hunc modum deſcriptîs partitîsque ſtationibus, & imperiis: ut earum legionum *pars una* ſingularum, ad portas excubet, híſque præſidio ſit; ad arcendum reliquum, *foris* adhuc agentem, commilitonum exercitum; ne repentinus irrumperet: *pars* autem *altera*, per *Minoris-Urbis* contubernia diffuſa, domibus, incolísque, tutelæ ſit, adversùm prædones & graſsatores, tam inteſtinos & nocturnos; quàm ſummœnianos, & ad urbem ſub ſignis adhuc, aut pellibus, opperientes. Eorum ut quàm ſtrictiſſima ſtationum, & remanſionis, obſervaretur diſciplina; curante, pervincentéque, Maximilianô, duces ambo *ſuſpendii* pœnam *inexorabilem* indixerant, tam deliquenti, quàm, delictum non antevertenti, vel impedien-

dienti : *Siquis, injuſſu centurionis aut ductoris, à ſignis, ſive vexillis, equeſtrî pedeſtrive*, vel decémpedam *deceſſiſſet anam*. Ità, *Pragæ* tunc *opes*, vigilantiùs omnibus Heſperidum hortîs cuſtodiebantur (non à fabuloſo *Draconе*, ſed *Leone-galeatô*,) civitatibus, atque Cæſari. Quô fit, vehementer ut admirer, quid ſibi *Laureæ* velit *auctor*; cùm, hîs ità narratîs, ac ſtabilitîs auctoritate Teyſingerianâ, (302) teſtis oculati, tradit : non Arma ſolùm totius Pragæ civibus adempta tunc fuiſſe; ſed incolarum quoque, qui factione cæteris, ad eum uſque diem, antecelluerint, domos, à diſcurrente licentiùs milite, prædationibus exhauſtas. Certè quidem, ſeditionum omnium folles, ac ciniflónes præcipui, *Turrianus*, *Anhaltinus*, *Hohenlojus*, *Ranpovva*, *Berkha*, *Bubna*, milite direptore non exſpectatô, diripuerant ipſi ſe primùm; ſub hujus ipſius, quam exſequimur, lucis auroram. mox, cum egreſſu Solis ex Euro-notæo cœlo, *Pragæ* mœnibus ipſi pariter exceſſerant; in compendium aurô ſuô conflatô, *Secum omnia ſua portantes*. Unde ſpoliationes igitur iſtæ ſeditioſiorum, *Laureæ conſcriptori?* (303) Niſi fortè (quod apud nemi-

neminem tamen adhuc reperi) *Vallónes* illi, de quibus dictum est, antelucani, muris transscensis, ad turbulentissimi cujusque divites ædes illico se dejecerint effringendas; ducibus, & indicibus talium Ædium, usi stigmatiis illis, qui suffossô carcere seipsos libertati reddiderant: ídque gestum ab *Eburonibus* fuerit, antè, quàm ad *Maximiliani* DUCIS aures, ac notitiam, ea res advolaret.

XCIII. DUM autem hæc, quæ diximus, pro *Minoris-Pragæ* salute caventur in *campis* à Victoribus, & *intrà mœnia* geruntur ab armatis; aliunde, missu *Veteris* etiam, ac *tertiæ* quoque, seu *Novæ-Pragæ*, (304) caduceator túbicen, ad *Maximilianum* DUCEM, (nondum urbium ullam ingressum, sed adhuc sub tentorio foris agentem,) venit: ísque, communibus ordinum, duarúmq; civitatium, postulatis ac verbis, deditionem *vix-dubitabilem* præ se ferens, ac spondens: *Si triduum dilationis, ac deliberandi spatium, concederetur.*

Sensit, DUCUM ævi sui facilè sagacissimus, Quid, non tam *dicerent* per internuntium suum, *Pragenses*: quàm, quid *quærerent*. simùl autem & animadvertebat, *sua*



Pragæ deditio, & ingressus.

*quodammodo tentari calliditatis acumen*, ecquid perſpiceret, Eos, ad fortunæ flatum, verſatilia volvere conderéque decreta, pacis, aut motûs armorum: *pro Friderico*, ſi, diſperſus interim è prœlio miles Palatinianus, ſub ſigna ſe recomponeret: *pro Maximiliano* verò, *Cæſaréq;*, ſi fortunas everſas erigere nemo curaturus eſset. Ità *deditionem* fore, *non mentium, ſed temporum*. Quibus, differre, licitum futurum ſit; eoſdem & contumaciam auſuros: poſséq;, qui deditionem *ſperare* cogatur, ad eandem demum & *deſperandam* cogi. Quæ cuncta ſtrictim animô, celerriméque, reputans, animoſus *Maximilianus*; ſimùl autem &, *armatum imperium quantarum ſit virium*, oſtenſurus; ſtatim, ab extrema tubicinis perorantis voce, clarè ſonoris verbîs; *Trium*, (inſit,) *dierum paciſcuntur inducias? Ego verò, nec trium illis horarum do. Vade! renuntia! Nunc, ab hoc diei puncto, ſe ſuáq; dedant ei, cujus illa ſunt; regi ſuo, Cæſariq;, noſtras per manus: utpote, Cæſarearum vicarias.*

Hæc dixit, universô ſuorum, ac Bucquojanorum, circumſtante tunc, unà cum ducibus, exercitu. Cúmque dictô, DUX

cas,

MAXIMILIANUS,
Bavariæ Dux:
Ætate, quâ ad Pragam victor conflixit.

cas, quas cum *Bucquojo* jamjam in portarum excubias, & *Parvæ Pragæ* præsidia, descripserat, cohortes ac turmas; explicatîs signîs in urbem *palàm* immittit. Ipse, non multò pòst, secuturum se, demonstrat. Qui verò, cæteris *duabus* in urbibus, caduceatorem, & mandata *Ducis*, opperiebantur; eô cum his denique reversô, perculsi *festinationis* præceptô: rotam consiliorum suorum ad ea, quæ præsentis *necessitatis*, & non, quæ suæ *lubidinis* essent, circumagebant.

XCIV. At *Maximilianus*, inter hæc, (incredibile memoratu!) *tertium* licèt jam diem, totidémque noctes, insomnis & irrequietus; ne tum saltem *interjungere* denique paullulùm, aut *meridiari*, sustinuit: sed, degustatô cursim, ad ritum suum, prandiolô; post diei medium, conscendit equum: &, armatorum magnâ se præeunte, sequentéq;, peditum equitúmque multitudine, *Neyssæam* per *portam* ingressus *Parvi-lateris* oppidum, *Ratschini* clivum petit: non, utì Celticus scriptor prodidit, (305) *triumphans*, Scipionum veterum, aut Mariorum, institutô; sed *suâmet* ipse (nesciens etiam, incogitánsque,) *Virtute*, *Spectaculum cœlo factus*, *& urbi*:



Pragæ deditio, & ingressus.

ruentibus, ad eum intuendum, è planis editîsque locis, omnis ætatis, & utriuſque ſexûs, mortalibus. Apparebat autem, eum *Regiam* illico petiturum; & *arcis* partem eam non penitùs neglecturum, è cujus excelſo cœnaculo, paullò ſupra biennium antehac, *tres*, Regi ſuo legitimo fidi, *Proceres*, aliô nobis locô memorati, *chlamyde* quiſque ſuâ cooperti, *gladiôq;* cincti, *profundiſſimum in vallum* dejecti ruerant (306): ac bello, laboribúsque *Maximiliani* tantis, cauſsam campúmque, nolentes & inſontes obtulerant; ad vindictam juſtiſſimam de præcipitatoribus expetendam. At, alia volvens omnia DŪX inclytus, cum animo ſuo; quantùm in armis, & ordinando ſtatu Bohemorum, erat, tantùm & tunc, & ſemper aliàs, in DEO; ne beneficiis ejus, ullô memoriæ gratæ neglectu, deeſset: illud aſceticum ità ſecum reputans: *QUEMADMODUM nullum totius fuit expeditionis hujus momentum, quo non expertus ſis auxiliatricem divinæ majeſtatis præſentiam: ità nullum, fas eſt, articulum eſſe temporis, quo per oblivionem recedas à reddenda gratiâ. Quoties*, (ut lactea Claravallenſis *Bernardi* lingua diſſerit,) *tenta-*

*tentatio ſuperatur, aut ſub jugum hoſtis* inteſtinus *mittitur, aut imminens periculum declinatur, aut laqueus inſidiantis deprehenditur,* (ſicut nobis, ab Ulma Pragam uſque, nuſquam tendi deſiit,) *aut multùm diúq; concupîta virtus* indeflexæ magnanimitatis, aliquando *tandem obtinetur: toties perſonare gratiarum actio, vóxq; laudis, debet;* &, ad ſingula quæq; DEI dona, celebrari DEUS. (307)

His, harúmque ſimillimis, immerſus cogitationibus *Maximilianus*, ut *Religioni* priùs operam, quàm audiendo *dicundóque juri*, daret; ubi ventum eſt ad eam *Ratſchini* partem, quam incolebant, Divi Franciſci Seraphici ſelecta poſteritas, *CAPUCCINI*: deſcendit equô. mox, ſimpliciter, at pro re temporéq; decenter, exornatam eorum *ædiculam* intravit: ibíque dejectus in genua, DEO ter optimo maximo, (cuj totum, quod eouſque proſperè geſtum eſset, in acceptis ferendum eſſe ſemper, & apud omnes, prædicabat,) gratulatus palàm eſt: in eo, tum ſuis tunc, qui circumſtabant, incitamentum factus, ut idem facerent in veſtigio; tum *nobis*, qui ſuperſtites ei, (jam dudum nobis erepto,) remanemus, exemplum eſſe pergens, inex-



Maximil. victor, Pragæ excipitur.

pletæ prædicationis donorum DEI. QUID enim & *nos* bonorum poſſidemus, cujus ille non ſit princeps auctor; à quo deſcendit omne bonum; & exterminatur omne malum? Gratias ergò, gratiæ-*fonti* refundamus; jugiter-mananti, juges, & inexhauſtas.

XCV. Perfunctus porrò pietatis hôc, utì retulimus, officiô, DUX *Maximilianus*, & ex æde pauperum aſcetarum transiturus in arcem regiam; obvium primùm omnium habuit, quantum adhuc Pragæ ſupererat, *Eccleſiæ Sanctæ Metropolitanæ* Divi *Viti*, Collegium *proto-Canonicum*: veſtium & apparatûs eô, quem & qualem eis ea tempora permittebant, cultu; non, utì certîs Sacerorum in ſollemnibus, Infulâ decôris, & annulô pontificiô fulgentibus, mos erat: unde ſubinde, quot Canonicos, *totidem* te videre crederes *Epiſcopos*.

Inſtituerat antiquitus Collegium illud, ac *Sacerdotium Cathedraticum*, idem ille, qui magnificentiſſimam VITI *martyris* ædificârat baſilicam; in *Arce* regum ducûmq; Bohemiæ *minore*, ſeu *Ratſchimianâ*. Canonicorum, inquam, Cœtum illum introduxerat Arci, ſub nongenteſimum & triceſimum ſepti-

Anni 1620. Leo Galeatus.

ſeptimum reparatæ Salutis annum, (& adeò, biennio ferè priùs, quàm, in odium religionis, impiæ *matris* impulſu, ferrò verò *Boleslai* fratris, ac ſatellitum illius, è medio tolleretur,) DUX innocentiſſimus, WENCESLAUS. Is idem & Sacerdotum illi Conventui, Præpoſiti nomine, dignitatéque, præficiendum dederat *Virtutis, ac pietatis, ſingularis* virum, (308) Gerardum, (quibusdam & RADUM dictum,) natione *Bojum*, patriâ *Ratiſponenſem*; & interim linguæ, qualis *Bohemorum* eſt, *Slávicæ*, perquam gnarum: qui ſuos exemplô ſimul, & verbîs, inſtitueret, ad officium divinum, die noctéq;, *more Canonicô* peragendum. (309) Ad eam autem Gerardi morum ſanctimoniam, & imitationem, compoſita *flaminii ſacri* poſteritas omnis; per *annos* facilè *ſeptingentos*, ad præſentem uſque, quam degimus ætatem, duravit, fidiſſima Numini, concordiſſima Religioni ſanæ, chariſſima Regibus, Ducibúſque ſuis, legitimis; & Romanæ Sedis in omnibus obſervantiſſima: plurimîs licèt, ob conſtantiam illam, ærumnîs conflictata. Prætereo nunc (ut ad alia feſtinans) ſæva *Picardinorum*, & tetra *Wicleſiſtarum*, anale-



**Maximil. victor, Pragæ excipitur.**

cta; *Calixtinos*, hydrámque cæteram, diverſorum nominum, *Huſſitas*, *Taboritas*, *Roekizanæos*. turbida quoque tempora *Wenceslai* (quem appellant,) *Ignavi*; titubantia, Gyrzikónis (310) *Podiebraskii*; fluctuantia, Matthiæ *Corvini*, Wladislaíq; *Caſimírida*, (311) regni Bohemici competitorum: *novantia* denique ſectariorum *Auguſtana Confeſſionis*, &, Omnia, (præterquam ſeipſam,) Reformantis *Geneva-tralatitia*, turbamenta. Per quæ cuncta Bohemiæ-naufragantis æſtuaria, *Metropolitana* Pragenſis-Cleri *curia*, jam olim vetuſtîs à ſæculis domicilia tenens, Arci Regiæ conſerta; *tanquam adamántina* medios inter fluctus *Petra*, perſtiterat inconcuſsa. Noviſſimîs tamen hîs Ætatis noſtræ rebellionum turbinibus, incurſata (ſiquando ſuperiùs unquam,) immaniſſimè; *Fidei* nihilominus, ac *Fidelitatis* immobilitate, pænè ſeipsâ ſtetit invictior, & inſuperabilior.

*Primùm* enim *omnium*; Ad exortum *belli*, quod præclari *triginta-directores* illi, Matthiæ Cæſari, Ferdinandóque regi ſuo, movere cœperant, annô Sæculi præſentis duodeviceſimô; Pragenſem Archiepiſcopum, ac Regni Primatem, & Principem, *Joannem III.*

Anni 1620. Leo Galeatus.

*III.* cognomentô *Lobelium*, quòd is, ſub exordia motuum illorum, ac *præcipitationis* trium Prócerum, Viennam ſe ſubduxiſset: omni regnô deinceps excidiſſe, *proſcriptúmq; perpetuò*, rebelles declarârunt: niſi redux, *æternum carcerem*, ac mortem in eo, præoptaret exulanti vitæ. Tulit hoc, & abſtulit ſecum, impeditæ dejectæque ſtructuræ delubri *Cloſtergrabienſis*, (ſuô locô memorati,) pretium, inculpatus per omnia ſenex, *Archiepiſcopus*; ad uſq; lætiora reducta tempora relegatum ſe ſuſtinens, eò tolerabiliùs; quòd *Vienna*, procul oculis & odiis infectantis ſe *conjuratæ Pragæ*, degeret.

*Canonicorum* autem *Metropolitanorum* reſiduum, in clivo Ratſchini, *corpus*; abſente *capite*, diminutîsque membrîs, mœſtum exhinc *Pragæ* ſedebat: *Capitulíq;* ſub nomine, quod per contumeliam (ut putabant) hæretici, jam olim, *presbyterium Arcenſe* (312) nominabant; ex eodem illo tempore, variè premi vexaríque cœptum erat: *Optimum*, à *deterrimis*.

Inprimis autem exagitabantur, eorum, poſt Antiſtitem ſummum abſentem, *Primares*, quos vulgò *Prælatos* illic appellant: qui,



**Maximil. victor, Pragæ excipitur.**

tot inter aſpera, præſentes plerumque ſe fideli gregi reſervârant, ac præſtiterant. Inter quos, baſilicæ, collegióq; Canonico *Præpoſitus*, Simon *Broſius*; ex *Hornſtejniorum* nobili familia progenitus. *Decanus* eorundem, Gaſpar *Arſenius*., ſtirpis *Radbuſæa*; perinde nobilis, atque claræ. poſt hos, *Archidiaconus*, atque *Scholaſticus*; cum inferioris censûs Sacerdotiô, templíque cæterô miniſteriô. Neminem tamen, iſtorum, in quibus nunc exponendis verſamur, annorum acerbitas, aut crebriùs exercuit, aut turbulentiùs; quàm *Arſenium*, quem dixi, *Decanum*: Virum, cujus *facies*, ad prævidenda declinandáque mala motuum inſtantium, vigeret in anteceſsum: ac *dorſum*, pro Domo DEI, *tanquam murus æreus*, opponeretur.

Collegerat inquietus *Turrianus Senior*, anno proximè præteritô, poſt audax illud *trium* prócerum ex arce præcipitium, ſuæ factionis ingentem, (ut alibi dictum eſt,) exercitum: eúmque Septembrî menſe moturus in *Bucquojum*, ac *Tampierium*, à Collegio Canonicorum *cathedralî* poſtulârat equos, currus; & tormentorum bellicorum Vecturas: quas in caſtra perduellium, clientelæ,



Digitized by Google

telæ, pagíque *Canonicorum*, expedirent. Negavit cum Collegis, id ſe permiſsurum, *Decanus* Arſenius. nec permiſit : cauſsam interſerens, *Pro commodis ac fortunis Eccleſiæ regalis, non, contra rem, & ſanctiones Eccleſiaſticas; Pro Regibus ſuis, contra rebelles, non, pro rebellibus contra Reges & Cæſares, ſeſe jumenta ſua locare ſuêſse.* Quo reſponsô, *Vero* magis, quàm *temporibus* accommodatô, *nobiliſſimum* illud *Sacerdotium* ægrè, jam tum, bonorum ſuorum omnium jacturam effúgit.

Secuta, non multò pòſt, ejuſdem illius anni mediô Decembri, *Directorum-triginta* concors, & aſſidua, *decies mille ſexagenarum Miſnenſium* (313) *mutui* nomine (quod, opinor, fide Pœnorum, ſolveretur tandem ad kalendas Græcorum,) flagitatiô. Cùm autem, & hoc, cum *ſymmyſtis* ſuis, abnuente *Decanâ*, contractus hic chiragrâ laboraret, & ad dandum digiti ligati manerent, & immobiles; quantumvis iterum, iterúmque, ſollicitati : putabant hi præſignes populorum Bohemiæ cuſtodes, manifeſtam ſibi paullatim apertum iri *ſimplicis ovilis* januam, ad *gregem* penitùs deglubendum, & opulenta ſpolia

Maximil. victor, Pragæ excipitur.

lia detrahenda. Reſtabat; ut irruendi ſignum daretur. Id annô, mox ſubſecutô, datum eſt, eô rerum ac temporis articulô, quô dari, conſtanter negatum eſt: hôc eventu. Legerant Bohemorum ſeditioſiſſimus quisque, ſub Auguſtum exeuntem, (ut. in loco memoravi,) regem Bohemiæ, Fridericum, Rheni Palatinum: ac, præter urbis arcíſque tormenta currilia, reboare gratulationis ergô juſserant, univerſa templorum turriúmque, per tres urbes Pragæas, *æra Campana*: præ cæteris autem, & priùs omnibus, ea, quæ pendebant in arcis regiæ *metropolitanâ* baſilicâ, turritîſque faſtigiîs. Sed reclamans Arſenius animoſus; *Nunquam id nefas*, (inquit,) *aut nos homines admittamus; aut* DEUS, *ac cœlites, aſpiciant! ut, quæ nos* metalla *fecimus è profanis ſacra, populis ad altaria ciendis, nunc. éadem ipſa transferamus è ſacris ad profana, rebellibus excitandis ad latitiam, omni triſtitiâ deteſtabiliorem: ut* lætentur, cùm malè fecerint; & exultent in rebus peſſimis: (314) *quippe, ſemel ejuratâ legitimô diademate*, Regifugia *celebrantes*; (315) *ſed, alienô ſubſtitutô*, Vulcanalia *tandem experturi* (316): *de quo-*

*rum*



Digitized by Google

*rum infelici* rhamno, proditurus ignis, devoret cedros Libani. (317) *Sileant æra, nolæq; noſtræ; potiùs, quàm ſempiternum turrium noſtrarum opprobrium exinde Catholica loquatur poſteritas!* In hunc *Decanus* ſenſum dehortatus ſuos à compulſatione; collegas habuit omnes, ſibi conſentientes: ac templi miniſtros, obtemperantes. Sonuerunt Pragæ tres urbes: Arx, muta permanſit. *Arſenius*, extrema minitantem conjurationem, ægrè, nec, niſi ſuî ſubductione primùm, ad dies complures; poſtea verò, recónditîs admodum, ac diuturnîs latebrîs, effúgit. Non effugerunt autem calamitatem, in odium herile, *domus* Arſeniana; penetralium ſcrinia; domeſticáque ſupellex, univerſa fœdè direpta: viríque nomen ipſum, palàm, & contumeliosè, proſciſsum. Nec evitârunt item *Turrianæam*, & ſociorum prædonis illius, rabiem, *Arſenii* collegæ; præſentes, abſentésque: non, eorum vetus habitatio, domicilia, templum, facultates, ac reditus. Æris unius campani repreſsa, *Directoribus* invitîs, vox; omnibus paullatim fundîs, prædiîs, campîs, & argentô, Cathedræ candidatos, & primores, exſpoliavit.

Octo-

Maximil. victor, Pragæ excipitur.

Octobris anni decimi-noni dies quintus decimus inciderat ; incertum, quamobrem cæterîs ſolitô turbidior. Ad *Decanum Arſenium*, (ex illo primo menſis Auguſti diffugiô nuperrimè reverſum ad Arcem, & ædes ſuas,) venit Ædilis caſtellanus ; cum alio quopiam curiæ miniſtrô. *Directorum-triginta* mandatô, poſcunt, ex adytis templi principis depromi ſibi, Divi *Wenceslai*, *Martyris* ac Ducis, *gladium* : additô, Seſe, poſteaquam hunc inſpexerint, inviolatum eſſe remiſſuros. Sperârant autem utique, *Decanum*, aut cæteros, id, quod peteretur, negaturos ; & tunc, cauſsam initiúmq; Sibi præbitum iri, ſeverius quiddam in eos omnes decernendi. Sed, contrà, quàm exſpectâſſent, gladium Arſenius, Præpoſitô non repugnante, (conditione, quam ipsímet tulerant, *reſtitutionis* adnexâ,) miſerat : illíque, quod hàc tenus calumniarentur, non repererant. Nihiloſecius tamen, exagitationis-illorum deſtinatæ voluntati conſtanter inſtiturì ; dimidiô nondum horæ translapsô, mittunt *Kuttnaurum* quendam, qui, *Directorum* eorundem imperiô, (nimirum, eò temporum ac rerum ventum erat, ut *Cardui terebinthis*, *& pro-*



Digitized by Google

*& profani Sacris, jura dare, jus fásq; crederent,*) decanum *Arſenium*, ac Præpoſitum *Broſium*, in templum ſummum conferre ſe, ſimúlque templi *claves* apportare, juberet: Utq; ſubmiſſi protinus à Directoribus *Inſpectores*, à templi præſidibus evocatis, rerum, ac ſupellectiliũ baſilicæ, conſcriptum *Indicem* exigerent: argentô cluſa Divorum crania, ſiqua ſupereſſent, ad Ephoros deferenda, poſcerent: quæ verò cuſtodiæ cauſsâ Monachis Emmeramæis *Ratiſponæ* commiſsa forent (utì ſanè tamen non fuerant, ſed commiſsa, ſimulabantur,) ea, quintumdecimum ante diem reportata, templo ſiſterentur. Novô præterea decretô, per eundem ſatellitem, eodem adhuc die, *Canonicis* allatô, mandatum à *triginta tyrannis* illis, pluſquam *Lyſandraîs*; (318) ut intrà triduum proximum ex *Arce* migrarent: aliam ſibi forìs ſedem quæritarent: templô clavibúsque templi, cederent: pedem intrà baſilicam poſthac inferre, perpetuîs annîs caverent: ibidémq; priſcis operari ſacris, capitis piaculum fore, nôſsent. Quæ cuncta, ſubigente temporum iniquitate, ſicut imperata, ſic ad *Turmi* ſociorúmque nutum, effecta ſunt: ne, reluctando,

**Maximil. victor, Pragæ excipitur.**

do, primates illi Sacrorum, furorem impiorum ad publicum Religionis totius excidium inflammarent. Latentes in præſens ſub favilla *pietatis* igniculi, ſpem nutriebant, reparandæ quandoq; radioſioris Lucernæ. Tunc igitur è *Decani* manibus, in manus emiſſatiorum, translatæ loci Sacroſancti *claves*: concluſæ, ſignatæque, templi fores omnes: ad ſingulas ſingulæ militares appoſitæ cuſtodiæ: nec patefactus cujquam deinceps aditus, ab Octobris die ſextodecimo, quoad dies illuceſceret, (qui feliciùs in nubilo, ſe cohibuiſſet, & Acta ſua,) Novembris Quartus; Friderici Coronationi clauſtra pervia diducens, ac laxans. per quæ tamen, eodem cardine temporis, in *annum ſolidum*, & *dies* quinq;, *Catholici* ritûs ſpes exivit; &, evocati Genevâ *Calvini* manes intrârunt: cùm *Abrahamus Scultétus*, & aſſeclarum illius impia natio, templum illud ſubierunt. Octobris præterea duodeviceſimô, Sacerdotium Metropolitanum omne, ſicut imperatum ab expulſoribus erat, Arce regiâ, domiciliîsque ſuîs, Arci conſertîs, decedens; in Ratſchini partem, caſtello regio ſubjectam, mœrens abierat. In ædes illic, *Canonicis* antiquitus com-

communes, unà sese retulerant. cùm eorum interim ædes, Sectarum quà *flaminium*, quà *seminarium*, occuparent. In *Divi Viti*, Sacra divina, quæ sparsim alibi fiebant, eâ tempestate jacuerunt. in tribus urbibus, pro psalmis, lamenta personabant plebis *orthodoxæ*. suprà caput urbium, in Æde maxima, ter quotseptimanis, terni de turre pulsus æris Campani, populum, ad Calvini doctrinam auscultandam, advocantes: psalmi Lobwasseriani, cantilenæ, criminationes Pontificiæ-disciplinæ, glisscebant. cùm, inter hæc, *Collegii Canonicorum* omnes fortunæ pessùm irent: agri, fundi, pagi, vel oppidula, venundarentur, pignori nonnunquam opponerentur, aut ab alienissimis occuparentur; domini contrà legitimi, magnâ rerum inopiâ conflictarentur: &, ad summam! nemini minùs *canon* suus, quàm *Canonicis*, obtingeret.

Sed inter hæc, quamvis in omnem universim Ædis-Maximæ *clerum*, Turriani, cæterorúmque, ferocia bacchari pergeret: in *tria* tamen illius capita furiosiùs incumbens, priùs nihilominus in suîmet exitium, quàm illorum in exscidium, sese consumpsit. Horum, è Canonico corpore, Primatum, unus erat,



Maximil. victor, Pragæ excipitur.

*Simon*, templi, collegiíque ſacri, ſicut ſuprà monui, *Præpoſitus*: quem terroribus ſuîs aſſiduîs eò redegerant, ut *domô*, quam inſederat, *Communi* relictâ, totóque Ratſchini clivô deſertô, clam aliò recederet: poſtremóque *Fürſtenbergicus* in ædes, ignoratus plerisque, ſolísque priſcis amicis ſuis agnitus, ſeſe reciperet; latendi, periculíque declinandi, cauſsâ, *Pragam* ſibi vertens in *inſulam*, & exilium. Alterum, è Clero cathedrali, ſibi ſumpſerant inſectandum rebelles, *Joannem Tiburtium*, cognomentô gentéq; *Kottvvam*: Canonicum quidem Ædis ſupremæ, ſed interim gratuitò, ſolandis & erigendis ad ſpem *Catholicis*, *Eccleſiaſten* agere ſolitum ad Divi Jacobi; *Conventualium*, quos vocant, Ordinis Divi Franciſci Seraphici. Locum autem, ac cœtũ illum, oderant rebelles; quòd (ut locô ſuô diximus,) anni decimi noni clade Mansfeldicâ, victoriâque Bucquojanâ, ſollemniter exſultârant. Suggeſtum verò concionalem deteſtabantur: quoniam *Tiburtius*, quem dixi, proximâ Divi *Jacobi Majoris* feſtâ luce, ſuper ambitu dextri ſiniſtríque lateris, in Regno Chriſti, diſcipulos improbans; flexum interim ſermonis torſiſſe vide-

videretur in eos, opinor, qui, Suô non contenti, Foris Imperia prensarent, & arriperent: *Nescientes* ipsi, *quid peterent*, aut acceptarent. Concione solutâ; dilatus locus, suggestus, cœtus, incolarum est, in aliud opportunius pœnæ tempus: arreptus autem *Tsburtius*; &, vir rebus omnibus ornatissimus, aliquamôque pòst, virtutum meritô, Litomericzensis futurus Ecclesiæ Præpositus, & Gitczinensis cathedræ designatus Antistes, in custodiam *Curiæ Pragæ veteris* publicam abductus. ubi per menses, Augustum, Septembrem, Octobrem, desedit: ad adventum usque rumorum, de Bavaro DUCE, Pragæ mœnibus imminente. *Servilis* armorum, ac Ducis huius, apud rebelles ac reos *timor*, dimisso Tiburtio *libertatis* fuit restitutio. *Tertius* denique, quem insigniùs *Calvinianorum* furor exercuit, is fuit, quem sæpius in superioribus produxi, Gaspar *Arsenius* Radbúsa, *Decanus*; vir (ut Pesîna Czechorodius ait, in tertio Phosphori sui Radiô,) *prudentiâ*, *rerúmque*, siquis alius tunc, *usu præstans*; *qui pro re Catholicâ multa sustinuit*. (ipsa refero genuina Scriptoris verba.) Ne verò postea quoque pauciora



Maximil. victor, Pragæ excipitur.

manerent eum, ſuſtinenda; *Friderici* Palatini fecerant anguſtiæ pecuniariæ.

Propinquabant, contrà, quàm exſpectârant conjurati, *Ferdinandi II.* Cæſaris copiæ vindices; *Fridericum* pulſuræ. Quo totô poſtremô tempore, facies, ac vultus, Cæſaris cauſsæ faventium, aut adverſantium, erant (ut quiddam dicam inſolitum, ſed argumento congruum,) veluti linguæ *gnómonum* in horológiis: *Catholicorum*, ad læta belli, lætus; ad triſtia, ſubductior. *Acatholicorum* autem, è diverſo prorſus, & oppoſitô, propemodum in horas alius, & alius, è vento rumorum. Utì quæque *Cæſarianorum*, ac *ſacri-fœderis* copiarum, ſecundæ res, aut adverſæ, nuntiarentur è caſtris, in urbes Pragenſium: exinde vultus fingebantur, aut diffingebantur; hilares, aut truces; lucidi, luridíve; ſolares, aut ecliptici: triſtes ſæpius, *heterodoxis*; noſtris, ſereniores. Si narrata Bucquojanorum cum Bavaricis conjunctio: ſi Strakonizii, ſi Grienbergæ, ſi Montis-Gigantum, occupatio: ſi Piſeccæ per Cæſarianos exſcidium; ſi Rackonizii mœnium verberatio, Straſsoniziíque fixa ſtativa, vel copiarum ad Pragam feſtinatio, referrentur. Omnes

Omnes in hæc ſi conticuiſsent; *Vultus* tamen perduellium loquebatur, *male rem geſtam*: ſilentium autem explicatæ frontis *Catholicorum*, narrabat, *bene bellari*. Diſpar hinc, utriuſque partis, pugnandi, vel voluntas, vel fuga: Primíque *tetricorum*, ab ipſo quoque *Friderico*, notati ſunt *milites*, quos *VULTUOSOS* vulgò nominabant; ob nulla, jam dudum, *ſtipendia* ſibi ſoluta. Voces audiebantur, ac fremitus, transfugia minitantium, aut omnino baltei-diſcinctum; niſi *ſolutio* repræſentaretur. Poſcebatur argentum *Fridericus*. Hujc autem, unus hic *Regius Annus*, argenti tantum effuderat, quantum anni reparare *vix decem* poſsent. Donârat, quantum ſupplere, niſi reciprocæ donationes, aut rapinæ, non valerent. Angebatur igitur, *facilis miſereri, Princeps; difficilis, ad inveniendum, unde miſeraretur.* Monſtrabantur anxio, digitîs ſacrilegorum, (è ſchola *Calvini*,) Verrium Sicilienſium, ac Dionyſiorum Syracuſanorum, artes; & imitatores, ad rapiendum, ungues. Laudabatur, ut prædæ paratum, in propinquo, *Canonicorum gazophylacium*, ſeu ciſtîs reconditum, ſeu terrâ defoſsum. inaurata Divorum, au-

 rôque

Maximil. victor, Pragæ excipitur.

rôque ſolida, donaria : copioſum argentum, factum infectúmque : gemmæ, margaritæ, calices ; pollúbra, candelabra. *mentitum eſſe* Decanum *Arſenium, qui, Ratisponam translatum eſſe baſilicæ ſummæ theſaurum, præ ſe tulerit ; cùm is intrà Pragam etiamnum revera lateat : unde ſtipendium conflari menſium plurimorum poſſit ; ut, ignavè quieſcens pecunia, per caſtra, manúsque militum, diſcurrere diſceret. Pecuniæ filiam, eſſe Victoriam.*

Conclamant in hæc, *Enimverò, non ferendam ulteriùs Decani fallaciã ; Regem, regnũ, caſtra, circumſcribentis : ſed in publicum* Minoris-Pragæ *carcerem eſſe raptandam.* Alius autem aliunde ; *Non ſatìs hoc fore verſuto viro ſupplicii ; ni tormentis etiam in eum, & equuleîs, ac laceratione membrorum, exempla fierent.* (319) Placet his hæc útraque ſententia, crudelitatis inſtigatrix. Utrumque, fidus collegis Sacrísq; ſuis, *Arſenius*, experturus ab inimicis erat. Præſtò ſunt, qui rapiant in catenas illum, ſatellites. parata, cruciatuum inſtrumenta Phalaridæa. Vox hoſtium una, per univerſos : *Aut verum exprimemus ; aut theſaurum.* At, horum clam certior factus, & momentô temporis exoticas

cas indutus veſtes, *Arſenius*; evolârat ædibus ſuîs; non plus horæ dimidiæ ſpatiô, priùs in ædem, ac tecta, *Patrum Cappuccinorum* ſubductus. Unde tamen, haud multò pòſt, ſubmovit ſe: ne fortè, nec ipſe tutò lateret; & hoſpitio ſuo malum acciret, (utpote, mox à veſtigantibus, in triduum uſq; quæſitus) ſiquô tandem caſu deprehenderetur. In ſuburbana ſe proinde loca tranſtulit. *Albo* quippe *Monti* vicinum, Ordinis *Benedictini* cœnobium, ſuggreſſus: ſub *Divæ Margaritæ* Virginis-Martyris, (qui loco *Titulus*,) ſcutô patrocinióque delituit; *aſpidis, ac baſiliſci*, ſicut illa, victor, & tutus: donec, unicô ſolô conſciô comitéque pediſequô (qui, nobîs hanc *Medullam* condentibus, ante quadriennium adhuc *Pragæ* ſuperſtes ferebatur) *Pragam* ipſe quoque, diffictus in civem *Budinenſem*, intravit; quartô, priusquam eandem urbem *Maximilianus* DUX victor ingrederetur, die. (320)

Potuit, *Canonicorum* hic *hyperaſpiſtes*, (321) in DEO, Chriſtianâ gloriari modeſtiâ; *Transîſſe ſe, per Ignem* æſtuantium ſollicitudinum, *& per aquam* vallis-lacrymarum: ac denique tamen *in refrigerium eſſe reductum*;

*ctum* ; utpote, conviƈtui redditum, & latibulo, dulciſſimi Collegæ ſui, Simonis *Præpoſiti*. cujus & conſiliô *Decanus*, & invitatione, redierat ad umbraculum *Fürſtenbergiorum*-aulæ: donec illuceſceret dies Lunæ, *Novembris nonus*. Cujus diei diluculô, ſpe Ducis Viƈtoris, urbem-ingreſsuri, conceptâ; compoſuerant ſe, quotquot pii convenerant, occurſui Viƈtoris, & gratulationi.

Pomeridianô deinde tempore, ſicut dicere cœperam, progrediuntur, è *Pragæ* latebris, in *Hradczánum* (nobis Rathſchinum) *Simon Broſius*, Baſilicæ Metropolitanæ Præpoſitus; & *Gaſpar Arſenius*, Decanus: iidem hi, quos ſæpe jam prædicavi. Qui primi totius Sacerdotii Pragenſis, *Victoriam* Maximiliano, (velut ſuperiùs narrare ſum orſus,) in propatulo *gratulati*; ſeſe, collegas ſuos, eorûmque fortunas omnes, & Sacrorum in Arce regia ſedem ereptam, ſubmiſſione flebilî cõmendabant: ac *repetundarum* hoſtes ſuos poſtulabant. ídque faciebant, nullâ (quod potuerant tamen) meritorum ſuorum inſpersâ mentione; ſed multâ religioſiſſimi DUCIS, in ſua cujque reddenda prompti, fiduciâ. Quantò ſermo *brevior*, fugâ

fugâ metuque molestiæ. DUCI excandescit, cautò gratur, ut nulle negotionis compendium festinanti, fuit. Igitur, *singulari benevolentia significatione* (quod ſignate *Pelina* refert) *excepit*, ſpem DUX ſecit reſtitutionis indubitatam; promiſit, Principis gratiam demeritis eripi poſſe; verò promiſſo fidem, in pignus iuriſque ſuppliciam, illi porrectâ *dextrâ*, qua gladium in acie tortaret. *Mucro forti*, lingua pondus *firmavit*.

XCVI. At, his longè diſparis, verbum ſit mihi, habenulæ *Maximilianæ* recurrit, ab eodem ipſo temporis, & loci veſtigiis, ſive alia, iſique Primatibus, ſed *Severorum* exſortibus; quorum duæ, *metathesi* literularum cancellatâ, (pro generis, ac ſtirpis, reverentiâ,) nimia nihil, quàm aperta vocabulorum meditatæ, nominabuntur; *Luxemburg Pelagius*, agnomentò *Germanus*. Hic, ut in Annum decimum octavum obiter eſt animadverſum, in illò trium Procerum Cæſarianorum truculento præcipitio, cum aliò quopiam, regni ſatrapâ, vices regias obtinente, ſedulùm in partes à *Turrianis*, & ſeptuaris, euſtimavit *suspiridii* (quid enim in eum dicere podium lenius?) blandimia pro-



Maximil. victor. Prage exhibitum.

mùm uxoris Huſſiticæ, deinde nonnihilò *ſpecioſiùs*, id ſe *ſervatoribus* ſuis in vicem debere gratiæ; ſi ſe reciprocè transverſum agendum à Sacris majorum, ad placita *Novatorum*, præberet. Quod igitur omnes eouſque *Pelópidæ* ſemper horruerant; ex *orthodoxo*, quin & *Priore* (quem vocabant) *Sanctæ-Mariæ*, factus erat *Calixtinus*, & Utraquæus: *Catholicum*, inter hæc, nihilòſecius agere ſibi, per omnia, viſus. quod eorum tamen credebat nemo, qui, medullitus Catholici, ſciebant; *Vinum Falernum, & acetum transtiberinum*, nunquam maritari. *Pelopius* autem, poſt ſuum ad *Huſſitas* tranſitum, non modò numero *triginta-Directorum* inſeri ſe paſsus erat; ſed, ſub hæc, Regiæ quoque Pragææ, quin &, Regni totius, *Præfecturam ſupremam*, ſuſceperat: quam, ſi fidus *Turriani* rebus, & *Palatini* commodis, reperiri ſtuderet; adminiſtrare ſinè *Cæſaris* injuriâ, *ſuâq; perfidiâ*, neutiquam valeret. Hic talis itaque, receptui nunc tandem canturus; ad *Bavariæ* DUCEM, vela vertit. quem proin, à *Capuccinis*, & *Proto-Canonicis*, in Regiam pergentem, interpellare cœpit occurſu ſuô, *quinque* cum *Sociis*,

Anni 1620. Leo Galeatus.

*Sociis*, ejuſdem conſilii popularibus. inter quos tamen, (eô quidem die temporéque,) non fuit, quem hiſtoriographus Saxoniæ fuiſſe perhibet, aut ſubindicat, (322) ſupremus Regni Bohemiæ tablini præſes, *VVenceslaus Guilhelmus Raupovva*: quippe, cum aliis quibuſdam, eodem ipſo die, poſteáque, fugæ *Friderici* comes, & aſſecla perofficioſus; utì ſuperiùs expoſui.

*Pelopi* porrò, ſociorúmque, negotium erat; poſt demiſſam Victoris, adventitiámque, venerationem, *libellus ſupplex*, ei porrectus. In hoc, audaciâ propemodum inverecundâ (tanquam & hìc charta non deberet erubeſcere) poſtulabant: *Salva ſibi manerent, & incolumia, Regni Bohemici privilegia*: Litteræ-Majeſtatis, *in vigore*: *libertas exercitii, ſuorum cujque rituum, ac Sacrorum. Immúnitas, urbibus Pragis, à militaribus præſidiis* publicitus: *civibus verò* privatim, *à contuberniis, & alimentis, bellatorum. Præterhæc autem, inviolata res; domicilia, fortunæ, corporáq; ſuorum, ab injuriis, & violentiâ militum.* Præteritorum *demum, adversùs Cæſarem, memoria peraquè, vindictáque, nulla; quàm eorum, quæ necdum in futurum acci-*

*diſ-*

Maximil. victor, Pragæ excipitur.

*diſſent*. Ad ſummam! exigebantur à generoſiſſimo DUCUM, quæ nec *ratio* conſultrix dictâſse, nec *conditio temporum* examinâſse, videretur; ſed *Impudentia* ſcripſiſse. Quibus idcirco *Maximilianus* (jam olim transfugio *Pelopii* ſuccenſens, per famam dicto,) non mandatîs alii reſpondendi partibus, ſed ipſe *ſuîſmet* ſtatim verbîs, ſê pariter, & illîs, digna repoſuit: dum eis, circumſtantibus & ſuîs, & Bucquojanîs, in hunc ferè modum occurrens; *Si veniret*, inquit, *ipſa, cælô deſcendens, INNOCENTIA; quánam aliâ, majoréque, confidentiâ poſceret pro ſe, quæ vellet; quàm, quæ nunc ad lubidinem ſuam, horum ſibi flagitat mala, reáque, Conſcientia? Nimirum, intrà Pragæ mœnia* Jeroſolymam *nobis, ſub* Iſaia. *renovant* (323): quaſi gens, quæ Juſtitiam fecerit; & Judicium DEI ſui non deſeruerit; *ità jus ſibi, quod non habent, dici volunt: ac ſua reddi, retinerique, quæ rebellione jam olim amiſerunt: neque ſibi modò ſolis, ſed Regno, quod everterunt, Bohemiæ; cujus famoſi, non* Directores *magìs, quàm* direptores, *tribunalibus præſedêre. Vos, vos*, (ait, in eorum ora vultu verſus, & oculîs,) *Vos*, Poteſtatem legiti-

gitimam, *crimine Majestatis labefactâstis. cujus sceleris ne pœnas daretis, dare populis jura cœpistis; vosmetipsos gubernaculis intrudentes. Hôc si more vulgò deinceps vivetur in regnis; ut Subjecti nocentes, evitandis dominorum pœnis, Dominos seipsos constituant: ubi dominicum ullum vigebit obsequium? ubi Paulinum, ex ore manuque DEI, decretum? cujus novissimum, in perduelles*, fulmen, *effectu non carebit. Læsistis* DEI ministrum, Regem? TIMETE! non enim sinè causa gladium portat. *Læsit aliquis DEUM pariter ipsum, perfidâ Religionis ejuratione? duplô timeat!* Rex, DEI minister est, vindex in iram, ei, qui malum egit. (324) *Quid est igitur? aut quo jure quæritis, constabiliri vobis* vestra; *qui, perduellione cunctîs amissîs*, Vestrum *jam dicere potestis nihil: præter Scelus, & iniquitatem?* Privilegia *flagitatis; qui* supplicia *vix evadetis.*

Dixit, pius juxtà, magnanimúsq;, DUX: & dicendo, Sex supplicibus illis, clarè per genas & ora fluitantes, lacrymas expressit: (325) ante cæteros autem, (ut ex iis, quæ pòst aliquantò narrabuntur, trahi conjectura poterit,) præfecto Regiæ, *Pelopio*, cujus

Maximil. victor, Pragæ excipitur.

cujus in animo tamen, & aliàs antehac, molles ad pietatem ſenſus, & ſcintillantes quidam igniculi, (poſt defectionem etiam, ad Calixtinos,) deprehendebantur; quaſi reſides ad pœnitudinem impulſus. Hæſiſſe verò diu, poſtea quoque, credi poſsunt; cum inſignî Calvinianorum odio fugâq; conjuncti. quod totum, quale ſit, delibâſse ſtrictim, haud fortaſse fuerit extra commodum, & inſtitutum.

XCVII. Quo tempore, jumenta, curſus, ſubvectiones, poſtulantibus in caſtra ſua, contra Cæſarianos, Directoribus, *Canonici* principis-templi renuerant, ſe conceſsuros, ob cauſsas, quas locô ſuô retulimus: habitâ ſuæ dignitatis, in ea repulſa deſpectæ, ratione, plerorumque votîs ac vocibus, in concilio rebellium prócerum, in eam itum erat ſententiam; quæ bona fortunásq;, tam illius regii Sacerdotii, quàm ipſiúsmet auguſtæ baſilicæ, decretô publico verteret in rapinam peſſimorum. Optimatium; & in ſtipendii militaris improbiſſima ſubſidia. Quô minùs autem id illico fieret; interceſſit, cum *Tyna-Horeſſiô*, dynaſtâ, paucîsque quibuſdam aliis, civilioris indolis conſeſsoribus, primô

mò facilè locè, fudibque, (quantumvis *Dicæologi* ipsi quoq;) *Pelopius Cervarius*. Servavit *arcanæ mali* virtus, & victum contra quos *aperâ Satyrâ* violentus *Turnus* excitò dabat. (316)

In auri, proximè præcedentis, *Annulo simus*, (quem, superiore voluntiè retulit, fratris *Abrahami Scultetti* Calvinismi pulpiti rabulæ, studium, & extortum ejus, cum *in Crucem* ab Servatoris nostri generum omnium effigies, ligna, figillique, statuæq;, confinium Germaniæ, & Bohemiæ pyræ ferent excitabo proxima jamjam curabit & illa, longè pulcherrima *Crucifixi* statua, quam impiè regiò formandam *Norimbergæ* Rudolphus II. locârat: ac supra mausoleum basilicum desiguatum curârat. Sensit autem, quam interitum immineret, casù tunc interveniente, *Pelopius*, qui, prinsquam manus illi trucidationiores, ac faces, altercantur; arte, placidiq; molimine, revulsum inde simulacrum, sine transportandum in ædes, involutum, dedit *Servatorio* fuit (quantum in ipso fuit, ac mente vixit,) *Servator* ipse, quod posset, futurus. (317)

Idem ipse, turbidis illis *Bonnenbergen-*



des

diebus, quibus Solſtitium-hibernum aſtra miſcebat, ſicut impii nebulones illi regnum, & aras; non refugerat *Pelopius*, cum *Rudolpho Terczæ*, Barone *Lippaô*, nonnullîsq; cæterorum, quamvis omnes eſsent *Utraquai*, conſiliô ſubinde, ſolatiôque familiarî, *Canonicos* orthodoxos, à *Calviniſequis* exagitatos, erigere: ſceleſtam ſacrilegorum impietatem, in aras & ſacra, devovere; totúmque Pragæ Calvini-regnum in Inſulas, & Ægypti ſolitudines, reſcribere. (328) Quibus in eos Dirîs odiîsque die quodam differtus, & ſpumans, *Pelopius*, (is dies, anni decimi-noni, Decembris viceſimus erat,) in conſeſsu plurium, deſtinatam inſequenti luci convulſionem altarium, imaginum, & reliquiarum ſacrarum, præ cæteris intentè fervidéq; diſſuadere cœpit ipſimet *Friderico*; cuj, tanti Sacrilegii patrandi cauſsâ, *Sculteto* impius ſupplicare non deſinebat. Friderico *Pelopius* verbîs, quibus acriora nec *Orthodoxus* quiſpiam uſurpâſset, in mentem redigebat eventa, ſuppliciáque ſuperiorum temporum; quibus audaciam profanandi ſimilem, in Æde præſertim *Metropolitanâ*, luiſsent, divinitus útique caſtigati, vaſtatores Eccleſiarum. *In quamvis*

*alium*

*alium recidere poſſe, quod in quoſdam recidiſſet, ultionis exemplum. Deponeret igitur Iconoclaſmi cogitationes: animi decreta reſcinderet: pernicioſa Sculteti poſtulata compeſceret. Non eſſe, talia tunc agendi, vel tempus, vel locum: nec item, cauſſam, aut emolumentum ullum.*

Viſus erat abſterruiſſe vacillantem. non abſterruit. Præpotuerunt, in animo viri validior, Angla conjux, Sculteto patrócinans; in auribus fratris, Ludovicus germanus, Calvinô plenus; &, impietate plenior, *Erufridus* quidam, gente familiâque, *Berbersdorffius*, aulæ ſectariæ domeſticus-baſiliſcus. cuj virus hæreſeos inſitum, & innatum; intima, cum Palatino, rerum mentísque communicatio; munus autem in Regia, *Comitatus caſtellanus*, proregio muneri proximus: *Calvinianis* denique vel ideò pretioſus; quòd hic ipſe *Berbersdorffius* unus fuerat eorum, qui ſe gloriarentur, è regiæ feneſtris in præceps egiſſe, *Philippum Fabricium*, arcanorum cuſtodem, ac dejectionis Trium-prócerum illorum collegam. Hôc homine deteſtabilî, cum cæteris *Sculteti* cauſsam apud Fridericum non modò laudante, ſed & ſuîsmet



Maximil. victor, Pragæ excipitur.

ſtatim manibus, ac miniſteriîs, promovente; decernitur denuò, (protinúsque, poſterum in meridiem,) imaginum, ſtatuarum, & ararum, confractio. fiúntque die, divo Thomæ ſacratô, Pragæ, quæ *Thomas*, apud barbaros *Indos* erectione *lapideæ Crucis* Meliápore, quindecim jam dudum ante ſæcula, prædamnârat. (329) Fiunt, in ſummâ, quæ nos facta, ſub anni præcedentis exitum memorabamus: & in annis, aliquantò ſuperioribus, geſta Berlini, mandante Sigiſmundô Brandenburgicô, cum *Electrice* deplorabamus. Metropolitana baſilica, *ſtabulum Augiæ*, fiebat.

Venit, die cœptæ vaſtationis alterô, (qui Decembris viceſimus ſecundus, & poſtrema Dominicarum *Adventûs* erat,) in templum Regium *Pelopius*. & in templo, temporis illoipſo tunc punctô, Scultetus erat; labori demolientium aras operarum hortator inſtans, & encomiaſtes. Is, viſô jam eminus *Pelopiô*, libertatem veritus oris ejus; actútum ſe ſubduxit. At *Pelopius*, conſpectâ tantâ paſſim ſacrarum rerum omnium ſtrage, ſtupefactus pariter, & indignatione maximâ repletus; in abſentem éadem, quæ profuſu-

ru

rus in præſentem fuerat, orditur ſpuere maledicta. *Quæ facies hæc*, (inquit,) *tigridis, & non paſtoris, animarum? hæræ ſunt iſtæ, lanienáq;, ſpectacula: non ovilis, & cuſtodum ejus, ô*, Reformatores! *Et vos, filii Beliális, non Eccleſiæ; non, Chriſto fidelis grex, ſed Antichriſti ſatellites, & emiſſarii*; Joannis Sternbergii, *toparchæ, tumulum*, (monſtrârat enim hunc ei pediſequus, deturpatum,) *quem veſtri pedes nec tangere quidem digni ſunt, fœdare ſuſtinuiſtis; icone Chriſti, cruci-ſuffixi, decuſsâ de marmoris Porphyretici ſepulcrali tegumentô? qui neſcitis, utrum, & ubi locorum, aliquando ſortituri ſepulcrum vosipſi ſitis? in ſublimine, pendentes? an, ad Inferos vivi mortuíve, cum Abiróne, Core, Datáne, vel epulone purpuratô, deſcenſuri? Non poſsunt hæc eſse tam atrocia, niſi præludia tragœdiæ, paullò pòſt in luctum exituræ. Diræ te perdant, Scultete nefarie! cum hoc inſtituto tuo tumultuoſo, Superos impugnante! Malè faciant tibi, malorum omnium opifices, ſpiritus, cum Inſtitutionibus*, Calvine, *tuis! quarum æſtrô furiati, tranſeunt homines, in Cacodæmonas; merguntur ſacrorum exciſores, in Tartari barathrum; vilipenditur, & exinanítur, in conculcatis Crucibus,*



Maximil. victor, Pragæ excipitur.

*pretium Sanguinis* JESU *Crucifixi. Nunc odioſæ vices hæ redduntur, Amori Servatoris? bellum, & furor, in monimenta redemptionis? Sic ibitur ad Aſtra?* (330) rupítque ſermonem; & abiit.

Non contentus autem his *Pelopius*, transiit & in Regiam: &, alloquiô ſtatim impetratô *Friderici*, ſtomachi bullientis reliquias exonerare, liberrimi vir oris, in nullo pepercit: éadem, ac pleniora, diſſerens apud ipſum, quæ modò ſonorîs vocibus per omne templum in *Iconoclaſtas* eructârat. Fructus alloquii fuit, *Friderici* nonnulla ſuî, ſed flexuoſa, purgatio: tumultuum illorum, in importunitatem *Sculteti*, retorſio: fragmentorum, ac tabularum, eodem adhuc veſpere, properata collectio; totiúsque ſacræ farraginis, in ſacellum Adalbertinum amotæ, concluſio: Palatini demum, apud Comitem Turrianum Seniorẽ, (utpote, *Puritanum* jam, ipſíq; concolórẽ,) in *Pelopium* querelæ, poſt tergum, & in abſentẽ; ceu tumidum, arrogantem, effrontem, ac ſibi moleſtum; voces ſemíneces, atq; ſeræ; quippe, regii reſpectûs pondere, pænè jam apud plerosq; *Subutraquaos*, depretiari cœptô. Nempe, *ſeſquumenſtruus* in ſolio



Digitized by Google

folio *Fridericus*, jam tunc, non serviebat totus; multò verò minùs, totus regnabat.

*Pelopius* interim, tantò pòst ad *Bavariæ* DUCEM *Maximilianum*, cum suis, de Libertate religionis, alísque, (sicut retulimus,) *pactîs deditionis*, veniens: putavit fortassis, eádem se libertate dicturum apud hunc, & victurum; qua nuper apud novellum regnatorem. Sed, qui mutum sibi finxit *agnum*, aut *vix bidentem*; LEONEM, (ut vidimus,) invénit, in hoc Duce, GALEATUM: cujus Vox, per cássidis rictum, paucîs, sed horrendùm, rugiret.

XCVIII. Cæterùm, durius aliquantò, præcisiúsque, sed meritîs & ipse suîs dignum, à *Bavariæ* DUCE responsum, per eos dies abstulit, miles *Fridericianus*; qui, quantúsque, prælio *Montis-Albi* supererat; & in Urbe-Veteri Pragæ sese colligens è fugâ, confederat. Missionem hic, & incolumem sibi, rebúsque suis, abitum ex Urbe, DUCIS ab indulgentia rogitabat. Utrumque cùm ad *decimum Novembris diem* impetrâssent, & jamjam exituri crederentur; repentè mutavêre sententiam: &, abituros se, negavêre; nisi persolutîs sibi, non quidem



Maximil. Pragæ res ordinat.

ab alio, ſed ab iis, qui ſe conduxiſsent in arma, ſtipendiis: id eſt, à regni Bohemorum Ordinibus, iísve, qui pro *Directoribus*, interregni tempore, ſeſe geſſiſsent. Decimum octavum *jam fluere* menſem, *ex quo (dictu lacrymabile!) lacerîs plerique corporum indumentîs, magna verò pars, & membrîs, inanî ventre, ſucciduîs genibus & viribus, à quæſtore-caſtrorum argenti nec* síliquam (331) *acceperint.* (332) *Darent ſibi, qui conduxiſſent operam ſuam*, Bohemi, *quod ſuum eſſet: & receſsuros ſe.*

Facta ſunt iſta, dictáque ſunt, in area patente, foróve, Pragæ-Veteris; locô, cæteroquin antiquitus jam, à *Drahomîræ* præſertim temporibus, cædium frequentî ſimùl, & amicô. Non reſpondit his, decóri ſervantiſſimus, *Maximilianus*: ſed, partibus ſuîs impoſitîs ductori mille peditum *Hajmhuſio*, viro, manu linguâque prompto; dici *Vultuoſis* (illis ipſis ſcilicet, quos ſuperiùs attigeram, in Friderici cauſsâ nummariâ,) præcepit; *Erubeſcerent*, ob id *invocare jus & tribunalia*, cujus *eis nulla conveniret* Actio. *timerent, illius* operæ *flagitare pretium, cujus inire pactionem, neque conductor potuerit, neque*



Digitized by Google

*que locator: quippe, legitimam adversùs majeſtatem pugnantis. Nec intereſſe, Pridémne bellare nefariè cœperint, (utì ſuâmet prædicatione fecerint, ante menſes octodecim:) an pronúper; utì nudiustertius adversùs Cæſarem adhuc in acie ſteriſſent.* Quod *enim* ab ipſo ſtatim initio fuerit infirmum, tractu temporis convaleſcere nunquam potuiſſe; (333) *niſi tandem ad facinoris, & ultionis, incrementum.*

Hæc, & ſimilia talium, *Hajmhuſiô* dicente, non repreſsus *malè-contentorum* illorum ardor, ſed ampliùs incendi cœpit: ſeditionis ſimulacrô quodam pleriſque furiosè legatum DUCIS cingentibus, & incluſo minaciter inſtantibus; clamoſiſſimô quôque vociferante, *Vel nunquam Pragîs ſe, vel ſtipendii compotes, exceſsuros. Id ſi nemo numeraret: jus ergò ſibi copiâq; fieret, impetum in eorum ædes, & arcas ac poſseſſiones, faciendi; quorum auſpiciîs, ac delectu fidéq; militâſsent. An latêre ſe, quibus Urbium-trium vicîs ac regionibus Turrianus, Bercka, Raupovva, Schvvambergius, habitâſsent? Ab his ſe, non ſpolia, ſed debita, repetitum ituros.*

Senſit *Hajmhuſius*, (in corpore, *firmè collecto*,



Maximil. Pragæ res ordinat.

*lectô*, firmioris vir animi,) minarum fore, contra minas, non juris, certamen. Terrentes igitur, urgere graviore terrore cœpit: ac, *Si primo ſceleri places* (inquit) *addere ſcelus ſecundum, & impudentius: qui nomen* Regis, *Cæſari, (quantum in vobis fuit,) ſemel eripuiſtis, alieno ſacramentum dicendo; ſanè nunc audete, res etiam ejus, ac fortunas, diripere. Quid enim hinc auferetis, inquieti turbatores, quod non* Ferdinandi *fuerit, &* antea, *jurisdictione ſuprema Principis: &* poſt hæc, *à triduô proximo, redierit ad eum, jure Victoriæ? cujus vos gloriâ palàm excidiſtis. Et alioqui, mediusfidius! ſi, ſuo Cæſar ultrò juri cedens, depradandam* militi *Pragam dare decreviſſet: eccui daturum aquiùs æſtimaretis? illine, qui contrà ſe tulit arma, potiùs, quàm ei, qui pro ſe? Duos inter exercitus, utrum, capere laboris ſui fructum exſpoliatione, per futurum eſſe cenſeretis? Victorem? an victum? Vos Victi, (milites,) eſtis. Væ victis! niſi quieſcetis. Vos Monte ceſſiſtis, & campô: cedite proin (& hoc ocyùs!) etiam Urbibus hîs. Sufficiat, beneficiô mei Principis, relicta ſua cuique vita, ſuus ſpiritus, & ſarcinula, migrate! Quòd ſi recuſatis adhuc: qui numera-*

*merari vobis ſtipendia contenditis; priùs, (amabò!) legiones turmásque noſtras, ſuperſtites: deinde, copiolas veſtras, numerate. Duorum exercituum, utrum cenſebitis prævaluturum, ad alterum extrudendum?*

Perterrefecit *Hajmhuſius*, conſtantiâ ſermonis, ac minarum, attonitos: ut, ſolutô ſenſim circulô, *Se*, dicerent, *Craſtini diluculô futuros in arbitrio Bavariæ DUCIS: & egreſſuros.* Nec fefellerunt (334): egrediente manè, finè ſtipendio, finè ſpoliis, & peculiô, rerum omnium indigô, macilentô, confectôque curîs, agmine; rogitante, non ſinè lacrymis intimis, *Quorſum nunc irent, & unde victitarent?* turbâ, (ſummatim,) *ter miſerabilî*: niſi, quòd utique, ſectarum omnium è colluvie mixtum, velut armentum erant: & pecus, in novam quandam victimam aliam, ad Mansfeldium Pilſnam, aut ad Francum Táborem, primô quoque tempore tranſiturum.

XCIX. Geſta ſunt hæc, ad diem *Novembris* decimum, & undecimum. Ex quo ferè tempore, cætera pléraque difficultate minore procedere viſa ſunt; ad ſtatum rerum, in urbe regia, regnóque, debitum in-



Maximil. Pragæ res ordinat.

ordinem redigendum. Militaris hoſtium amota turba, civili, Sacrorúmque, tranquillitati reducendæ, planiorem ſtraverat viam. Vix igitur è conſpectu *Pragæ* digreſsîs purgamentîs iîs, (335) deditioni paratiſſimæ *tres* illius *Urbes*, ad Regiam evocátæ; renovare, trienniô jam antè dictum Ferdinando, ſacramentum juſsæ ſunt: arma ponere, traderéque (336): nuntium dein remittere, quibusvis, adversùs *Ferdinandum* ictis, fœderibus; non alium denique, præterquam Cæſarem, agnoſcere, vel in poſterum agnituros, *Bohemiæ Regem*, vocibus, atque ſcriptô, *publicè ſignatô*, profiteri. Nihil horum detrectârunt: ac, ne quidem ullius *Pelopiani* nudiustertiani poſtulati, *Super Immunitatibus, & Amneſtiâ*, mentione ſubillatâ, vel interſpersâ; bonâ fide jurârunt: ſuggerente præſertim per internuntium illis Maximilianô, *Conditionibus, apud armîs-validiores, nullum eſse locum; qui fuiſset* utique futurus, *rebus nondum ad certamina deductîs, aut manu conſertâ dijudicari coactîs. In ſummâ! Cæſaris deinceps, non Cæſaris-vices-obeuntium, in arbitrio ſitum fore; Quid, aut indulturus eſset, aut abnuturus.*

Quod

Anni 1620. Leo Galeatus.

Digitized by Google

Quod porrò reſponſum à DUCE Bavariæ *tres Pragæ* tunc abſtulerunt ; eidem non ferè diſpar, duodecimô Novembris, & inſequente biduô, per partes nunc, aliàs autem & univerſi ſimùl, aſportârunt Ordines regni ; Barones, & equitum auratorum Nobilitas : maximâ ſuî parte, non accitu DUCIS, ſed *ultrò* ſe cónglobans, & ad reverens manuum ejus oſculum, (337) & ad imperium accipiendum, ac mandata faciunda. Quorum omnium verbîs, & mente, vicéque, tunc quoque, duodecimô menſis ejus die, *Pelopius* loqui non refugiens, quantumvis ante triduum perſtrictus à *Maximiliano* ; privilegiorum, libertatis-religionum, & impunitatis admiſsorum, poſtulata prima penitùs intacta præteriit : delictáque ſubmiſſiſſimè faſsus, ac deprecatus ; in reliquum, pro ſe, próque cæteris universîs, obſequium *Ferdinando* ſoli, tanquam Regi, ſucceſſionis etiam *prærogativâ* legitimo, (338) ſpopondit : die ſtatô juravit : pacta fœderum exterôrum ejuravit. partem demum orationis illam, quâ ſcelus rebellionis, agnitum, deteſtabatur, *lacrymîs* etiam tunc, (utì nuper,) haud aſperſit magìs, quàm interpolavit.

**Maximil. Pragæ res ordinat.**

vit. Pœnitentem agnoſceres; & adeò dignum denique, cuj molliter *Zelus* Maximiliani reſponderet: ſi per omnia Pelopius *Romano-Catholicum* ſe, quàm *Utraqueum*, declarare maluiſſet. *VOLEBAT* DUX religioſiſſimus, ad quandam Pauli normam, *OMNES ESSE, SICUT SEIPSUM.* Volebat, ac probabat, Eccleſiam, & doctrinâ paſſim Unam, & ſacrorum ritu Concordem. Bonam *Pelopii* videbat indolem. ſed *Bonum*, cum Philoſophis, probabat id, *quod eſset ex integra cauſsâ: malum*, nôrat, *è quovis eſse defectu*, diſsenſu, contumaciâ; quæ *Calixtinis* infixa domeſticáque ſunt. Itaque *Pelopio*, Statibúsque, reſpondere ſuîsmet, (utì nuper,) verbîs prætermittens; regeſſit tamen & iîs, & sê, digna, vocibus placidîs, ore *Joannis Chriſtophori Preyſingii*, Landishutani Regiminis, & tractûs, Adminiſtratoris, recantantes rebellionem, indulgentiæ Cæſaris remiſit. Sacramentum interea ſibi, quoad cætera Cæſar ipſe decerneret, tanquam vices obeunti Cæſareas, dici nuncuparíque juſſit. *Autographa* fœderum, cum Auſtriis Super-Anaſſinis, cum Sileſiis, Móravis, geminîs Luſatiîs, & Hungaris Gaborianîs, initorum,

Anni 1620. Leo Galeatus.

torum, tradi, rescindique. Regni Coronam, cum ornamentis Insignium cæteris, à Friderici ministris nudiusquintus in Curiam Urbis-Veteris translatam, ad Divi Wenceslai, Regiámque Sacrorum arcem, reportari. Comitem Bucquojum, ac Principem Liechtenstenium, ejus reportationis curæ præsidére. (339) quod hi munus accuratè mox expleverunt: octo cistis grandibus, supellectilium ejusmodi refertis, ad basilicam revectis; & interim reseratâ tantillô temporis ipsa basilicâ; quam ad eum usque diem, (priùs à se profanatam,) Orthodoxis clauserant Calviniani. Quibus ipsis Sacrorum hostibus (ut tunc erant) vice nunc versâ, suspendebantur suæ factionis exercitamenta publica, Concionum, cantilenarum, rituum; *Maximiliani* mandatô (340): cùm, ejusdem tamen dissimulatione pacificâ, *Protestantium* interim, & *Calixtinorum*, cœtus inoffensè congregari pergerent; *Catholicorum* autem pietas, ejusdem operâ manúque, locis omnibus restitueretur. *Sacerdotio* quoque *Pragensium* universo, manè quodam, (341), simùl congregato, Victoriámque *Maximiliano* gratulanti, spes certa facta; reditus suos, & ad-

**Maximil. Pragæ res ordinat.**

& adempta ſibi bona, recuperandi. Purgandis præterea, liberandísque, rebellium peſte, Bohemicis terris, adhibita cura; ne, Pilſnæ vetus inſeſsor, *Mansfeldius*, fieret æternus poſſeſsor: cum finitimorum inextirpabilî clade. miſsæ quoque, cum militum aliquâ copiâ, contrà Táborem, & Hermannum Francum, (illi rebellium præſidio præeſſe perſeverantem,) machinæ curriles, grandiores: quæ loco quatefacto deditionem exprimerent. Dimiſſi, ſuper hæc, cum mandatis obedientiæ veteris, & oſtentatione virium armatarum, circùm urbes, arces, & oppida potiora, legati; redegerunt ad obſequium, *Saziam*, *Schlanam*, *Cadanum*, *Prilam*, *Commotoviam*, *Schlackenvvaldam*, *Kuttenbergam*. (342) Quibus omnibus jam anteverterant, ſuî deditione, *Launenſes*, ante pugnam Albimontanam: poſt pugnam autem, quartô mox die, *Bohemobrodenſes*; præſidium ſibi militare rogitantes, adversùs commilitonum injurias, ac direptiones; incuſtoditis hinc illinc incubituras. (343) *Reſponſum* eſt, clementiâ DUCIS, omnium ordinum mortalibus benignè: *factum* (quoad ejus fieri potuit) abunde, quod promiſsum. largi-



Digitized by Google

largitiones immunitatum, & earum ſtabilimenta, Cæſari, temporíque, reſervata: prudentiâ moderationéq; DUCIS; qui, *gladium in ſuâ tunc, jura verò ſemper in Cæſaris eſſe manu*, meminiſset.

C. Jam itaque, ſi continuus hic, & longævus, rerum in Pace tenor incederet; PRAGA *trigemina*, non ſaxea ſibi marmoreáve, ſed, modô quodam, Una quæpiam poterat AUREA videri ROMA; ſuper *Leonem Album* (344) pandente, tutelæ ſimul ac Majeſtatis alas, *Aquilâ* coronatâ. *Foris*, colonorum multa millia (345), rerum tranquilliorum, reditûsque, tracta dulcedine; rura ſua, municipiáque, repetebant. *Intus* autem, *in Parva præſertim PRAGA*, (quæ cæterarum *prior* ad obſequium reverterat,) Civium intelligentiores, quibus mala rebellionis acciderant ærumnoſiora, per Rathſchini jam vicos, Machabæana Simonis tempora ſibi repræſentabant; ab Antiochis reſpirantia. Sedebant, Orthodoxæ potiſſimùm partis & religionis, *Seniores*, tam *Eccleſiaſtici*, quàm *Sacrorum exſortes*, in veſtibulis, aut hibernaculis; pars autem, & pro foribus ac portis, in plateis, à jugo clivi regalis-arcis, uſque

Maximil. Pragæ res ordinat.

uſque deorſum ad collis *Petrozîni* principium, ac portas *Montis-Sionis*; quo titulô *Strahoſienſe* cœnobium, amplum & inclytum, honorârat dudum Antiqua Pragenſium pietas: ex quo tempore, Vladislao I. regente Bohemiam, Henricus, Olomuzenſis Epiſcopus, reverſus Jeroſolymîs, Pragam ſecum attulerat, *ichnographicam* ſitûs *Sionæi* deſcriptionem; cum ſitu *Petrozinæi* jugi mirificè congruentem. (346)

Ut autem ad propoſitum rei, quam narrare ſum ingreſsus, redeam: Sicut, ſub *Simone Machabæo*, duce gentis, ac ſummô Sacerdote, Jeroſolymitæ quondam; ſic, *Simone Broſiô*, ſacræ baſilicæ Præpoſitô, DUCEq; Bavariæ, præſide-rerum-vicariô, belli, per aliquot dies, laxamentum ſuis præbente, Pragenſes animum diffundebant: ac, præſente, cupidéque per otium auſcultante, præſidiariô milite, rariora quæq; de Bohemia, Pragâ, Moldâ fluviô, Ratſchini regiô templô, monſtrîsq; rerum & eventuum, in illo Rathſchini-collis, & Albi-Montis, tractu, referebant. Et alii quidem, ſicut populus Machabæicus, (347) *de bonis terræ tractabant*: utì cives, & agrorum cultores. Alii, de *bonis*



Digitized by Google

*bonis cœli*, de vita spiritûs, de rebus sacris: uti Clerus, Canonici, pastores animarum; *in suo quisq; sensu* (velut divinus Paulus loquitur,) *abundans*, (348) & disertus.

CI. Hîc, (ut nonnulla speciminis gratiâ producam,) *diversitorum* aliquis, qui, junior olim, litteris operam dans, ad usque limina *Dialecticæ*; postea verò, spinetîs absterritus *Entium-Rationis*, & *Æquipollentium*, à *Signis logicis* transierat ad *hederam* vini venalis, & conjugium; Variorum, inquit, variîs suî locîs, ac tractibus, germinum proventuúmque, ferax, & opulens est, nostra Bohemia. Triticô, *Launæ* campi commendantur: vinearum simulacrîs, *Leitomericii* colles vitiferi: lupulorum botrîs, in zythum, (349) *Sazensis* ager; flore potûs Cerealis, *Rackonizium*; flore ferri, *Tachovii*, Sylvæque Bohemicæ connexæ, vicinia; ferrariîs (350) ipsîs, *Beravia*: ferrariarum effectu gladiîsque, *Prahalizium*: argentariîs, *Crumlovia*, *Budevvizium*, *Kuttenberga*: juglandibus, & avellanîs, *Commotavium* (351): salutiferis aquîs, *Thermæ Carolinæ*: margaritîs fluvialibus, *Ottava*: gemmîs, amethystô, calaî, carbunculô, sparsim montes, & fissuræ



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

rupium : Croci demum præſtantis, aromatúmque diverſorum plantis, quaquaverſum *Bohemiæ* dives humus. Hæc, antiquitus tradita nobis, etiam nunc in flore fructúque ſunt. Sed *præſtantiſſimum germinum* omnium, (abſit verbis his invidia!) noſtra gens, & Annus hic, vidit accepítque, manu *Maximiliani* ſatum, in Albo Monte : victoriæ nempe PALMAM. Vivat, ac perennet!

CII. HÆC Bohemô dicente ; *Boicus* è præſidio-Ratſchini *miles*, laude DUCIS ſui tantò magìs captus, quantò veriorem agnoſcebat, & Orbi teſtatiorem ; O, mi diverſitor! (ait :) quis nobis, poſt ætates aliquot, & *Palmarum* ejus generis, & *Satorum* ejuſmodi DUCUM, nemus plenum, & durabile, largiatur? *Maximilianæum* id nominaremus : & *ſub illius umbra*, ſine metu, *quieſceremus*. Simúlque manu prehenſum, ſui Principis encomiaſten iſtum, ducit, unô quopiam alterôve de *Clericis* ſubſequente, per militares ſcalas, in editiſſima mœnium, & arcis Ratſchini : quâ parte, Solem-Orientem-æſtivum versùs, *pons* Moldæ deſinens in Septentrionis plagam, oculis, unà cum Urbe-Vetere, ſubjici poſſet. Cúmque conſtitiſ-

ſtitiſsent, & in conſpectu pleramque Pragam haberent: Hic nunc narra nobis, (inquit,) ceu diuturnus jam hoſpes, advenis; & incola, peregrinis. Moles ædium illa, quæ fini pontis Moldæi non multùm abjuncta viſitur, portæque Veteris Urbis interiùs imminet, dicere potes, quænam, & quorum, & unde ſit? Renidet enim inprimis, & cognitionem ſui mereri, fronte ſtatim primâ tenus, videtur. Cui Bohemus; Ante biennium (ait,) & quinque ferè menſes, Templum erat, & Collegium Clericorum, religioſis votis obſtrictorum; docentium litteras, ac bonos mores: inſtar *Athenéi* cujuſpiam, juventuti Bohemicæ patentis, ſemper, & intenti. Dederam (addit) & ego quondam litteris illic operam; quamdiu vitæ meæ rationes id tulerunt. Tenebatur autem locus hic, ab uſque Ferdinandi (Primi, nominis hujus, Bohemiæ Regis) temporibus, ab hominibus, ac profeſsoribus, *Societatis JESU*. Sed his noviſſimè, *triginta Directorum* mandatô per vim ejectis; à Friderico tandem introducti, doctores ſucceſsêre, rabulæque, *Calviniani*. qui mihi tamen, per hos aliquot dies, declamare desîſse; vaſa verò concla-

mare colligeréq;, cœpiſſe, viſi ſunt. Adeò nunc illic alta ſolitudo, *locúsq; deſertus*, deprehenditur. Credas, à Palatino profugo, ſpes exteras; à Palatinianis autem verbi-Miniſtris, ejus fugæ veſtigia, ſpectari prenſaríque. *Seminarium* igitur, hoc ingens ædificium, iſtôc demum annô fieri cœpit, *Errorum*, & *errores docentium*, Genevæorum; quod antehac, ab annis retrò, *ſexaginta quatuor* circiter, (352) domicilium fuerat *Societatis-JESU-Clementinum*; à tutela dictum, & memoriâ ſacrâ, divi *Clementis*, Romani tam *Civis*, quàm *Pontificis*; & ab Angelis, in mari Ponticæ-Cherſonéſi, monimentô marmoreô ſepulti. Cæterùm is idem locus, ejuſdem *Martyris* inſignitus titulô, *cœnobium* antiquitus fuerat *Ordinis*, in *Eccleſia* florentiſſimi; per ſcholas, ac templa, mundum erudientis. Hujc, quinquenniô ferè, poſt Patriarcham ejus cœlô receptum, & corpore tenus Bononiæ tumulatum, *Polonus* nobilis, *Czesláus* nomine, (qui frater fuit germanus, admirabilis illius aquarum-Wandali viatoris, *Hyacinthi*,) ſedem poſuerat *aſceticam*, ſatìs amplam, ſpacioſam, ac vitæ ſubſidiîs convenienter inſtructam: quippe, quam

quam opibus ſuîs promoverit, etiam *Przemyslaus Ottocarus I.* Bohemiam regens, annô circiter milleſimô, ducenteſimô, vigeſimo ſextô. Tantus autem illius ſplendor Sacræ domûs, ac cœtûs, fuit, ad annum uſque milleſimum quadringenteſimum Servatoris, ac tempora *VVenceslai-Pigri*, regis: ut *centum*, nonnunquam, & *quinquaginta*, ſuſtentandis incolis cenſus annui ſuffecerint; cùm tamen *ſeſquiſæculô* pòſt, plures *uno*, (*Prioris* partes obtinente,) *duobúsq;* ſolîs *fratribus*, nec habitarent ibi, nec alerentur. Infrequentiæ verò cauſsam, culpámque, nec ſuſtinuit aſcetarum ulla defectio, vel transfugium; nec domeſticæ procurandæ rei ſocordia; ſed illorum temporum, bonis omnibus infeſta, ſævities, & impietas, *Huſſitarum*: monaſteriorum, & ſacrarum ædium, exſcidium. Erat quippe, (ſicuti ſæpenumero meum, inquit, hiſtoriarum & eloquentiæ Profeſsorem, referentem audiebam,) erat Pragæ noſtræ funeſtus partus, *Bohemus* quidam; *Hieronymus* nomine: cognominis verò genuini ſuppreſsor, (pro quo, *Pragenſem* ſeſe nominabat,) præſtabat magis, quàm ſonabat, quod erat: ab omni nempe retrò majorum ſtir-



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

pe, PISCIS-PUTRIDUS cognominatus. Eæ voces duæ compoſitæ, Teutonibus præſertim, nudâ ſuî pronuntiatione, *Piſcem* quidem *tabefactum* & *fœtentem* notabat: translatione verò paræmicâ, *Mendaciloquum*, & *fumos inanium vendentem*. (353) Breviter! utut arriperes, & explicares; *Germanorum* (quos ille mirum in modum oderat) *agreſtibus*, & turbæ vulgari, nomen ejus, & cognomen, pronuntiata dialectô ruſticanâ, (354) contemptum ſimul, ac riſum, ſuſcitabant. Et hic tamen, tam vilis aliquouſque, nominum tenus, rudi plebeculæ; poſtmodo nihiloſecius, id, quod in Adelphis Terentianus dixit Senecio, (355) *paullatim primùm plebem fecit SUAM*: deinde verò, tantumnon pleramque ferè, cultricem-agri *Bohemiam*, & multam quoque *Nobilitatis* partem: hîs, quæ dicam, initiîs.

Profectus in Angliam *Hieronymus* hic *Putri-piſcis*, dum *Oxonii* litteris altioribus operam dat, in *Joannis VVicleffi* damnatos ab Eccleſia libros, & *Aſſertiones*, incidit, ac ſe demerſit. *Aſſertionum* autem illarum eas, quæ *DE REALIBUS* erant *UNIVERSALIBUS*, *quadraginta quinque* minimùm

Anni 1620. Leo Galeatus.

nimùm *Articulis* comprehensas, secum asportavit, ex Anglia, suam in Bohemiam, annô millesimô quadringentesimô, reversus. *Articulos* (quos appellabant) *VVicleffæos* illos, elegantî descriptos charactere litterarum, tradidit, & impressit animo, tum aliorum passim, in tribus Pragarum urbibus; tum novissimè, *Joannis* etiam *Hussi*, diu licèt, ac sæpiùs, primò reluctantis: ad extremum tamen, manus dantis. non minùs autem demum, & *Joanni* cujdam *Przibræ*, persuasit idem *capitis* sui *putidi* virus; adeòque *duobus*, sub idem ferè tempus, nominis unius, ejusdémque, civibus: viris, antehac, in Universitate Pragensi, scientiâ simùl, & auctoritate, claris. Ac *Przibra* quidem, agnitâ demum hæresum illarum foveâ, resiliit: ex impostoris Hieronymi discipulo, factus acerrimus illius oppugnator. *Joannes* autem *Hussus*, in deteriora semper proficiens; & privatos intrà parietes, & de publicis auditoriorum templorúmq; cathedris, *VVicleffi* doctrinam, unanimî, cum *Hieronymo*, conatu, laudibus in cœlum extollere pergebant. Unde *populus* auditor, invicem utrumq; ferebant in *nubes*: quò Constantiæ postmodum,



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

dum, ad lacum Acronianum, erant evolaturi. tunc *plebem*, ac *multitudines*, capiebant, &, ab ore ſuſpenſas ſuô, tenebant; *quia volentia plebi, diſplicentia verò Sacerdotio, magiſtratibúsq;, crepitabant.* (356) *QUIS autem non placet, qui dicit, quod unicuiq; placet?*

At non æternum horum fuit iſtud concionale regnum. Evocatus Conſtantiam, à Concilii Patribus conſcriptis, *Huſſus*; decretô Sigiſmundi Cæſaris, ut *Hæreſiarcha*, combuſtione ſuî pœnas dedit. *Piſcem-Putridum*, eodem delatum, & paria meritò metuentem; horror, ac fuga candentium prunarum, Conſtantiâ retrahebant Pragam. Sed eò priuſquam accederet; *Bernavia*, Superioris Palatinatûs oppidô, Bohemicam ad Sylvam, in *convivio* quodam, (*encæniorum*, opinor,) cœtui *Sacerdotum* immixtum, ac diſputantem: clanculum nonnemo, tanquam hæreſeos ſibi ſuſpectum, magiſtratui detulit. Eum igitur inveniens, oppriménsque, *Præfectus oppidi*; primùm *ignotum*, & ſe noménque ſuum diſſimulantem, ſtatim autem ex *Huſſi* mentione tutelâque ſuſpectiorem, eò demum redigit hominem; ut *Hieronymum* ſe *Pragenſem* fateatur, *VVicleffi* diſcipulum; *Huſſi*

*Huſſi* magiſtrum; utriuſque manifeſtum propugnatorem. Hunc, cognitis his, *Præfectus*, quem dixi, vir inſigniter orthodoxus, & *Domûs-DEI Zelô* flagrans, catenîs oneratum, in plauſtrum injicit: ac Bernaviâ Conſtantiam transmittit. ubi cauſsa *Pragenſis* hujus, exuſtione nebulonis, clariùs eſt illuſtrata. (357) Quò porrò nunc redeam ad id, (inquit diverſitor,) quod narrare cœperam; hic ipſe *Putri-piſcis*, Luciferi ruentis imitatus malitiam; facibus *errorum* ſuorum latè ſparsîs, univerſam accenderat *Bohemiam* noſtram: pérque manus traditîs *Joanni Zuſcæ* titionibus, templa, monaſticásque colonias evaſtavit innumeras: in his, & *Divi Clementis* ſedem iſtam; à multitudine tam ingenti religioſiſſimorum incolarum, ad *ternionem*, ut dixi, redactam. Sed auſteriùs egerunt iſtô cum locô *Calviniani* præſentis anni: qui Clementinianorum ibi, reliquêre *nec Unum*. Quódque rigidius eſt: audio quidem, ſub nuperæ *Victoriæ Mont-albanæ* veſperam, non defuiſse, qui, Pragenſium *Clementinorum* extorrium nomine, (peregrinus licèt ipſe,) pandi ſibi *Clementinum* iſtud *Athenæon*, unà cum templo, juberet: pulsísque noviſſimis ſuis poſ-

ſeſsoribus cedi reddíque Sedem eam, poſtularet. Sed à *Puritanis*, illius hæredii ſubſeſsoribus, irriſum repulſúmque, ferunt; deſiſtere coactum illâ repetundarum Actione; quòd illis eſset, *Unus homo, nullus homo*.

CIII. Cùm dixiſset hæc Pragenſis ille civis, Rathſchini collis habitator: adjecit; *Clementiam* hanc, omnes alios exterminandi; ſe verò ſolos, etiam contribulibus, ſibi Sectis, anteferendi, *Jeſuitas* demum orbe quoque totô, (ſi poſsent,) ejiciundi; tanquam *ſpiritum* quendam *hæreditarium Sculteti*, ejúsque ſocii, ſortiti ſunt à *Joanne* ſuo *Calvinô*. quem, ut alibi, ſic & apud nos *Pragæ*, regnum obtinere laborârunt *monarchicum*, in *choro*, (quod ajunt,) & *forô*: regnum legum, gregum, & doctrinæ, ſupra potentiam Joannis *Wicleffi*, Joannis *Huſſi*, Joannis *Przibræ*, (priuſquam iſte reſipiſceret,) & *Joannis* illius *Apoſtatæ* monachi; qui Ziskiana ſub tempora ſæviit in ædes ſacras, & aras (ϑ): *ſeditioſorum dux & incentor famoſiſſimus*. ut, inter tot adeò, *cognomines* animarum paſtores, *inter natos mulierum*, (ſi ſic loqui blaſphemis conceſsum eſt,) *non ſurrexiſſe major* crederetur, *Joanne Calvinô*.

**Anni 1610. Leo Galeatus.**

*vinô*. Quæ cùm diceret hic; è duobus, illis *Clericis*, quos unà cum hoſpite militéque veniſse dixeram in ſpeculam mœnium, *PETRUS* nomine, Celtis oriundus, ſed Pragæ, per aliquot jam annos, miniſterii curæq; Sacrorum cauſsâ, moratus; ad Boicum converſus militem: Hoc eſt, inquit, quod antiquô vulgò diverbiô circumfertur; *Homini* frequenter *hominem* immanè quantùm, *non diſſidére modò, ſed & præſtare* (358) quódque ſpectat huc, *eodem* quandoque *nomine*. Demus igitur, tot *Joannes*, quot iſte modô nominavit, & quibus addere fortaſse plures potuiſset, offundere tenebras hujc urbi conatos eſse. Per alios tamen, appellationis ejuſdem, itidémque claſſis Eccleſiaſticæ, viros, è diverſo multùm inclaruit, & urbs hæc, & univerſa diœceſis. Prodeat in exemplum, qui jam pridem proceſſit in publicam bonorum admirationem, *Joannes*, nominis hujus ille *Tertius* Pragenſium *archiepiſcopus*, cognomentô *Lobelius*; è Præſule Præmonſtratenſi Strahoſienſis cœnobii, pertractus ad tiaram *eccleſiæ* noſtræ metropolitanæ, cujus in vicinia ſtamus. Hic ab *Directoribus*, abhinc biennió, quòd, eorum moli-

Pragæ nonnulla, cognitu digna.

molitionibus obſiſtens, Viennam ſeceſſiſset, exul declaratus, & proſcriptus; nunc ità denuò correctîs, ac comparatîs, Bohemiæ rebus, haud ità multò pòſt, & Pragam reviſet ſuam; & ab hac, (utì ſeniô malîsque fractæ vires ejus minari perhibentur,) digreſsurus iterum, ac brevì, *patriam habere cœlum* incipiet. (359) Vir, dum adhuc in vivis eſt, ſcientiîs & humanîs expolitus, & divinîs inſtructiſſimus: quæque corona laudum eſt illius, *vitæ morúmque ſingulari ſpectabilis innocentiâ*: Divíque *Norberti*, patriarchæ ſui, ſpecimen ſucceſſionis exquiſitum, & Strahoſienſium viva Gloria: *Joannes*, ajo, *Lohelius*. Quid autem & de *Canonicorum* hujus baſilicæ, (qui proximi ſunt Archiepiſcoporum ſuorum præconiis,) Collegiô venerandô dicam? *Cœtus* hic, Sacerdotii Cleríque metropolitani, coævus ipſi jam olim divo *Wenceſláo* DUCI, *Martyri*, conditori templi; Ferdinandi Primi Cæſaris, ad Paulum Quartum pontificem maximum datâ, plenâ commendationis, epiſtolâ, laudibus in omnia poſterorum ſæcula mittitur: *dum* & præſides ejus, & Canonici, VIRI celebrantur, *ſemper in Orthodoxa retinendâ defendendâq; Religione*,

Anni 1620. Leo Galeatus.

*gione, summæ, tum integritatis, tum constantiæ:* dum item, *per Illos*, ait, *stetisse, quòd Catholica religio, quòdque Romanæ Sedis observantia, non fuerit eliminata Regnô, nec penitùs extincta.* (360) Quæ laus, inter cætera, patuit ex eo quoque; quòd conatibus, ac suarúmmet etiam opum viribus supremîs, Societatis JESU stabilitatem-sedis promôrint, & perfecerint. (361) In summam! *Sacerdotium* istud *Cathedrale*, passim omnibus suîs, ad illud missîs, epistolîs, idem Imperator à fronte statim affari solebat, ut *DEO, Religioni Catholicæ, Sibíque, Regi suo, semper fideles, devotos, dilectos.* Quòd si verò, præteritîs iîs, qui *transcursu* duntaxat, & *universim*, prædicantur è Canonico collegio, transire quis gaudeat ad *particularia* quorundam, eáque magis aliquantô conspicuorum, nomina; quot, rogo, vel hôc uno *Joannis* vocabulô decoros, tenebrionibus *Wicleffo*, vel *Hussо*, vel *Calvino*, per cumulum opponet? In charta, (fateor,) ac sinu, descriptos reverentiæ caussâ, *Petrus* ego, circumfero; quos, sinu nunc depromptos, è charta recito: qui sub *Joanne* primo, sub *Joanne* secundo, Pragensibus Archiepiscopîs, ad *Sbinkónem*

*kónem* uſq;, cæteris nominatiores, in Albo noſtro *Canonici* ſuperſunt. In iis ſunt, Joannes Litomiſslenſis, Joannes Krabiczæus, Joannes Landſtenius; Janowiczius Kolowratæus, Joannes & ipſe, ſicut &, *De-Praga* dictus, & Miſæus, & Maleſſiczius, & Niemczizius: *Joannes* omnes: iiq; viri, pars ortu generis, pars eruditione præſignes, & uſu rerum. Sed præ reliquis omnibus inclyti *duo*: nec adhuc tamen nominati. quorum alter, *Joannes* fuit *Eccius*, ſeu, contractione nominis, *Joann-eccius* vulgò dictus; (362) alter autem, *Joannes Nepomucénus*. Horum ambo, vixerunt, & vivere deſierunt, ſub furioſo pariter, & inglorió, Bohemorum rege. *Wenceslaus* is erat, ordine nominis iſtius, *Quartus*.

Hic, patrem habens *Carolum Quartum*, Cæſarem juxtà, Bohemiæque regem inclytum, *Aureæ* (quam vocant) *bullæ* conditorem; & ſacrarum reliquiarum religioſiſſimum orbe toto collectorem: fratrem autem germanum, *Sigiſmundum*; eum, qui poſtmodum imperavit. Editus in lucem eſt, non *Pragæ*, ſed *Norimbergæ*: ſicut auctor eſt Volckmannus, Elogio quintô, Carolo-Ferdinandææ Pragenſium Univerſitatis. Quod e-

qui-

quidem accidiſse rear: parentibus illic, Comitiorum-Imperii cauſsâ, tunc agentibus.

Ac *Wenceslaus* quidem, natu multò major fratre, morum autem diſpar, ac variabilior; patri, ſub annum Salutis humanæ milleſimum tercenteſimum ſeptuageſimum octavum, vitâ functo, proximè ſucceſſit: maturitate verò morum, longiſſimè ceſſit. *Primis* enim *ſuſceptæ dominationis annis, paternis* (veluti tradit, ac loquitur, illuſtris ævi noſtri ſcriptor,) *utcunque veſtigiis inſiſtens*; procedentibus dein temporibus, ab æquo bonôque variè deflexit. Inter quæ pravè geſta, non poſtremum fuit: quod annô Chriſti milleſimô, trecenteſimô, nonageſimô tertiô, circa *decimum nonum Aprilis diem*, facinus auſus eſt; adverſùs illum, quem ſuperiùs nominavi, *Joanneccium*. Hic, Univerſitatis Pragenſis Doctor-Canonum, metropolitanæ baſilicæ membrum Canonicum, & Archiepiſcopi Joannis II. *proëpiſcopus*, nec non *Officii* paſtoralis ejus partes obiens: *Albertum* quendam, (quem ſibi religioſi *Cladrubienſes* ſuffragiis legitimis caput legerant,) viâ juris ordinariâ *ritè lectum* declarârat *Abbatem*; &, ut talem, ab omnibus ſuis recipien-

piendum, confirmârat. Id autem, ſtudiô defendendorum Eccleſiæ jurium, (quibus *profani*, vulgò, manus miſcere non debent,) egerat *Joanneccius*; conſenſu Regis vel non prætentatô, vel non impetratô. Quam ob cauſsam, mandatô regis tyrannicô, vir egregius, & ſecundarius pontifex, abripitur ædibus ſuîs; &, è *Ratſchino* tractus ad *Moldavam*, illô, quem hinc cernitis, locô, (digito verò monſtrabat locum *Petrus*,) manibus colligatîs ac pedibus, de pontis crepidine præceps agitur in amnem: & perit. Nec contentus iſtâ rex immanitate; miſsos, ſub hæc, ab Archiepiſcopo *Canonicos duos*, nobiliſſimos, interrogatum, *Quónam jure*, *DEI ſacerdotem*, & æquè, *quàm ſe*, *Pontificem*; *quônam crimine tantô convictum*, *lethô tam indignô tollendum curâſſet*? abripi continuò, tametſi *fori non ſui*, tunc autem & *legatos*, juſſit; perindéque, ceu reos, ac paris ſupplicii dedecore puniendos, in carcerem teterrimum retrudi. Sed non impunè fuit; hæc ſcelera talia, vel mandâſſe, vel mandanti non reclamâſſe. *Statim in foribus peccatum aderat*, *inſontem Abélem* necanti, *Cæno*. (363) nec ultio præteriit, *irruentem in Sacerdotes* do-

mini-

minicos, *Doëgum*, vel irrui præcipientem *Saulem*. (364) *Incubuerunt in ſuum* Uterque *ferrum* & ipſi; ſiqua Rabbinis fides. (365) Ne montana quidem *Gélboæ* loca maledictum effugêre Davidicum, quantumvis ſurda, vel inanima (366): nec undæ Nili, cruentam ſuî putrefactionem; parvulos Hebræos, in iis demerſos, ulciſcentem. (367) Iniquitatem igitur & *Moldavæ fluminis*, Innocentem ſuffocantis, ulta paullò pòſt & Bohemiæ totius aquarum *pernicabilis eluvio*; confeſſionem expreſſit *Procopio* quoque *Lupácio*, ſcriptori Sectario; *Joanneccii* necis-immeritæ reſtagnationem eam fuiſſe vindicem: (368) *& Aquam aquîs caſtigatam.*

Verùm enimverò, ſi delictum hoc *undæ* quoque, quomodolibet, fuit, & non potiùs *Regis*, totum quantum: meruerat *Molda*, vel hanc, vel aliam, quadam parte graviorem, multam, jam tum *ante decennium*: ex quo *Joannem* quendam alium, dignitate quidem Sacrati verticis *Joanneccio* cedentem; famâ verò virtutum, & prodigiorum, longè gentium *excelſiorem*, hauſit. Juvat, hunc ex altiore nonnihilô repetere.

CIV. Quo tempore, *Neronis*, adhuc



**Pragæ nonnulla, cognitu digna.**

inculpatioris, *primum* illud decantatiſſimum *Quinquennium* explevîſse ſibi viſus eſt, à morte patris aditâ gubernatione rerum, *Wenceslaus* hic, de quo jam olim loquor, *Quartus*, Carolô *Quartô* natus: circa Chriſti tandem annum milleſimum, trecenteſimum, octogeſimum tertium, diſſimillimus ſenſim antecedenti ſe, cœpit in varia ſenſuum oblectamenta diffundi; ludendo prodigè, ſaltando juveniliter, vivendo genialiter. Cum eo degebat, in diſſimillimo moribus matrimoniô, *Joanna* regina; pia, proba, dotibus animi, ſexum decentibus, excultiſſima. cuj proinde viri dedecora, de loco tam conſpicuo tantò probroſiora, non poterant non diſplicere: ſed amoris maritalis (ut opus erat) ſalvîs interea per omnia fœderibus, & integritate. Monitricis tamen, in arcano, ſemotîsq; ſermonum arbitrîs, non omittens partes; frequenter Regi placidîs Regina verbîs ingerebat: *Reſpiceret ſe, ſuíq; culminis auctoritatem, qua, delicta quoque tenuia, popularibus oculis ampliſicaret: quantò magis, grandia dilataret in immenſum? Regum & reginarum eſſe; primùm, imperare ſibimetipſis: deinde, ſibi-commiſſis. Ità vixiſſe patrem ejus,*

*jus, ſocerum ſuum: Ità, majorum ejus complures, & Boleslaum Pium, & cognominem marito, (Bohemiæ fidus,) divum* Wenceslaum *DUCEM. ſequeretur, ſi Boleslaô moveretur,* Pium: *ſi VVenceslaô,* Ducem *ad recta. VVenceslaum veterem exueret; novum totum, emendatus, indueret. &* deſide, (*qualem malevoli criminarentur,*) impigrum *ſe regni curarum oſtenderet.*

Moverant hæc, aliáque talia *Salutis-monita*, præſertim audita ſæpius, & quantò veraciora, tantò mordaciora, *VVenceslai* ſtomachum. Fremens intrà ſe, frendénsque cum ſpumis, interrogabat crebrò ſeipſum, mutiens; *Etquid ſolus, inter Reges ac Duces Bohemos, & inter Imperatores Romanos,* (nam utrumq; decus hoc capitis geſtârat,) *probroſus* Wenceslaus Quartus *eſſet? An non, in ordine, Bohemis præſidentium*, & Boleslaum *traduci* Sævum? & Spitihnévum, & Primyslaum Ottacárum I. Joannem *Lucenburgenſem, aliquonſq; morum varios, ac minùs omnes probatos? An non, inter* Imperantes, *nec* Arnulphum, *nec* Othonem III. *nec* Barbaroſſam, *nec* Henricum V. *aut* Fridericum II. *ſuîs planè carmiſſe navîs? Et horum tamen*



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

Digitized by Google

*ducum, regum, Cæſarum, nemini ſuam uxorem quotidianam recitâſſe Satyram. Quid, quòd nec* uxores *omnes eſſe neceſſe ſit* Eliſabetas, *utì Zachariæ conjugem;* Juſtas, ſinè querelæ *cauſsîs, & inculpatas? nec omnes reginas, credibile fiat, Adelheydas, Machtildas, Chunigundas, inveniri? nec omnes Joannas, veriſimile ſit, Chriſti fuiſſe diſcipulas, ut* Chuſæ *conjugem: aut, ut* Suſannas *duas, aut* Abigailem, *&* Juditham, *incontaminatas?* MULIEREM, ſinè fuco; mercem eſſe, ſinè fide.

Quid multa? Sæpius hæc, & ſimilia, ſibi dicendo, nec ſe *VVenceslaus* exuit vitiîs: nec uxorem credidit, eſſe poſſe non aliquà tenus vitiatam. quod in ea ſiquâ via, vel indiciô, reperturus eſſet ipſe: tum enimvero tempus & cauſsam fore, moleſtæ ſibi monitricis, ſeu ferrô, ſeu venenô, vivîs expellendæ. Nam eò jam uſque ſuſpiciones injuſtiſſimæ proceſserant; ut in occidendi voluntatem evaderent injuſtiorem. Nôrat porrò, *Joannam*, (utì matronam, conſcientiæ nitidæ ſtudioſiſſimam, decebat) ad ſacrum *Pœnitentiæ* tribunal, certúmq;, ſibi delectum, animæ Judicem, diebus ſtatîs, accedere. nec dubitabat, quin, haud antè multò præter-

præterlapsîs Paſchæ ſollemnibus, idem ipſum exactiùs ſolitô præſtitiſset.

Hîs *VVenceslaus* occaſionum invitatus illecebrîs, conſilium arripit (ut quàm parciſſimè reprehendam) *ſtolidum*: quódque Regum, ne barbaricorum quidem ulli, rear, unquam in mentem veniſſe: diſcendi, penetrandíque Conſcientiam uxoris-Imperatricis è Sacerdote, delictorum ejus Judice. JOANNES is erat: Ordinum gradu, presbyter: dignitate, Canonicus templi regii, quod in arce Ratſchini videmus: patriâ, cognomentôque, *Nepomucénus*; illo nimirum oppidô Bohemorum ortus: ſcientiarum profectu, Pragenſis Univerſitatis Magiſter: reginæ præterea Joannæ ſumptuum, in egentes, quæſtor, & diſpenſator: ejus animi demum arcanorum cognitor; &, in dicaſterio Sacræ Confeſſionis, arbiter. Vir, etiam extra titulos hos omnes, *ornatiſſimus Seipsô*; virtutibúsque conſpicuus: &, à DEI nominatim TIMORE, ſcriptoribus commendatus. Timor autem DEI perfectus, cujus unquam hominis iræ favorîve, nefas gratificaretur ullum?

Dies erat *Maji* menſis *ſecundus*; poſt Caroli IV. tempora Pragenſibus cœptus eſſe



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

venerabilis, & anniversariâ memoriâ notabilis, DIVO quoque *Sigismundo*, regi Burgundionum, ac *Martyri*: cujus natalem alioqui Calendîs ipsîs, cætera veneratur *Ecclesia*. (369) Vocat ad se Rex *Joannem Nepomucénum*, Canonicum, clanculum; & cum eo, procùl arbitrîs primùm, agit, ac colloquitur. Quæ verba fuerint *Nepomucéni*; missum in annales est, ac diaria. Referemus ea, qualia tradita reperîmus à prioribus. Regis autem sermonem, è verisimilitudine petemus. Habebat hic, suîs in moribus, aut habere videbatur, multis malis mixta nonnulla quoque *bona*; præsertim, *facta facilia*, *simulata verò facilliora*: qualia multi sæpe vanitatis-amatores, & dealbati foricarum parietes, præ se tulerunt. In his, bonorum simulacris, erat: aliquod, ornandi metropolitani templi, studium: donationum, templo factarum, approbationes; ac, per sigilla, robur adjectum. *Ædificator* quoque Sacrorum esse *VVenceslaus* affectabat; quorum interea, contrariîs actibus, *destructor* erat. Neque nihil loqui, proferréque, divinîs è paginis, aut concionibus, nôrat. Videtur igitur, *Judæos* (quorum in urbe nostra



Digitized by Google

ſtra ſeparatim multa millia ſemper ferè ſunt) imitatus, qui *Caco*, lumini reſtituto, per vim extorquere reprehenſionem Servatoris noſtri conabantur, hiſce, vel horum affinibus ſententiîs, *Joannem* hunc invaſiſse; *DEI magni ſpectabilis Sacerdos*! ediſsere mihi, quæ ſciſcitor; ut Regi tuo, cliens; ut Cæſari, (qui Lex eſt in terris animata,) (370) fidus adminiſter. *Da gloriam DEO! nos ſcimus, quod loquimur.* Mulier iſta, conjux noſtra, própalam, integra morum; in abdito, contaminata peccatîs eſt. Sed convinci, redargui, corrigíque, (niſi tê, ſcelerum ejus conſciô, ſcelera retegente,) non poteſt. Servabis animam illius; ſi ſordes ejus animæ nobis aperies. Id igitur, utì nunc extemplo facias, ut *Rex*, jubemus; ut *Cæſar*, imperamus.

Cohorruit in hæc mandata, tam impia, Sacerdos ſanctiſſimus: &, coactus è veſtigio reſpondere, non diſtulit, quod æquum erat, reponere, verbîs, quæ religiosè cónditor Actorum, *Hageccius*, ad *annum milleſimum, trecenteſimum, octogeſimum tertium*, quô geſta ſunt hæc, adnumeravit. *Sereniſſime rex*, inquit, *ac Domine*! (Cæſaris vocabulum præ-

termiſit: Quia nihil minùs, quàm Imperabat, in ordinem poſtea redactus;) Scelera *primùm, ac* Sordes-animæ *Reginæ Joannæ, quarum eſt injecta mentio, nullas ego novi. Quæ verò caterorum, pro Sacra Confeſſione depoſita ſunt in aures meas; in cranium ego cerebrúmque tam a'tè demiſi nunquam: ut eorum ullam retineam memoriam.* Deinde, *ſi vel maximè recordarer eorum; oblivíſcerer omnî curâ; quóàque ſcirem, neſcirem: æternô firmus ſilentiô; nequa vel minimô nictu, ſyllabâve, reſignarem, quæ, Confeſſionis-arcanæ princeps inſtitutor, DEUS-HOMO, majeſtatis ſuæ gemmâ ſignavit:* clave Davidicâ claudens, quod nemo *foret* aperturus. *Quid volumus, rex?* Sigilli-Confeſſionis *prohibemur, ego quidem,* obligatione *capitalî; penésque DEUM, & Homines, inexcuſabilî: Majeſtas autem Veſtra,* venerabundô metu; *ne ſciſcitationibus ſuîs ſignaculum illud concutiat, & laxari cogat.* Addo: *Neminem magìs dedecere conatum perrumpendi mentium, in foro DEI, ſcrinia; quàm* Reges: *quorum* abſcondita ſacramenta *qui protrahit in apricum; an non, è mente Legum, apricô dignus eſt, ubi pendeat? Et arcana Conſcientiæ, Regis-Regum CHRISTI tabli-*

*tablinîs erepta, divulgare Sacerdos auſurus; quæ ſpe*, Tartari *funes ac rudentes effugiet?* (371)

Hæc dicentem *Virum ſanctum*, interfatus *Wenceslaus*, vocibus barbarîs increpat: &, *Non, ut tu vis*, (inquit,) *ſed, uti nos, ità fiet*; continuóque, vocatîs ſatellitibus, in fœdiſſimam, ac *ſubterraneam*, detrudi cuſtodiam, *Nepomucénum* jubet: horum omnium ignarâ Reginâ. Perſtat tamen *Joannes*, etiam illic, in ſententia, propoſitôque taciturnitatis; ut debebat: &, quantùm rex facinus ſuum celabat reginam; tantùm, & multò preſſiùs, reginæ conſcientiam Sacerdos celat regem; ac tuetur Innocentiæ famam. Ubi, nihil exprimi loci ſqualore, vinculîsque, Sacrilegus exactor videt: *carnificem* Wenceslaus accerſiri jubet, quem, pro ſua levitate ſcurrili, *Suum* appellare *Cómpatrem* (372) ſolebat. Ei, negotium tyrannus dat, *Joannis*, ſicut *Eleemoſynarii* ſanctimoniæ, ſic & *Silentiarii* veſtigiis inſiſtentis, per *tormenta*, quæſtionésque, diſcruciandi. Poſtquam autem nec membrorum laceratio rumpere generoſi vocem heróis poteſt; innocentiſſimum conſcientiæ regiæ tutorem; rex parricida, colligatîs conſtrictum manibus, è *Ratſchino*,



**Pragæ nonnulla, cognitu digna.**

noctis intempeſtæ tenebrîs, rapiendum dat ad Moldavæ profluentem : ac, de ponte præcipitatum, aquis præfocandum ; eô, quem hinc aſpicitis eminus, (ac demonſtrabat ſimul hanc quoque manu *Clericus*,) amnis tractu.

Ne tum quidem adhuc iſtorum quidquam guarum erat reginæ *Joannæ*, de venerandi ſibi *Joannis* interitu, tam indignô : quem, quàm profundô flumine, tam altô ſilentiô rex, & conſcii necis ſatellites, ſepelîſſe ſibî videbantur : îdque maximè, *clam Reginâ*. Sed hæc virago, ſicut aliàs quoque multam in noctem, ſic & tunc per omnes dies illos, vacare precibus in illo *conclavi* ſolita, quod ex *arcis* parte, nobis vicinâ, *pontis fluminísq;* conſpectum exhibet ; ſenſim, ac per gradus temporis, in notitiam geſtæ rei pervénit. Etenim, tum illâ confeſtim, qua demerſus *Nepomucénus* erat, tum duabus, proximè ſubſecutîs, *noctibus* continuîs, *multa claráque*, ſuper demerſionis locum, in amne *lumina* conſpexit ; veluti ſupernatantia quædam, & propitia tempeſtatibus, Sidera. Viderunt éadem, ex ædibus urbicis, oræ fluminis imminentibus, alii quoque Pragenſium :

Anni 1620. Leo Galeatus.

Digitized by Google

ſium: nec ſciebant, quid id eſset ſpectaculi; quídve portéenderet? Verùm, qui *Divi Clementis* tumulum olim, in Pontico ſitum marî, recedentibus introrſum fluctibus, ac nudatô fundô, populo Cherſonnéſi retexit: idem ipſe DEUS, poſt hæc, Moldavæ diſpeſcens & extenuans undas, arefecit eouſque fluminis alveum; ut, ubi ſepultum à ſubmergentibus ſacratum *Joannis Corpus* eſset, palàm ab accurrentibus, & formam oris recognoſcentibus, è ponte lapideo deprehenderetur. Ibi tum demum, emanantibus necis indiciîs, nec à ſatellitibus ſatìs clam habitâ cauſsâ, commoveri ſuper indignitate rei, tota *Praga* cœpit; & *arx*, quanta Reginæ-partium erat. Jámque res exitum ſpectare videbatur, turbis haud quaquam cariturum. Sed *rex impius*, ſecundæ ſtatim noctis prodigioſis ſibi narratîs, luminibus illîs exſternatus, ſibíque digna factis permetuens; caſtra moverat: &, relictâ domì reginâ, *Zebrácum* (373) ſe ſubduxerat. At, eô compertô, regéque per abſentiam nihil jam remoraturô, *Regina* primùm piâ curâ, dein autem, & ſuopte mentium inſtinctu, templi metropolitani Præſides, atq; Canonicum omne Collegium,

**Pragæ nonnulla, cognitu digna.**

legium, & quod in arce, Pragæque triurbio, *Cleri* fuit; unà cum urbium populis, extractum amne venerandum *Joannis* corpus, impoſitúmque conſpicuo feretro, funere magnificô, per ſinuoſum *Urbis-Minoris* ſpatium, & *Ratſchini* clivum, deduxêre; non jam, ut *Cadaver* promiſcuæ mortalitatis, ſed, ut planè *Martyris* indubitabilis: ut, qui *pro Juſtitiâ* carcerem, tormenta, mortem, expertus, *Regni cœleſtis*, ipſo ſponſore CHRISTO, jam utique poſſeſſionem adîſſet. (374) *Vox* hæc *multitudinum* erat, hodiéque non ceſſat eſſe; *Beatum*, & *Sanctum*, vociferantium, DEI, veritatísque teſtem, ac Martyrem, *Joannem Nepomucenum*: clamante (quis ambigat?) teneras inter lacrymas, *Joannâ* quoque Reginâ, SE, licèt inſciam, *corporeæ Mortis* fuiſſe cauſſam illi, qui ſibi *Vitæ Spiritalis* omnis præſidium fuiſſet. Hunc, *Sigilli-Sacroſancti victimam* occubuiſſe. Summatim! In hoc demum Chriſti milite, DEI *proximíque* flagrâſſe, tantam, quantam *aquæ multæ non potuiſſent extinguere, Charitatem: nec obrutam fluminæ relinquere.* (375)

Humatus eſt autem, in eodem ipſo, cujus fuerat myſta-Canonicus, Divorum Viti

Anni 1620. Leo Galeatus.

ti Wenceslaíq; Martyrum regiô templô; non ſinè magno multorum, præſertímque *pauperum*, ſenſu pietatis; ante *virginis*, *DEI-Matris*, aram. *Joannes*, inquam, (ut ſæpe repetam eum) *Nepomucénus*: inter *eminentes* ædis illius *Primates*, haud ille quidem *Antiſtes* primus; nec Metropolitanæ *Præpoſitus*; neq; *Decanus*, aut *Archidiaconus*, aut *Scholaſticus* (quos *Prælatos* vulgò ſolos, & omnes, nominant) ſed *officiô* ſpectabilis, dum viveret, omnium ipſi præ cæteris, ſicut arduô, ſic honorificentiſſimò: quippe, Secretorum alienæ conſcientiæ *Cuſtos* invictus, & Incomparabilis. *Beatum*, ut dixi, *Praga* Bohemiáque prædicat univerſa, quanta cum Catholicis ſentit: & *voces populi*, *vox* videtur approbare *DEI*; ſubſcribens ei, jam tum à recenti morte, nec in diem hodiernum uſque ſubſcribere deſinens, inuſitatîs alioqui, multîsque, prodigiîs. Et ad tumulum accurrunt vulgò, mortales etiam ii; qui publicam pro geſtis, aut gerendîs, infamiam formidant. Veniant, utinam! veniant huc eodem, & *Sacerdotes* omnes, & *Confeſſionum arbitri*; qui metuunt in ſeipſis *Os lubricum*! (x) Hîc *Sigillum* diſcant *Arcanorum omnium*

(x) Pragæ nonnulla, cognitu digna.

*omnium Arcam* : clavô trabalî fixum incorruptorum *Sigalónum*. (376)

CV. Ex his, quæ narrata ſunt (adjungit *Petrus*, aſſentiente *Clerico* quoque, *Petri* comite, cuj nomen *Hermoláo*,) manifeſtum ſatìs eſt; Antiquitus jam, Bohemiæ decus, & lumen, habitam fuiſſe *Pragam*: ornamentum Pragæ, *Divi Viti* regiam Ædem: ædis, & arcis, lucentia Candelabra, *Canonicos*: Canonicorum ſtellam coruſcam, Joannem hunc *Nepomuc*énum; & Joannis ſplendorem, ejuſdem ad *tumulum* crebra *prodigiorum* phænómena. Quod eximium *Sacerdotii Pragæi* jubar, cùm extinguere *Wenceslaum* ſacrilegus conatus eſſet *Aquîs*; auxit, & illuſtravit invitus, inſolitîs ſuper amnem *lucernîs*, & ad ſepulcrum aliîs ſuper alia *miraculorum* aſtrîs. Ipſe, *rex* poſthæc inglorius; Imperator, exauctoratus; vitæ reſiduô curriculô, ſæpe, (ſi non & aſſiduè,) *miſer*; paucis *miſerabilis*: bis ab adverſariis captus: in carcere ſeptimanîs quadraginta maceratus (377): annôque demum milleſimô quadringenteſimô decimô nonô, *ſideratione* ſublatus *apoplecticâ*, poſtridie diei, quo Virginis DEI-parentis in cœlum *Aſſumptio* re-

colc-

Anni 1620. Leo Galeatus.

colebatur. (378) Vir, inconſtans quidem animi; ſicutíque vidimus, piorum ſubinde carnifex, & homicida: ſed ad extremum, ne per nefas & halitum finiret, finem malefactis, (útique per pœnitudinem, imitamentô Manaſſis, Judææ regis, & Boleslai Sævi, Bohemiæ Ducis,) imponens. Certè namque cadaver ejus, non, ut à DEO percuſſi projectíque, ſed, ut in gratiam recepti, tractatum; mauſoléô Regum, in baſilica regalis arcis ſitorum, excluſum non eſt. Funerati ſunt, in una pariter, eadémque, Sacrorum ſede, Nepomucenus interfectus, & *Wenceslaus* interfector: nec iſtum, utì *Drahomíram*, (Bohemorum & ipſam rectricem, nec minùs piorum inſectatricem,) terra dehiſcens hauſit. In quæ *Petri* verba, miles Boicus, è mœnibus caſtellanis, ad Ratſchini clivum, ac deſcenſum, comite milite quodam aliô, ſe ſenſim comparans, ut ad vigiliarum præfectum reverteretur: *De Drahomira, quam nominatis* (inquit) *exitu tragœdiáque, per caſtra nuper ſæpe ventilatâ, quid ſentiatis breviter, FABULA* ſit, an *HISTORIA*? cupio diſcere; dum in deſcenſu, quantúmque, vacat.

*FABU-*

**Pragæ nonnulla, cognitu digna.**

*FABULAM* aliquis ( inquit *Hermolaus*, ) ſuſpicari poteſt ? rem, tot mortalium, ac ſæculorum, ore famoſam, & conteſtatam? Apage! Sed, ſunt utique, mortalium quidam, in quibus, hac ætate mundi noviſſimâ, ne *Filius quidem Hominis*, *& DEI*, reperturus ſit *Fidem* : eámque ſæpe nec *Humanam*, nedum *Divinam*, ac *theologicam*. quibus, ſicuti Servator hominum exprobravit illi quondam Galilæo dynaſtæ, ( *Niſi ſigna viderent, ac prodigia, non credituros*, ) (379) ità nunc, incredulitate deterioribus, hæc inſuper ingeri verba queant : Ne Signis quidem, & prodigiis, fidem habituros ; niſi priùs, demonſtratione locorum, expreſſione nominum, veſtigiîsque rerum geſtarum ſuperſtitibus, in rem præſentem, pedibus indagantibus, oculis inſpectantibus, manibúsque contrectantibus, fuiſset ventum. Plus dicam. Quidam ( & è Calvinianis maximè Puris-putîs) ne Senſuum quidem organis, & vigori, veritatis auctoritatem tribuunt : niſi diffidentiæ credendi ſuæ priùs *pœnas*, (quod ſtultiſſimum *Fidei* genus eſt,) capiant : niſi *ſupplicíorum* in ſeipſis experimenta deplorent. Cujuſmodi claſſis Incredulorum homi-

hominum, fuerunt, ſub anni, proximè ſuperioris, exitum, *Aulæ Fridericianæ* quidam, utriuſque ſexûs, aſſeclæ: quibus perſuaderi néquitum erat, *Beatæ memoriæ, Joannis Nepomucéni*, tumulo contemptum illatum, aut inſultationem, irreverentiámque, præſtitam, nemini ſic impunè cedere; quin confeſtim eam, & adhuc ante lucis illius plenum occubitum, luere ſe deprehendat: aut luiſſe, lamentetur. Id quod, inter cæteros, expertus *Anglus* eſt, nobili pueritiæ Friderici Palatini moderandæ præfectus: quem tertiò circiter, ante Natalitium-CHRISTI-cultum, die, ſepulcro *Joannis* contemptim inſilientem, vis altior, & momentò, proſtravit, cujus primò pedes, poſt paullum autem, corpus univerſum ardor invaſit intolerabilis: per diei reliquum, depaſtus eſt; & ſub veſperam demum, blaſphemas inter voces, & aſſiduos ob cruciatum ejulatus, extinxit. Senſit vindictæ partem, & is, qui facinoris partem, Angli ſuaſu juſſúque, ſibi vendicârat, *Saxo* faber: auſus ferramentîs ſuîs initium facere demoliendórum ejuſdem tumuli clathrorum, quibus locum illum antiquitas incluſerat, & circumſepſerat; nequis vel i-

gnarus, & imprudens, calcatione fortuitâ, sepulcrum id, religione sacrum, irreverentiùs haberet. Specimen item ultionis, sed longè *probrosissimum*, ipsâ *Nati Servatoris* nostri sollemnitate, de se, déque *tergo* suo, *pelléq;*, præbuit, *aulæ Palatiniana*, quam vocabant, *Magistra*; Calvini discipula dicacissima. quæ, cùm ore maledicentissimô, cadaver *Joannis*, ceu MAGI, refodiendum pronuntiâsset, ac flammîs absumendum; in ipso mox egressu de templo, sub portæ limine, potentissimô correpta procellæ turbine, penitúsque supra caput levatîs à dorso, convolutîsque, vestibus, *monstrum* furiarum Tartari *posticum* exhibuit: donec, oppositu suorúmmet corporum velatam, in Arcem pedisequæ pertraxerunt; *omnî confusione* priùs, postea verò vix denuò tandem camisiâ, *coopertam*. (380) Hi deinceps, horúmque similes, contaminatîs pedibus, ac linguîs, domì secum unà relictîs; prodigiosum *Nepomucém* tumulum Intactum, & veneratione fidéque dignum esse, passi sunt. Veniamus uatem nunc, & ad *Drahomíram*.

CVI. Hæc (pergit inter lentum descensum *Hermoláus*) Bohemâ sata gente, talem,

lem, qualem percurro, ſuî, Bohemicum ad culmen, ingreſsum habuit. *Borzivogius*, qui Primus & nominis, & gentis-Bohemiæ-Ducum, *Chriſtiana* ſacra ſuſcepit, ſubjectísque ſibi populis ſuſcipienda tradidit, octingenteſimô ſexageſimô, circiter, annô: *Ludmillam* ſub hæc duxerat; lectiſſimam, & *Chriſto* deditiſſimam, viraginem, *Slavibóris*, Comitis Melniczenſis, ac *Lidoslávæ*, filiam: *Hauſseckii* dynaſtæ *ſororem*. quæ familia paullatim univerſa, *Borzivogii* DUCIS, ac *Ludmillæ*, tracta religioſiſſimîs exemplîs, è *Catechumenis* tranſierat ad *neophytorum* cœtum; cum alia nobilium ac populi multitudine, non exiguâ. Poſt aliquantò, *Borzivogio* Duci nati ſunt, è *Ludmillæ* conjugio, filii, *Spitihnévus*, & *VVratisláus*: quibus is, ſtudiô ſanctæ ſolitudinis, cum uxore, ſponte cedens, ac ſecedens; Principatum, aſsenſu gentis, *Spitihnévo* priori, dein, hôc celeriter extinctô, minori natu *VVratisláo*, tradidit: iîs legibus, ut *Chriſti* quoque legem inter populos, ſibi commiſsos, propagarent. Hujc ſtudio dum velificatur, optimus cæteroqui, *VVratisláus*; ſpe, quosvis *Chriſto* lucrifaciendi, tum & alienæ virtutis fallacî fiduciâ,



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

longiùs aliquantò provectus : animum adjicere cœpit ad nuptias virginis cujuſdam, quantùm alioqui generis claritudine conſpicuæ, tantùm, ex oppoſito, *deorum fictilium* cultu famoſæ, cum omni cæterâ propinquitate. DRAHOMIRÆ nomen fuit, *Brezoslávi*, dynaſtæ *Luticenſis*, filiæ ; *Drugoslavvi* verò ſorori.

*VVratislai* porrò cognito conſilio, reclamare primùm *Borzivogius*, & *Ludmilla*, parentes : poſtea verò, promittente, ſe CHRISTO daturam nomen, aſtutâ *ſponſâ*, pariter annúere ; bonámque mentem *nurui*, fauſta verò cuncta filio, precari. Sub quæ, nuptiæ fiunt, ipſo Principatûs annô primô. Naſcuntur ex his Borzivogianæ domûs hæredes : annô quidem Servatoris, poſt nongenteſimum, octavô, *VVenceslaus*, à Divo *Methudio*, Græci-ritûs Epiſcopô Catholico, ſacrô luſtratus baptiſmô. Deinde, ſub anni nongenteſimi noni decurſum, frater Wenceslai, *Boleslaus* : & ſoror utriuſque. *Prezibisláva*, quocunque demum, ante, vel poſt fratres, annô. non enim id adeò ſignatè miſſum in annalia monimenta, reperîmus.

Cæterùm *Drahomíra*, ſeu *nunquam ex*

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

*animo* pollicita transitum ad sacra *Christiana*; seu muliebrî postea levitate mentem priorem retractans, ac damnans: ubi se videt, non proli tantùm, sed & successioni Principatûs, conceptibus suis habilem, & adprobatam: instanti promissorum exactioni marito, *VVratislao*, tardas jam, & dissimulantes aures, dare. *Methudii* verò quotidianis exhortamentis apertè, pérq; contemptum, refragari. quin etiam demum, die quodam, cùm intentiùs urgeretur, superbè palámque profiteri, *Patriis, ac maternis à DIs, se nullis unquam rerum eventîs, recessuram*: idque, conceptô verbis diserris *votô*, confirmare.

Magnum ea res animo *VVratislai*, sed serum, dolorem inussit: acerbiorem verò, cultu DEI-veri flagrantioribus, soceris. (381) Sed *Borzivogius* quidem, *VVratislai* pater, haud ità multò pòst, annô nongentesimô decimô, morte sanctâ, septuaginta quinque natus annos, decedit. Quô sepultô, *Ludmilla*, solitudinis domesticæ tædia sanctiore solatura convictu, *VVenceslaum* nepotem, bimulum, filii locô posthac educandum, à parentibus petit: &, *Drahomiræ* quoque nullis



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

(ut tum apparebat) ingratiîs impetratum, in arce *Tetíni* primùm, ſuſcipit educandum; inſtitutore pariter ſecum *Paulô* quodam, moribus, & ſacrorum ſcientiâ, probatiſſimô Sacerdote: qui ſimùl & conſcientiam *Ludmillæ* regebat; utì *Borzivogii* quoque nuper regendam ſuſceperat. His *VVenceslaus* pueritiæ magiſtrîs uſus, in diſciplina morum adolevit, ad uſque *Sanctimoniæ* tandem apicem: in litteris autem, donec in oppidum *Budeccium* (eâ tempeſtate, doctore juventutis *Nicenô* presbyterô, commune *Bohemiæ* gymnaſium,) ad altiores comprehendendas ſcientias, mitteretur ab avia. *VVratislaus*, inter hæc, ut filii pii pius ipſe pater, ac *Ludmillæ*, matris religioſiſſimæ religioſus filius, relictâ ſuis deliriis uxore *Drahomirâ*, (quam cernebat, ac gemebat, in interitum ſempiternum, irrevocabilî pertinaciâ, feſtinare) ſacris templorum-aliquot ædificationibus, parentum ſuorum, *Borzivogii* Ducis, ac *Ludmillæ*, tractus exemplîs, operam dare: pérque Pragam urbem, & ſuburbanas arces, pagos, oppida, CHRISTI religionem omnî ſtudiô propagare. nullum denique, boni juxtà, ſtrenuíque, Principis officium, ut *Ezechiæ* qui-

quidam, aut *Joſaphatus*, & *Joſias* redivivus, prætermittere: quò minùs rerum cœleſtium doctrinam apud ſubditos ſibi populos, & per ſeipſum, & per Sacerdotes, circumferret. Sed laborum hujus Principis, *pro Domo DEI*, ſupremæq; poteſtatis, finis idem, qui vitæ quoque, fuit: annô Chriſti nongenteſimô vigeſimô ſextô, Februarii decimô tertiô die, mortalitatem explentis.

Hujus obitu, primùm; deinde verò, præcipitiô quoque ſuffragiorum, apud proceres, (in ſubſtituenda rerum adminiſtrâ,) propter immaturam adhuc gubernaculis puerorum ætatem, *Athália* (382) nova regimen ſuſcepit Bohemicum; & Pragæ Curiam, ut ſententiarum directrix, intravit, tenuit, ſub jugum miſit: impia DRAHOMIRA.

Vulgò MULIER, *locô, viris debitô, jura dans, aut imprudens eſt*; aut *Crudelis*. (383) Fuit, & expreſſit utrumque, moribus ſuis *Drahomira*: ſtolidè *deos* colens, & *homines* cruentè carnificans. Inchoans itaque (dum nimiô ſuæ ſuperſtitionis œſtrô furit,) ſævitiam ſuam ab exagitatione ſacrorum noſtrorum; cædes paſſim imperat, & edit: piorum templa demolítur: eorum Sacerdotes, partim



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

palàm ejicit, partim clam necandos curat. Quoscunque Chriſtiani nominis, à marito, ſoceróque, gubernaculis, aut conſiliis, admotos reperit; eos deturbat, & gradu movet: idololatras eis ſuffi.it. in his, velut Prætorem urbis, *Palhóẓum* quendam, barbarum; Chriſtiani cruoris inſatiabilem ſanguiſúgam, & tigrim. Templa, quæ ſupererant, & ſcholas Chriſtianæ puritiæ, decretîs aſperîs claudit. Eôdem turbine decretorum, & exercitationes Religionis publicas tollit: deos Slavorum patrios adorari publicitus, & *ſolos*, & *ab univerſîs*, imperat. imperata, Diocletianæîs, & minis urget, & pœnîs exſequitur. Chriſtianum, palàm obambulantem, interfici, cedit impunè cujvis. hinc cædibus omnia promiſcuè replentur.

CVII. Eô. porrò, tempore, quo vel inprimis ea ſævitiæ fervebat tempeſtas, *Wenceslaus*, natu jam ſeptendecennis, *Budecais*, (cujus ſuprà feci mentionem,) agebat; diſciplinis intentus gravioribus. *Ludmilla* verò, *Tetíni* verſabatur; arce, ſibi dotalì: ponè quam, & oppidum, nominis ejuſdem, ſitum; nonnullis & *Theyna* poſtea dici, breviatione vocabuli, cœptum eſt. Ad

*Tetî-*

[illegible] Leo Galeatus.

*Tetinum* porrò, templum superioribus annis *Ludmilla*, memoriæ Divæ *Catharinæ* Virginis, ab Angelis in monte Sinaæo sepultæ, cum cœmeterio pariter, exstruxerat: ut &, inter arcem, & oppidum, eodem ipso tempore, maritus Ludmillæ, Dux *Borzivogius*, templum aliud, Divi *Michaëlis Archangeli* titulô, posuerat. Ad hæc, & id genus alia loca, pietatis quasi gymnasia, commeare *Ludmilla* frequentissimè solita; nec non, eodem trahere clientium suorum multitudinem gestiens: pressum jugô suæ nurûs, ac tyrannide paganâ vexatum, piorum gregem DEO-COELI commendabat: multúmque flens inter hæc, & gemens, *Drahomiram*, & emissarios ejus, nequaquam latebat; etsi, *Pragâ* longiùs remota, sibi solitariô videretur in recessu vitam agere: nec in oculos & iram nurûs multùm incurrere. Venit ad eam igitur, die quodam, solandi caussâ, Budecciô *Wenceslaus*; & ab hac deinde, (sinè dubiô conscià, probantéque,) rectà *Pragam*: stipantibus *Wenceslaum*, ei fidiorum, ministeriîs armatîs; & fortissimô quôque Christianæ nobilitatis, ex arcibus & municipiis finitimîs: ultrò convolantibus. Erat



**Pragæ nonnulla, cognitu digna.**

*Wenceslaus* annos tunc natus (ut dixi) ſeptendecim. quem, ſimulac conſpexêre *Pragenſes*, inceſsu, formâ, comitatúque principalî, conſpicuum, ac dignum: tædiô præſentium, accensîs omnium in novum & mitiorem *Exarchum* ſtudiîs, ſalutare *Ducem* ac *Principem* ſuum *Unicum*, & Chriſtiani cœperunt, & Chriſtianorum hoſtes. At ille, *Matris*, quantumvis exſecrandæ, reverentiam tamen adhuc ante ſuum jus, & commodum, ponens; inferiorésque pondere-gubernationis annos ſuos cauſsatus: in præſens, *convenire* Matrem, ſatìs habuit; & geſtu verbîsque, demiſſione pleniſſimîs, adſtante ſuorum illuſtrî coronâ, Chriſtiani nominis & ſanguinis infeſtationem deprecari. Cuj *Drahomira*, (facere quidvis, & diſſimulare factum, adæquè fallax,) in alios retortâ crudelitatis culpâ, molliſſimè, præter exſpectationem omnium, reſpondens; *Ex voto filii ſe factuxam omnia*, promiſit. E veſtigio quoque, promiſsorum partem luculentam, repræſentare ſatagens; die mox inſequente, recludi templa, ſiqua Pragæ ſupererant; aperiri litterarios ludos; revocari Sacerdotes; in arcem denique, quodcunque tunc armorum urbe

urbe totâ reperiretur, obedientiſſimè comportari, jubet. Dicta, facta; recta, correctáque, viſa ſunt omnia.

Sed, poſteaquam metus abſceſſit præſentiæ filii, (*Budeccium* reverſi,) ſucceſsítq; metui, potentior eô, rabies Idolomaniæ, *Drahomiræ* ſenſibus innata: celeriùs, quàm quiſquam ratus eſset, bene-decreta, mulier, in deteriora vertit. Reputánsque cum animo ſuo, quamdiu Chriſtianæ religionis vel ramentum aliquod in Bohemia ſuperforet; aut filius, natu major, ac ſocrus, fulcra Chriſtianorum: nec ſe, neque deos ſuos, ac deas, tranquillâ ſede gaviſuros; ab eo die, perniciem, obſtantium cogitationibus ſuis, capitum, volutare ſecum dies noctésque cœpit. Sævitiam itaque priorem non modò reſumit, ſed auget etiam, ac plurimùm intendit: nullâque mutatæ tam ſubitò lenitatis verecundiâ ducta, mulier impudens; Chriſtianis adempta nuper arma, retinet: ſua verò, deorum-cultoribus reſtituit: inermes armatis trucidandos objicit: cædem fieri, ſacrorum æquè, profanorúmque Chriſti cultorum, præcipit.

Deceſserat porrò, jam antehac, deorum & ipſe

& ipſe cultor, *Brezoſláus*, Drahomiræ pater: cuj *Sepulcrum*, pro dignitate natalium, & dynaſtæ fortunîs, erexerant ſui, *Lutizii*. Locus is erat, inter *Egram*, ac *Rakonizium*; in Boream aliquantò reclinior: oppidum, arx, & ſedes, regulorum ſtirpis illius. Eâ tempeſtate rerum illic, & in tractu finitimo, potiebatur, *Drugoſlavvius*; Drahomiræ frater. Ad hunc *Drahomira* tunc Pragâ venit: indè, *Patris* ad conditorium. ſuper eo, necromantarum ritu, victimas cædit. Votum, inſuper, ac palàm, concipit; jam non, utì quondam, *Nunquam ſe Chriſto nomen daturam*; ſed, eô longè ſceleſtius; *Chriſtianum omne nomen, ac ſacrum, adeò ſe, per ſolum omne Bohemicum, eradicaturam; ut inhærentem iis ritibus, & cultui, ne filium quidem è ſuis ullum, toleratura ſit.* Id illa, *per cineres patris*, & *deorum ſuorum* omne *cœlum*, ac regnum, *jurans*; ſicut etiamnum patriis buſtis inſtabat, ad ſuorum adſtantem turbam ſe circumagendo; *Chriſtianos*, inquit, *exciſuram me, juravi* ſemel. *Id jusjurandum ſiquando repetivero; Chriſtianos per Bohemiam cernetis paucos: tertiò verò juraturâ mê, nec unum.* Qua tam gloriabundâ vati-

Anni 1610. Leo Galcatus.

vaticinii vanitate *Drahomira*, pariter & rabiem ſui ſexûs expreſſit, cædium inexplebilem : & *pſeudoprophétidos* ſtoliditatem, quâ crederet ; *Cujus in manibus eſſet gladius, ejuſdem & decretorum eſſe ſucceſſum*.

CVIII. Reverſa, ſub hæc, *Pragam*, interpolatam itineribus immanitatem, ac DEI contemptum, integrat, & addenſat. Sacerdotium, iterum iterúmque proſcriptum, expellit : ac partem ejus, clandeſtinis paſſim latrociniîs extinctam, ad paucos redigit. Ad *Divi Clementis*, ſatìs non habet, ædis obſerari portam ; niſi pariter obſtruendam cementô curaret, & lapidum compage, *Palhógo* ſuo, quem urbis (utì dixi) præturâ coornârat, *Chriſtianiſmi totius* mandat extirpationem armatam. Idololatras omnes omni genere telorum exornat, adversùm noſtros. His, è contrariô, non deſunt, quà clam, quàque própalam, commodatò ſubmiſsîs certaminum inſtrumentîs, *Comitum*, Pragæ finitimorum, illuſtres nonnullæ, jam antehac initiatæ Chriſto, familiæ ; cujuſmodi, *Bſovàorum*, *Kolovvratàorum*, *Kolodegiorum*, *RzicZanàorum*. Jámque multò minùs, quàm unquam cujquam antehac Chriſtiano, com-

Pragæ nonnulla, cognitu digna.

conceſsum eſse cœperat, *in publico conſpici.* deprehenſi, necabantur: *Arx* ipſa *Drahomiræ*, palatináque cœnacula, ſanguine natabant. ac ne per *domos* quidem privatas, & intrà parietum arcana, ſolatii cauſsâ, congregari piis, aſylum erat, & impunè: quò minùs armîs oppugnarentur. Cujus proin rigoris occaſione, die quodam, è domibus undequaque concurſum in urbis (quæ *Vetus* hodie, *Majórque*, dicitur) medium forum eſt. dimicatum inter Chriſtianos, ac Drahomiræos, acerrimè, ſtrage denique pluſquam Quingentorum; ſed Idololatrarum numeroſiore. Saucius autem eádem illâ pugna, (*corculum* Drahomiræ,) *Palhógus*, domúmque ſuam refugiens; in ipsô penatum ſuorum veſtibulo conciditur. Furit, intelle&tâ re, *Drahomira*, multò, quàm ad patris, aut matris funus, inſaniùs, & implacabiliùs. & tunc demum, *Furiarum* viſa fuit *Quarta* fa&ta, *Drahomira*: quámque ne contribúles quidem *Diræ* jam porrò ferre poſsent. Vindicandæ neci *Palhógi* fui, mulier, amens irâ, templa *Divorum* compluria delenda flammîs, partim curat; partímque non prohibet, aut improbat. in iis, ædes erat *Teynenſis*, & Divi

Joan-



Digitized by Google

Joannis, *Chriſti Præcurſoris*; & ipſius adeò *Georgii Martyris*, quæ corpus ac tumulum habuerat mariti *Wratislai*. poſtremò, cædem quoque mandat, & Sabbatô quodam patrat, nurus exſecrabilis, innocentiſſimæ ſocrûs ſuæ, *Ludmillæ*: quam per ſceleſtos ſatellites, *Thomam*, ac *Gumónem*, velô ſacri capitis ejus cervicibus circumplexô, ſtrangulandam in Sacrario, curavit; ídque, propter *Chriſtianam* ab ea rem, ac religionem, omnî ſemper ubique ſtudiô promotam. Corpus porrò, neci datæ, *Principis* iſtius, *Tetíni* ſepulcretô non alio, quàm omnibus communî, contegendum dat, aut permittit: *Heroidis*, inquam, *Ludmillæ*; quæ tamen, cum Duce marito, Bohemiam aliquando rexiſſet. Sed, quam viraginem, DEI pariter, hominúmque contemptrix Mezentiana, *Drahomira*, morticínis vulgi miſcuerat; eam DEUS plebi funerum brevì, monumentô præſignioſî, miraculîsque, nequaquam gregalibus, eximiam fecit. Refoſsam enim, bienniô pòſt, *Ludmillam*, & à *Paulo*, conſcientiæ quondam illius arbitrô, *penitùs incorruptam* repertam; ſuper hæc autem, & incomparabilis cujuſdam odoris ſuavitate circumfuſam: devehen-

rehendam Terinò Pragam *Wenceslaus* seorsim curârit, simultatumque principum omnium in templis, spectandam exposuerat. Inter ea verò tempora, fuit aleatorum *Apostolo Matthæo* memoriæ dicatum: cunis & anforum, haud multùm post, octavo memoratum recurrente. Multos porrò sacri corporis illius spectaculum, ac cœlestè quoddam splendor odore, *Dei* impio cultu traditos, per eos dies, ad *Christi* laeta expetendos. Datum, super hæc, divinitis ac hoc nomine *Lucinda* martyrio ut ea, quam ipla hieni sepulturâ sacratur, & imburiat, humo, post illam crepram fibi, nullum exinde cadaver, ne tenerimi quidem infantuli, reciperet: infoditur (velut hoc habet) literatim. Corpora, de morbis ejecta obhuc liquidi humoris reperiuntur, insepulta, donec, pro recens mortuis, recens quoque sepulcretum aliud, ad Divæ *Catharinæ*, Terini conderetur. Cœterum, quanto tabidum *Lucinda* defunctæ glutam divina manus vexavit; tanto *Drahomiram* profundius, & irreparato adhuc defecit, & postea *miseriarum* oppressit.

CIX. Reverat ea *Anonæ* fere (ne ultra) Bohemiam ab obitu *Wenceslai* tri-

ann. Sed, Amore *tanni* (184) quovis
fcelerator, & *Vitiosa fæcunda* reparatur, im-
tolerabilior, effecta: procerum justa, mul-
tudinisque, cultus utriusque, consilii, retrac-
dur in ordinem, cogentibus autem, & di-
verso, Christiani æque, deorumque sectato-
bus, gubernata *Ferocitas*, fuscipit, sub
annum Salutis nongentesimum, vigesimum
octavum incuntem. Eum ego Principatum,
titulo, non *Regis*, (uti poterat,) sed *Ducis*,
sub cujus gessebatur, DEI, patriæque vero
plurimum ipsi favertium, primum, Henrici I.
dein & Othonis I. Romanorum Imperato-
rum, juvenis innocentissimus, intregerrimus-
que, tractat & obtinet. *anno* posthac *undevi-*
*cesimo*. Quo toto tempore, nihilocetus *Dra-*
*komira*, nec fecetio contenta, nec *Svatawa*,
clorali fide, neque fuis in armis *Bolesla-*
*vum* exercitibus, ad hilum, tetu minorem,
*Bolesiaum*, minime cessavit, verò, privatæ
fortis curis, ac negotiis perpetuo. *Præ-*
potissimum, & alia, miscere multa; dein
fuis deabisque rurfus cupiendo: & terre,
Inferisque, coelo miscendo. Semper interim
intentis *Vi excelsa* quoque, post *Lumi-*
*lum*, suis collendo modis, & occasioni-



Pragæ nonnulla, cognita dignæ

bus omnium generum, inſidiabatur ei ; *Religionis*, & *virtutum* illius, odiô. Dixiſses; Sicut Achábum quondam, Samariten regem, ità novam hanc Bohemiæ Jezabélem, *ad malè faciendum bonis*, *fuiſse venúndatam*. Omnia *VVenceslaus*, ab ingreſsu ſtatim Principatûs, & Sacra reſtituere cœperat ; & ſacratas-DEO, divísque ſedes, reparare. revocare Sacerdotes ; reducere pios juventutis inſtitutores ; *Chriſto*, quidquid uſquam adhuc eſset in errore, ( tanquam *Apoſtolus* ipſe quoque, *DEIq; legatione fungens*,) conciliare : matrem *Drahomiram*, complurium firmô decretô, dudum neci deſtinatam, pietate filii, conſtanter protegere. Nihil è diverſo, *Drahomiræ* furor, quod adverſaretur *VVenceslao*, Superósque læderet, prætermittere. *Boleslaum* filium intimè corrumpendum, (nec irritô conatu,) ſibi ſumere ; fortaſse conſciâ quoque plerorumque *nurus* Brezénâ. (Nuptiis enim, ipsâ ſinè dubio conciliatrice ſponſæ ſocru, matre ſuâ, ſe *Boleslaus* illigârat.) Die quodam, ut non modò, matris vice, novercam *VVenceslao*, ſed & *Medéam* ſe venenariam præberet ; potionem apparârat, in lagena : quam & hauriendam ei porrexerat, cicúti

cicútâ Socraticâ mistam. Simùl autem versuta dipsas (*v*) familiariùs solitô, sese dans filio; summam per hypocrisin, avidam ostendebat se, *Symboli*, Christianíque totius instituti, discendi: siquis ipsam accuratè doceret. Ab illo verò vase divinitus *VVenceslao*, ne biberet, néve dictis fideret, retractô; matrem quoque, ne tam prava tentaret, seriò, sed seorsum, admonente: satis habuit, effrons mulier, impræsentiarum aliquantùm *erubescere*: necem autem cogitatam, necísq; modum mutatum, in futurum differre. Nec destituit voluntatem nequam, opportuna sceleri, facultas: utì neq; sua partium utrimq; factio; quæ *VVenceslao*, versícolor & inconstantior; *Drahomiræ*, major, audacior, scelerúmque manifestior. *Fratrum* etenim aulæ, sicutì sedibus, ità studiis animorum, erant divisæ. Cum *Boleslao*, Boleslavia sua, municipium, arx, ditionis tractus; & *Drahomira* mater, & utique *Brezéna* conjux, &, teterrimi cujusque facinoris aggressores ac duces, *Hinevvsa*; *Styrsa*, cæteráque satellitii monstra, præcipuéque *Boleslai*, fratris in necem, mala mens, erant. Apud *VVenceslaum*, Pragæ, sua probitas, & innocentia, soror i-



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

tem, (quod exitus docuit,) *Precibisláva*; famulorum fidiſſimus *Podivînus*, ejus cubiculo præfectus: ſacerdos item, *Hoſtivódus*. de cæteris, quid pronuntiaret *veritatis* amica vox? *Inimicos hominis*, *fuiſſe domeſticos*, etiam illius. Nam his quoque, ſicut *Boleslao*, diſplicebat paullatim, *nimius* (utì loquebantur) in *VVenceslao*, DEI virtutúmque, cultus; à profeſſione *Principis* alienus: fuga deliciarum, ac pompæ: deſes armorum quies, & curia; nequaquam Romæ-veteris *Hoſtilia*, ſed *Endymionea*, dormientis in claſſica ciendà *Pragæ*. niſi, quòd tamen iîs ſtudiîs omnibus, quæ traducebantur in DUCE *VVenceslao*, *pax* ab exteris armis, *Salúsque* populorum, interim ampliùs, quàm ab ullo Principum antegreſſorum, promoverentur. His addebatur tamen, à Criminantibus *VVenceslaum*; Cæſarum quoque, *Germanorúmque* Principum, & viciniæ, cultus; longè, quàm dignationi *Bohemorum* expediret, intentior atque reverentior. Proferebantur hæ, *VVenceslai*, ſoliô depellendi, fratríſque, depulſo fratri ſubſtituendi, quæſitæ pictæque; *Drahomiranus* autem, obviæ, certæ, jam olim infixæ, Cauſſæ: CHRISTUS, inquam, in Wen-

Wenceslao ſceleſtis inviſus ; & è diverſo diis, & impietati, *VVenceslaus* infenſus. Hic unus, præ cæteris univerſis, ſtimulus proceſſerat in *Drahomiræ* curis, ad filium uſq; vitâ quoque, per filium alterum, extrudendum. Diem illa tantummodo circumſpiciebat, furori tempeſtivum. Isque viſus demum eſt, ad votum oblatus.

CX. Pepererat, ſub autumnum ineuntem anni nongenteſimi triceſimi noni, *Brezéna*, Drahomiræ nurus, Boleslaviæ. qui locus, tertiô milliarî Pragâ diſtans, lævam adjacens ripam Albis amnis, infrà fluminis hujus ejusdem, & Gítzeræ, confluentes, amœnô ſolô, ferarúmque gregibus olim refertô, viſebatur. Eáque prætoriana ſedes, (progreſsu temporum aliâ recentiore, nominis ejuſdem, alibi conſtructâ,) *Boleslaviæ veteris* appellationem accepit. Illic ergò nato recèns filio, *Boleslaus*, Ducis frater, tametſi *Drahomiræ* matris conſiliis illigatus, *Chriſtiana* tamen ſacra, (foris præſertim,) uteunque retinens, *baptiſmum* indixerat, in diem Septembris vigeſimum ſeptimum: qui, divorum *Coſmæ Damianique* memoriæ ſacer, utì nunc eſt, ità jam tum erat. quorum



**Pragæ nonnulla, cognitu digna.**

eorundem venerationi, municipii quoque Boleslaviani templum ſtabat dedicatum. Hîc, à conjuratis in caput *VVenceslai*, non tam regenerandus aquâ-Salutis *infans*, quàm interficiendus latrociniô Wenceslaus *DUX*, animo proponebatur. Hæc malè faciendi facultas, & hoc extremi conatûs compendium, non debebant manus effugere *Bohemicæ Jezabélis*. Hujus impulſu, Boleslai blanditiis evocatur Pragâ *VVenceslaus* Boleslaviam; cum omni, ſibi charorum, Coronâ. *Finem aliquando tandem, modúmve, ponerent inutilium in diverſa diſceſſionum: componerent litigia factionum, filius, atque mater: germanus, cum germano: caſtrum ſuburbanum, urbanâ cum arce; Praga, cum Boleslaviâ. Natô ſtirpi Borzivogiorum Hærede, ſtirps omnis in commune latarentur. Veniret VVenceslaus; & Boleslai domum ipſe quoque, pars capútque convivarum, exhilararet.*

In hæc invitamenta, tam prolixa, conſurgens *VVenceslaus*; creditur, Angelorum, ac DEI præmonitu, futura prædidiciſſe. Nihiloſecius tamen, diſſuadente licèt, etiam *Podevinô*, perſtat in cœpto: nec inſtantium inſciens, nec ſinè mentis interim, per *ſacram Syna-*

*Synaxin*, animatione, viam, per quam rediturus non eſset, ingreſsus. Venit, cum ſuis: excipitur, quàm unquam aliàs, liberaliùs; à matre quoque, ſolitô blandiùs, ac verboſiùs. Expiatur infans; nomen accipit *Samodrúhi*. quod ei tamen poſtridie ſtatim, mutatione rerum, ipſe pater in *Strachykquam* erat converſurus: id eſt, *Terroris-expulsum*. Exſonat interim omnium vocibus, & gratulatione, convivium: protrahitúrq;, multam in noctem, à factione Drahomiræ. *VVenceslaus* ſolus (*ut piis mos*) DEO, quàm ullis deliciis, profundiùs immerſus; déque cœna rectà tendens ad aſſignatum ſibi cubile: veſpertinis ibi precibus operam, quieti ſomnóque vix quidquam, dat. *Boleslai* porrò juſsu, (matre non deſinente, cunctabundum incitare,) ſerô noctis, barbari quidam, & ad homicidia venales, *Slávones*, in facinus armati, conclavis illius, quò ſeſe Dux receperat, fores aditúmq; moliebantur. Verùm, *ter* irrumpere contentione maximâ conati; totidem repulſibus contrariîs, incognitarum ex alto virium, arcentur: &, horrore tremulô, ſideratis ſimiles, vacillantes, ac ſuîmet incerti, per avia cæcáque palatii loca

ſparguntur. Admoniti verò, Principem *Boleslaum*, cum *Drahomira* matre, ſeſſitantem in interioribus arcis penetralibus, imperati negotii ſucceſsum exitúmque cupidè præſtolari; reſponderunt internuntiis Slavones: *Principis ſe manu ferrôq; poſse velléq; cadere: Principis autem ad imperium, occidere ſe non poſse, nec velle, Ducem VVenceslaum: quem ſcirent, ac ſentirent, divinitus defenſari.*

Quibus *Drahomira* cognitîs, ad *Boleslaum* verſa; *Si nunc hominem* (clamat) *dimittis, & tam præclaram cædis occaſionem avolare ſinis; non ego mater tua, non tu natus eris Drahomiræ.* Cui *Boleslaus*, & ipſe vinô, largiùs hauſtô, ſolutior ad nefas, ac præterea, tanquam contemptæ juſſionis ſuæ ſenſu, ſtomachoſior, altâ voce; *Non, ut illi volunt*, exclamat: *ſed egomet ipſe, manu meapte, miniſteriô ſuccinctus geminô, promptiore, victimam hanc aggrediar.* Simùl autem, clarè conceptîs verbis, *Vtì ſic ſibi, ſic ſuis fortunis, hâc, nec aliâ conditione, feliciter omnia ſuccederent, matre coràm*, jurat; *Per ſe non ſtaturum, quò minùs VVenceslaus Pragam ſuam poſtremùm jam viderit: ac diei poſteri decurſum plenum viſurus non ſit.*

Secun-

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

Secundùm quæ, vocatîs ad ſe *Styrſa* (de quo dictum ſuperiùs eſt) & *Hinevvſa*, cum armis; ipſe, cum *Drahomira*, pervigiles ſedent; cædis conſilia, novíque mox Principatûs gubernacula, communibus operîs tractanda, volutantes. Nec omittunt, inter hæc, per emiſſarios, *VVenceslaus ubi ſit, quid rerum agat*, explorare. Nec ipſe verò *VVenceslaus*, tunc in ſomno profundior, quàm in DEO, jaculîſque precum, erat: qui mos quietum illius. Sed, ubi plerumque noctis proceſſit, & *vigilia* jam *tertia* curſum ſuum tenebat; ſurgens ſtratô *VVenceslaus*, ut ædem ſacram fratrum duorum Arabum, (de quibus dixi ſuperiùs,) *Martyrum*, viſeret, precibus alioqui pſalmíſque matutinis pandi ſuetam: poſteaquam è cubiculi cuſtode, didicit, clauſam; domô non egreſſus, precibus ad DEUM fundendis, tenebrarum tempus exegit. Ad auroræ demum exortum, nihil differendum, tum ſaltem, ratus, quod eum Numini conjunctiorem redderet, (in *Euchariſtiæ* ſaltem ſacrô repoſitoriô,) venit ad templi portam; quæ clauſa tamen, etiam tum, perſtabat. Illic igitur, in ipſo forium limine demiſſus in genua, conjunctîs manuum

nuum palmîs, DEO ſe deſideriîs intenſiſſimîs commendabat. cùm, ecce, *Boleslaus* (quem, egrediens arce *Wenceslaus*, haud quaquam fefellerat,) à tergo ſuperveniens ſupplicanti, pedum ſonitum adeò ſupprimere nequiit; quò minùs à Duce fratre, retroſpiciente, notaretur. Aſsurgit is celeriter: ac, per crepuſculi malignam quamvis lucem, tamen agnitum, *Ave matutinô*- quàm humaniſſimô, ſalutat: nec reſalutatur. pro convivio pridiano, gratias ſingulares agit: & verba, gratiis inimica, recipit; *Enimverò, pro terræ fructibus, & epulîs, Ego tibi jam dapes*, (inquit Boleslaus, voce trucî,) *ſubterraneas etiam apparabo*. ſimúlque, diſtrictô feriens gladiô, bis *Wenceslaum* ſauciat: ictu primô, cranii particulam abſecans; alterô, partem auris. Tertium, ídque certioris ad lethum viæ, vulnus adjecturus, homicida; ſemetipſum exhorreſcens, humì ſternitur: & *gladium* ante *pedes* abjicit, cædentis, ac cæſi. Quem tamen, ſic abjectum & cruentum, levans enſem, manſuetiſſimus *Dux*, placidâque dextrâ vibrans; *Heu, mi frater*, inquit: *neſcis, quàm malè, vulnerando fratrem, agas?* In hæc, tam plena moderationis verba, ne-

mo

mo dubitâſset, quin cædis inchoator, ſuômet terrore jam elumbis, & ob eius vehementiam ad terram alliſus, præter hæc autem & in dextra *Ducis* conſpectô gladiô nudô, cohorreſcere, tantùm-non in lapidem debuerit; ut adeò, ſi non admiratione virtutis tantæ, certè quidem metu mortis, tam ferociæ suæ veniam rogaturus fuerit; quàm repercuſſionis talionem deprecaturus.

Horum autem neutrum egit *Boleslaus* implacabilis; ſed, è diverſo, mala mens in propoſito, frater inviſus in oculis, inſtigatrix mater in auribus, jusjurandum interfectionis in memoria, *præpotuerunt*; utì cœpta perficere, (circumſpectîs identidem telîs, & obviô quovis ferramentô,) tum quoque vel maximè tentare deprehenderetur. Quod ubi ſenſit *Wenceslaus*: ne, trementi præ rabie, reponendæ vindictæ vel tenuiſſimam ſuſpicionem, aut metum, præberet, in manibus inſtrumentô vindictæ rerentô: ſuum *Boleslao* gladium reddens; *En*, inquit, *quod tuum eſt! de cætero, Voluntas quoque tua, ſit in manibus tuis!* cúmque dictô, nullô pavoris editô ſignô, repetere templi portam incipit. At ille ferox, punctô temporis ſurgens

**Pragæ nonnulla, cognitu digna.**

gens in necem fratris, & irruens in averſum; pergentis dorſum enſe tranſverberat. Clamorem autem ſimùl percuſsor tollit, conclamant, in abdito præparati dominicis mandatis, *Styrſa* ſicarius, & *Hinevvſa*, facinorum collega. Vox horum, ac tumultus, unà cæterum etiam in arce ſatellitium excitat; cujus pars *Boleslao*, pars altera *Wenceslao* famulans, ſuo quiſque domino commodaturus operam, præſtò ſunt: alii, vigiles, ac prænoniti: cæterorum, pars magna ſemiſomnes; & arma tamen pro *Wenceslao* parantes.

Ac *Wenceslaum* quidem, aversô (velut dixi) corpore transfoſsum, & ad templi tamen veſtibulum correptando perlatum, impii duo, quos nominavi, latrones opprimunt utrimq; deintegro. Sic, genibus nixum, & alterâ manu metállinum portæ manubrium, orbiculatæ formæ, complexum, ingeminatîs alternô feriendi certamine plagîs, ac vulneribus, contrucîdant. Exceptæ morientis ſupremæ voces ſunt, antiquiſſimæ pietatis venerabilia monimenta; *Tibi, Chriſte DEUS: tibi, Virgo, DEI mater, agónem hunc meum commendo! reſpicite me, luctantem!* In hæc, occubuit.

CXI.

**Anni 1610. Leo Galeatus.**

Digitized by Google

CXI. Peractâ cæde; quodcunq; miniſtrorum DUCIS repertum in armis, eſt; jugulatur. Inermes cæteri, paventésque, fugâ ſalutem propinquîs in ſylvis quærunt. famulorum verò fidiſſimus, *Podivinus*, odiô ſancti Ducis, ac religionis, è *quercu* ſuſpenditur: &, quiſquis occiſo quondam charus, aut fidus fuerat, affligitur. Templo, cujus in limine ceciderat, ſacrum cadaver infertur. In luctu *Precibisláva* ſoror eſt; Wenceslai fratris deſectam *auriculam*, (etſi prodigiosè demum repertam,) incaſsum diu quærens, &, integritati cæteri corporis deeſse, conquerens. In mœrore, nece Ducis compertâ, *Praga* pléraque, maximéque Chriſti cultores, ſunt. In gaudiô, ne *Boleslaus* quidem, cum ſuis: ſed, facinore patratô, lymphatis omnes, ac Pánicô terrore vecordibus, ſimiles: plumbei, trementes, & extra ſe, laniatu conſcientiæ, conſtituti.

*Drahomira* ſola, (pròh, DEI patientiam incomparabilem!) malorum omnium princeps, & inventrix, & opifex, in Orgiis natans: diem eum *feſtum* agitabat ſola; redeuntémq;, fratris à cæde, *Boleslaum*, ſalvere jubens; laudibus & gratulatione *Semi-*

*deum*

Pragæ nonnulla, cognitu digna.

*deum* facit, & ad deos ſuos ob generoſitatem extollit. Cuj Boleslaus; *Hoſtibus*, ait, *noſtris, mater, ità lætarè contingat! Di tui, juxtà, Deúsque Chriſtianorum, diem heſternum eradicent ex omnibus faſtis! quem nos (ô nefas!)* puero natalem, fratri Duci *fecimus* mortualem. *Pereat, quod nos omnes perdidit, EPULUM illud TERRIFICUM, Convivium-formidinum* (385): *noſtris*, Strachycqua. *quo proinde nomine poſterîs temporibus, & bacchánal illud noſtrum, & infans ipſe, pro* Samodrúho, *vocetur.* Id *Boleslai* dictum, decretúmque, ratum fixúmque manſit: & puero (ſicut diximus) *Strachycquæ* nomen hæſit.

At nihil hîs mota *Drahomira*, ſed, ut mulier effrons, *os tergens*, relictô domi ſuæ *Boleslaô*; cum armatis, eodem adhuc die, priuſquam noctеſceret, *Pragam* intrat: arcem *Wiſsehradenſem* occupat: *ſe*, demonſtrat, *in ſolium eſse repoſitam*. perîſse, Dis & hominibus inutilem, *Wenceslaum*. *Veteribus antiquatîs, omnia poſthac innovatum iri Curiarum edicta.* Continuóque, capi *Sacerdotes* urbe totâ jubet. in captos, vincula, carceres, plagas, mandat: in pleroſque denique, ferrum, ſecu-

res,

res, longam è fame mortem, aut vivorum ê vicinæ rupis altitudine dejectionem, in profluentem ſubjectum. Horum exitio paullò poſt addit & alios, Chriſti cultores, *cleri* non participes; eósq; præcipuè, quos ſciret, apud *Wenceslaum* nuper gratiâ valuiſſe. quos omnes, ubicunque repertos, aut in manum incidentes, fœmina ſceleſtiſſima ſatellitibus ſuis objicit clam, palàm, vi, dolô, jugulandos.

Quæ quidem univerſa, prolatîsque truculentiora, flagitia; mulieris impotentis non potuerunt longævam facere potentiam. Ibat in ſeditionem, & arma, vulgus: & ipſi quoq; ſtomachabantur, *deorum* alioqui *Drahomiræorum* cultores. Aſsentiebantur tumultuantibus, *Optimates*. nec diu firmum rebus labantibus præſidium fore videbatur, ſubmiſsus, ad vices Ducis ſuſtinendas, à Boleslao prætor extraordinarius, *Divisláus*: qui præterita *Wenceslaæ cædis* acta querulis excuſaret; in temulentum furorem aulæ, culpam homicidii detorquendo: necísque Principalis expiationem, à *Boleslao* præſtandam, pleniſſimè *Sacerdotum* arbitrio ſubmittendo. Minùs enim hæc interim, quàm ſperabatur, profi-

proficiebant : quamdiu præſertim ante *multitudinis* oculos, & in arce-potentiæ, *Drahomira* verſaretur. Ipſa compeſcenda, modîs novîs, & rigidîs, erat. Per internuntios itaque *Boleslaus* tandem conventam *matrem*, hortatur acriter ; *Exagitationis Chriſtianorum aliquando finem faciat : niſi certiſſimum, jam nunc, in excidium, adaquè Principatum, & Borzivogiorum ſtirpem, adhæc autem, & Bohemicum omne nomen, præcipitare feſtinaret.* Ipſe *Boleslaus* interim, & *per ſe*, modîs ac viîs omnibus, Chriſtianorum promovere Sacra, résq;, fortunásq; ; tum & *per Divislaum*, pro-prætore Pragenſibus impoſitum, urbis turbata jura recomponere. matris denique violentiam contrariîs inſtitutîs ubique coërcere ; neque monitis illius, ut antehac, aures dare. Quibus proinde rerum inexſpectatîs converſionibus irritata ferox *Drahomira* ; relicturam ſe *Wiſſehrádum*, omnéq; *Pragæ* ſolum, denuntiat. Iter *Stochoviam* indicit ; dotalem ſuam, de qua dictum alio locô ſæpius eſt, arcem. *Lutitzium*, inter hæc, ſedem *Drugoslai* fratris, petituram ſe, minatur : ſuper *patris tumulum* illic Sacrificia, libamenta, victimas, DIs ſuis ; illic, exſecrationes

tiones veteres, in omnem Chriſtianorum gentem, ac ritum, integraturam; novas in Boleslaum ſuperadjecturas: cuj, graviùs omnibus, iraſci pergebat, & cuj, tertiô quoque verbô, devotionibus omnibus, jam non, ut *mater filio*, ſed, ut *cani mortuo*, Megæra (386) maledicebat: quippe, qui maternam *inſaniam*, jam ne *collatrando* quidem, quidquam adjutaret. Nemine verò, ſic furentem, retinere laborante; præceps animi fœmina continuò diſcedit: in quadriga tamen ipsâ, necdum exſecrationum ſatura, cúmque *Cerbero* ſuo, (cujus ad rictum properabat,) ſpumans; &, cum *Eccleſia* veteris exagitatore quodam, *adhuc ſpirans minarum, ac cædis*, in omne JESU Nazareni nomen & regnum.

CXII. *Contigit autem, eam appropinquare*, non *Damaſco*, ſicut *Saulum* illum; ſed loco, quem nunc, digitîs in eum intentîs, commonſtrabo vobis (inquit, ad militem *Bojum*, ejúsque comitem commilitonem, vultu verſus, *Hermolaus* ſacerdos: qui commodùm ad *Ratſchini* tunc deſcenſum inchoandum pervenerat): ſi, finem tamen audire ſermonis mei, ſuſtinetis.

Cùm autem omnes, quotquot ſimùl ibant, *Omnino*, clamarent, *avidè ſe totum audituros: pergeret, ac monſtraret*! Hermoláus porrò, quod reſtabat, oratione perſecutus;

Per *Pragæ* transverſum (inquit) tractum, *Drahomira*, ſicut dixi, curru vectabatur; nullâ, ne pediſequarum quidem, aſſidente, *Satetzium* versùs: ut indè *Lutitzium* pergeret. Jámque *Hradetzánum* (quem vos Boji, Germaniáque cætera, *Ratſchinum* pronuntiatis, per quem & nos, ecce, nunc ambulamus,) tenebat; &, ſtrepente curru, perſultare cœperat vicum *Pohorzelectzenſem*, (387) eum, inquam, ipſum, in quo *Fridericus* Palatinus nuper, referentibus ſuîs, adverſæ pugnæ nuntium accepit. pervenerat ad hunc, en! locum, è cujus regione lateréque tunc oppoſitum ſtabat, *Apoſtoli Matthæi* memoriæ ſacratum, templum illud ipſum, in quo depoſitum antehac divæ *Ludmillæ* corpus miranda fuerat operatum, (id digitô ſignabat *Hermolaus*: & *domus* illic hodie conſpicitur, *Aureo-globi* nomen, inſigniáq;, gerens.) In eo tunc (inquit) templo, ſub eum ipſum tempòris articulum ſacris operante, *Græci* quidem ordinis, ſed per omnia tamen *Orthodo-*

*thodoxa*, mystis; (488) ventum fuerat ad *instrumenta vulnera*, pulsumque Catholica, *instrumenta*. Ejus verò signum concussione nolæ dabatur; ere Campanò jam tum Bohemis Christianis usitato. *Drahomira* porrò, vehebat aurigæ, velocitatis artisque gratiâ multeri delectus, ac probatus: nonnullamen, Christi cultor eximius. Hic ergò talis cum esset, audito cœlestis *Hostiæ* levatæ signo, confiderans, è tantâ vicinia brevissimum fore transcursum in locum sacrum; adorandi CHRISTI causâ, relictis omnibus, jumentò delsilit: festicam, secundum equos deponit: currit; intrat ædem; in genua se dejicit: adorat, quem reliqua populi præsentia multitudo simul adorabat, gemens, suspirans, precesque fundens. Id dum licet, è stratione currûs, & aurigæ fecelsit, *Drahomira* deprehendens; simul autem, & antea jam, per viam universam cogitationis cujusque pellucæ plena, redundantisque, prorumpit in furorem, & clamores, adeò vesanos & sonoros; ut in vicinium omnem, ac templum quoque, repleret. Maledicere vectura fuæ tam tarde: devovere Dris quadrigarium; detestari templa, sacrificia, flamines,



Pragæ nonnulla, cognitu digna.

nes, & inſtituta, Chriſtianorũ; & ipſius (quis ambigat?) ex obliquo ſaltem, CHRISTI.

Dum in his eſt, & eſse, ſceleſta, pergit: non eam, utì *Saulum*, *ſubitò circumfulſit de cœlo lux*; nec attonuit ex alto vox, *Drahomira, Drahomira! quid me perſéqueris?* proſternens eam celeriter, ut celeriùs eam erigeret. Non ità. nec merebatur illa, vel capax erat, aut flexilis: ſed, medias inter exſecrationes, in occurſum illius omnî diabolorum aſcendente regnô, diſcedens in partes, quaquaverſum hians, terra, devoravit punctô temporis & mulierem, & equos, & quadrigam. Scúticam ſolam, excuſsam in viæ latus, in latere viæ reliquit. Protinus autem in ſe rediens humus, non ità ſpiſsè tamen coivit; ut auribus viventium occluderet eorum, quæ fiebant inferiùs apud morientes, ſenſum. Audiri mox cœptæ voces horrendæ, telluris è voragine, malè coalitâ, vociferantium, ejulantiúmque: miſtô quoque, ſeu fremitu, ſeu, luctantium ſecum-ipſis, equorum furore. dubium interim, An non & *Drahomiræ* pereuntis blaſphemæ, cum apoſtatâ *Juliano*, fauces eructârint illud, *Viciſti, Galilæe, viciſti!* Duravit autem hæc, quam



Digitized by Google

quam memoravi, belluarum humanáve miſta (ſic liceat loqui) *cacophonía*, tunc quoque; cùm, finitô Sacrificiô, ſupervenientes, Sacerdos, populus, ac magna Ratſchini reliqui pars, & aurigam invenirent, non tam receptâ ſcuticâ, quàm evitatâ pernicie, lætantem: & ejulatûs adhuc reliquias haurirent. Quorum, tantæ tragœdiæ teſtium, dum quidam ſimpliciores, *terræ nimiam* in Ratſchino *gracilitatem* incuſarent, utpote, quæ *mulieris unius*, in curru ſedentis, &, quaternionis equorum, ac pilenti pondus, ferre nequiiſset: divinorum prudentior, idem ipſe *Sacerdos*, aſtans; *O, mei* (clamat) *cives, & populæ! deſinite, ruinæ peccatum, ab hominibus, in jumenta, vel currum, aut infirmitatem telluris, trajicere. Sediſset (fingamus) ſediſset iſta* Jezabel, *vel ſola, ſinè rheda quoque, ſinè quadrupedibus, ac terrâ ſubſtratâ, ſecum ipſa, ſuper ſeipſam: ſediſsent autem unà, ſuper caput & gremium illius, omnia mulieris iſtius ſcelera: genitivus nempe* deorum, *hoc eſt*, diabolorum, *cultus; obſtinatio ſuperſtitionum; perfidia promiſſorum; juramenta pejerandorum ſcelerum: necromántica ſacrificiorum impietas; afflicti vitiis illius, pii ſoceri;*

*depravati mores filii minoris ; mores contrà majoris, exagitati ; ſublata violentè Ludmilla ſocrus ; vexatum, ejectum, vapulans, occiſum, ubique Sacerdotium ; præda necíq; datum, omne Chriſtianum germen : occiſus denique, filiorum major, & potior ; univerſáq; dehinc, & antea quoque, virtus, religio, pietas, Bohemiæ melioris ſpes, ac res, oppreſſa ; proſcriptus autem & unà, DEUS verus, &* Chriſtus *JESUS, Servator hominum. Numquid non, iſta, tot, ac tantorum, malorum congeries, in unius ſinu* Drahomiræ *pertinaciter ſedentium, ità degravabat ſubſtratam ei terram : ut, ſi* Ratſchinum *hoc noſtrum, vel* Tarpeja *fuiſſet rupes, aut* Marpeſiæ *petræ firmitas ; ſubſeſſurum tamen fuerit, & ſedentem unà* Drahomiram, *ad infera loca detracturum ? Hæc, & horum alia ſimilia complura, (clamat divinus Paulus) hæc ſunt, QUÆ MERGUNT HOMINES IN INTERITUM.* (389) *Sunt, è cenſurâ Davidis,* (390) iniquitates, ſupergredientes caput : &, ſicut onus grave, gravantes. *Sunt hi, quos Iſaias nominat,* (391) faſciculi deprimentes ; & colligationes Impietatis. *Jam videant igitur, poſt hæc, adèò formidabilia ; Quid agant, in magnis præſertim*

*tum fastigus, indomitæ, cupidinúmque suarum infrænes, fœmina-regnatrices!* Intonuit *repentè* de cœlo Dominus; & altissimus *è throno* misit vocem suam, *sicut illi Babylonidi Furiæ:* Cadat! cadat! ruat! descendat in profundum, quasi lapis, & plumbum! Tantum ei date tormentum, & luctum; *quantùm hîc* in deliciis, & animæ suæ cupidinibus, fuit. (392)

Sapienter hæc ille tunc *Sacerdos* (inquit ulteriùs *Hermoláus*) ac verissimè, diserut. Vera sunt ista; gestáq;, circa Salutis annum nongentesimum, tricesimum nonum: (393) mole scelerum *Impiam* obruente. SUIS enim quisque sarcinis *Operum*, si *bona* sunt, elevamur; si *mala*, deprimimur. Laudabilia fuêre *VVenceslai*, *Ludmillæ*, *Podivini*, gesta; quorum, à nece, corpora reperta sunt, multò pòst, etiam tum incorrupta. Flagitiosissima contrà, *Drahomira*: cujus idcirco, *Caro* juxtà, *spiritúsque*, *descenderunt in Corruptionem Æternam*. LOCUS DESCENSIONIS ad gremium Terræ, tanquam SCALARUM AD TARTARA, redditus, atque dictus est, EXSECRABILIS; *sepimentîsq;* primùm, (& aliquousque, *ligneîs*,)



**Pragæ nonnulla, cognitu digna.**

circumcluſus; ne *ſues* ſaltem, quod in omnibus terræ purgamentis, id & in DRAHOMIRÆ SEPULCRO, quærerent: & inventum olfactu duce, refoderent; IMMUNDITIÆ lutum, ac LATRINAM. Proceſsu demum temporis, *columnâ* ſubſtitutâ *ſaxeâ*, *Drahomirai* Sedes hæc Interitûs, eô ſitu, quo cernitis monſtrante me, notari, poſterísque commonſtrari, cœpit. *Epitaphium*, cum ſputo, quod quiſque maluerit, id inſcribito. Mihi, de *Drahomira*, Chriſti, *ſymbolíq; Chriſtiani* contemptrice, probaretur, (ſenſu tamen aliô, ſanôque, Calvinúmque, de Chriſto, *limbum Patrum* luſtrante, nihil adjuturô,) ſuperinſpergi voces iſtas: HEJC DRAHOMIRA, DESCENDIT AD INFEROS. Hunc quidem certè Jezabélis iſtius ad Acheronta deſcenſum, crediderunt, rerum altiorum intelligentes, Omnes. Multos quoque, de ſuperſtitibus *Idolorum* cultoribus, terror, horribilis hujus præcipitii, permovit; ad fidem geſtis his, & hinc, ad nomen Chriſto, dandum. in quibus, vel primus fuit, *Drahomira* frater ipſe, *Drugoſlaus*, Lutitzenſium tunc, poſtea verò, *Sati-Zenſium* quoque, ſatrapes: ex animo factus, & con-

& conſtanter eſse perſeverans, *Chriſti* cultor Orthodoxus. Cujus, (ut avunculi,) ſectatus veſtigia, *Boleslaus* nepos, cœptam *pœnitudinis* ſemitam decurrere tantò contentiùs, omnî vitâ reliquâ, perrexit: feliciore, quàm mater tunc, *ardore* fervens.

In hæc verba, digrediens à comitibus, ſuas ad ædes, ac valedicens, *Hermolaus*; Ità videtis, inquit, ſingulîs hîs, per ſeriem, ac perſônas, & loca, nominâque, temporâque, percensîtis, de *Drahomira*, nec pulviſculum eſse *fabulæ*: ſícque geſtîs per ordinem iſtîs, nec *dubitandum* de *verâ* mulieris ſub terras *raptu*: nec, tantîs interitûs illius cognitîs cauſsîs, vel mirandum ulli, vel miſerandum. LEGE Juſtitiæ, ſuus cujque Neroni *maturescit* exitus. (394)

CXIII. Cæterùm, quæ de *Pragæ memorabilibus* quibuſdam, (non enim *Omnibus*, eò quòd illa numerum vincerent,) per reſpiramen hucuſque militare, prolata ſunt, & excubiis Bojaricis oſtenſa narratâque; putà, de *Clementinæ* ſedis ædísque vaſtitate: de Sectariorum ducibus, Hieronymô *Putri-Piſce*, ſub cognomento Pragenſis; *Huſsiô*, monachôq; Joanne, *transfugâ*; de *VVenceslao*,

rege probroſo; de Joanne *Nepomucéno* generoſô; déque *Drahomirâ*, bonis omnibus exſecrabilî: per *Digreſſionem* ea dicta ſint, libertate, quâ non ſolus, in novem Muſarum libris hiſtoricîs, uſus *Heródotus* eſt, ſcriptor *Græcus*; & *Achilles Tatius*, *Heliodorúsque Theſſalicus*, in ſuis hiſtoriarum mimis, ipſi quoque *Græci*: ſed *Latinorum* etiam, in Philænis fratribus, *Salluſtius*; in comparandîs inter ſeſe viciſſim, Alexandro Scipionéque; nec non in *panoplía* Romanâ, *Titus Livius*; in Judaicis rebus, latè deſcribendis, *Tacitus*: in aliis alii. Non illi quidem, per *Interlocutores* (fateor), verùm *ſuapte* quiſque, (ſicut loquimur,) *Minervâ*; nec alii perſonatum os ſuum commodantes. Sed certè, nec in hoc proponendi genere, prorſus ab hiſtoria recedimus; aut ad poëticam, narrata-connectendi, libertatem deflectimus. Nec enim iſta ſolùm, quæ recenſita ſunt, *veriſſima* ſunt: verùm & per incolas *Bohemicæ-Tripolis*, hæc, & alia talia complura, narrari ſolere, cupidis novorum exteris; docet hodiernorum quoque morum quotidianus ſenſus: & dictat affabilis PRAGÆ cultiſſima civilitas. Nos, hîs abruptîs, ad

ad *Maximilianum* denuò, *Friderícúmque*, revertimur: illum, Bavariæ DUCEM, in ſua mox rediturum; iſtum, Rheni Palatinum, & Imperii Septemvirum, è Bohemia relictâ, terras, adhuc incertiores ſibi, quæſiturum.

CXIV. Et *Bavariæ* quidem DUX, ad diem Novembris decimum quintum, auditîs, ac reſponſô, per ſuperficiem incedente, paſtîs & remiſsîs, Oratoribus duobus *Anglicanîs*: prætoriano ſuo contubernio, curribúsque, reditum in *Boicam*, & itineris apparatum, indixit. Locô ſuô, moderandum interea, (quoad ſecus Cæſar mandaret,) Bohemiam, alii relicturus: ejuſdem è voluntate commiſit eam *Carolo*, Principi *Liechtenſtenio*: legiones autem, & equitatum, legato caſtrorum ſuorum ſupremô, *Joanni Tillio*. (395) Primum igitur, eodem die, qui dies, (utì dixi) Novembris-Gregoriani decimus quintus erat, adeóque commiſſi ſuper *Montem-Album* certaminis *Octavus*; MAXIMILIANUS Victor, utì DEO gratus ac dilectus in omnibus, ità quoque gratias reponere beneficiis ejus, per omnia, ſempérque, memor: *Euchariſticam* inſtituit Sacri-

Pragæ nonnulla, cognitu digna.

Sacrificii publici *ſollemnitatem*, per modulos organáque ſymphoniaca celebratam : pro magnificentiſſimô Cauſsæ Melioris triumphô; ſoliúsque DEI munere, neceſſitatibus Eccleſiæ collatâ, VICTORIA : non, ut quidam tradit, (396) *In Pragenſis arcis Summo templô, quod Divis Omnibus ſacrum eſt;* (quippe, quod tituli-decus ſoli conveniat baſilicæ *divi Viti* metropolitanæ:) ſed, in vicina, quam vocant, *Regiam-capellam-Collegiatam-Omnium-Sanctorum*, æde. Nam *arcis Summum templum* ipſum, niſi, quòd ad horæ trientem, reponendis denuò regni Bohemorum ornamentis aureis, reſeratum patuerat; mox clauſum rurſus, perſtiterat clauſum: ac Sacrificiorum expers; quoad, ſub anni ſequentis Februarium, à ſuî profanâ contaminatione, religionum jura recuperaret. Poſterô porrò die, currus, impedimenta vehentes, exire *Pragâ*, militarî vallati præſidiô, cœperunt; ac, *Bavariam* versùs, agmen exercitúmque reliquum, mox ſubſecuturum, antecedere. quorum tamen utrorumque motum, pernicior omnibus rotîs, ac ciſiîs, *fama*, nuntia lætorum, *Monachium*, & Auſtrum versùs, per plana, pérque montes, & ſylvas, antevolabat. CXV.

Anni 1620. Leo Galeatus.

CXV. At *Fridericus*, è contrario, Septentrionis & Euro-Aquilonis obliquas plagas, cum *obliquiore* longè *fortunâ*, petens; quartîs circiter ſtativîs, (utpote fugiens,) *Glatzium* pervenerat: Comitatum, & urbem, in confinibus Bohemiæ Sileſiæque conſtitutam; & ortûs æſtivi latus Aquilonare ſpectantem. Ibi, quod, à primo quidem è Praga receſsu, volvere meditabundus haud deſtiterat, oculis tamen nunc clariùs ſubjectum, & experimentîs hauriri cœptum, agnoſcebat, ſeipsô ſuî magiſtrô; NULLAM *ſecundis rebus conſtantiam*, NULLUM *adverſis receptum, in humanis eſse*. Palatinum, è comitatu procerum, haud infrequentiſſimo, *primus* omnium diſceſsu ſuo reliquit; qui Bohemicorum omnium, facilè primus è Palatino *Regem* eum juſserat, ac ſalutârat: *Comes* ſenior *Turrianus*. Is tunc, *Glatziô* deflectens in *Moraviam*, & è *Moravia* poſt hæc in *Hungariam* tranſiens; cauſsam itinerum ſuorum afferebat, confirmationem partium, & metum inſtabilitatis Moravorum, ac Bethlenii Tranſsylvani: quos, in fœdere ſe, dicebat, retenturum. (397) Quam equidem cauſsam, caruiſse fucô, non dubitaverim;

**Palatini diverſa itinera.**

rim: quippe, qui compertum habeam; *Turrianum* hunc ipſum, poſt *decimum tertium* dehinc *annum*, &, quod excurrit, (quando, *Bernardô Vinarienſi Duce* præſente, mandantéque, *Ratisbonâ* nos ejiciebamur,) in partibus adhuc, & in ſtativis *Anti-Caſarianîs*, perſtitiſſe. (398) Nihiloſecius tamen, (ut *ſuſpicax Omnis eſt calamitas*,) à diſceſsu *Glatzienſi* ſtatim, haud deſinebat *Fridericus* inſimulare litterîs, tanquam cogitati transfugii reum, *Turrianum*. *Deſertum ſe, tantùmque non prodito ſimilem relictum, ab eo. Cæſaris prenſanda gratia, ſubornatum, ipſius artibus & calliditate, filium Turrianum, prælio ſuperſtitem; qui ſtudia partium deſereret. Inſtigatam uxorem, quæ Ferdinando Vienna flens ad pedes accideret; pro filii, pro mariti ſalute: quæq; pariter, eâdem operâ, Friderici regnum, & obedientiam, ejuraret; & alios exemplô traheret. Hâccine demum ſibi repoſitam eſſe gratiam?* (399) quamvis ſanè, beneficium tam improſperum, uter utri culpabiliùs debuerit; in ancipiti ſit.

Verùm, iſthæc in *Turnium Seniorem* litteraria ſpicula, *Palatini* manu contorta, ſi vel maximè valuiſsent; ac, non *eor* magis

gis & ſenſum hominis, quàm *veri punctum*, tetigiſsent : à *Friderico* tamen tunc haud graviùs *deſertor* unus, quàm *univerſa* migrationis ejus, & (ſi verum quærimus) *fugæ*, *Fortuna* fuerat accuſanda : quæ Principem hunc, nullo non loco ſtatuit ; & conſtitutum, mox nullibi non, denuò deſtituit. ut mihi ſanè, ſub id omne tempus, *Palatinô-pulô* nemo, per omnem fuerit Europam viſus *arumnoſior*.

Jam *Primùm* omnium, familiam ſecum vehebat, ac trahebat; unà cum agmine profugorum è *Bohemia*, Prócerum quidem, ſed ad reſtituendam rem, fortunásque convulſas, peræquè ſibi tunc inutilium; ac ſi cum *Turnio* ſeceſſiſsent & ipſi. perinde prorſus; ut, ſi *nauclerus* quiſpiam, curſu ſuô vi tempeſtatis excuſsus, aut ad ſcopulum affli-ctus, triremem educere conetur, fractam, laceram, quaſsatam : & hanc talem, amiſsîs armamentîs, detersîs ad ſaxa remîs, & ſúbrutô malô, velis inhabilem ; appellere laboret, ad oram littoris, quaquaverſum recedentis, & importuoſi : vectoribus ac nautîs, frigore, nauſeâ, morbô, perditîs; remigiô denique, per omnia lamentabilî. Quâ ſpe, quis hîc

**Palatini diverſa itinera.**

hîc, niſi prorſus ipſa *deſperatio*, navigaret? Ad hanc formam, *Palatinus* nunc, Glaziô Bohemiâque ſemet ejiciens; cum cœtu, *gravante* magis, quàm *relevante* miſerias ipſius, *Sileſiam*, & alia, ſeu jurata ſibi, ſeu fœdere cæteroqui ſociata, loca, regnáque, ſectabatur. quorum omnium, ſive, quæ peteret *nova*, ſive, quæ reliquiſset *antiqua*, ſcriptum in aditu primo, portâque, videbatur illud *Eliſæ Sidoniæ*; NUSQUAM TUTA FIDES! (400)

In paucis ille tempeſtatibus, amiſerat, aut pòſt propediem amiſsurus erat, ex avîtis, & domi ſuæ poſt ſe relictîs: amiſerat, ajo, citiùs unius anni circumactu, *Spinolâ* capiente ſubigentéque, ponè Nicrum ac Rhenum, *OPPIDA, PLUSQUAM QUINQUAGINTA.* (401) *Foris* autem nuperrimè *Bohemiam*; quam, eſse *Suam*, rebatur. *Calvini-regnum* aſseclis ejus, ac *Sculteto*, clauſum *Pragæ*, potentiâ Victoris, erat. Tribunus *Francus*, qui pro *Friderico* Tábore clangebat; ne claſſicum ad arma deduceret, ab obſeſsore milite refrænabatur. *Mansfeldius* (non ille Saxonicus, & Cæſarianus, ſed *ſpurius*, & alioquin aliter ægrè

ægrè distinguendus in *cognomine*,) colligebat ille quidem *prælii Mont-albani* profugas reliquias; verùm, ad rei summam adhuc nihil; ad latrocinia verò, palabundè tantùm ac sparsim, valituras. *Germania* proceres, (quales sese nominabant,) *Correspondentes*, in hiberna se recipiebant : ac, fornaculis ipsi, foculísque suis, appliciti ; de rerum Palatini frigore, jam minimô minùs sollicitabantur : *Unionem*, quam appellârant, *suam*, totam & ipsam paullò pòst disuturi. *Legati* duo Britannici, pro sui Regis genero, verba serentes apud Saxonem, ac Bavarum ; verba vicissim, & pacis mentionem, suâ culpâ sterilem, metebant. *Angli* quoque, *Batavique*, super flumina considentes ; de *Palatini* collapsis rebus erigendîs agitabant. sed, quantùm in oculis eorum aquæ, tantùm è manibus, deliberationum illarum effecta, dilabebantur. E *Silesiis*, spei quiddam allucebat. *Vratislaviam* igitur *Fridericus*, cum uxore, liberîs, familiâ cæterâ, comitúmque Bohemicorum catervâ, venit. Et quidem, exitum paullatim *annus* spectabat : non inveniebat interim exitum, intricata *Conjuratorum causia*. Consilia quotidie *Vratislavia*,



Palatini diversa itinera.

per cœtus ; in Curia , Comitia provinciarum ; alibi , res aliæ tectiùs , agitabantur. Eò locorum , monita *Saxonicus Elector* , ac litteras , mittebat ; ut reſipiſcerent : minas autem , & terrores ; ſi non recantarent. Ad hæc ; Utraque *Luſatia* , tractim quidem , ſed tota demum , Cæſaris adrepſit obſequio. *Moravos* , ut idem agerent , exemplô ſuô , litterîs , internuntiîs , hortabantur fidiſſimi quique regi ſuo , *Bohemi* : reverterentur ad eum , quem *legitimum* monſtrâſſet *Victoria* : deſererent viciſſim illum , à quo fugiente deſerti priores eſſent. In hæc monita , ſtatim ad ſe , mentémque meliorem , redeunt ; *Iglavia* , *Trevvizium* , *Znama*. captæ , manus dant , *Olomuzium* , & *Prina*. Moravia reliqua , *Carolô Tſerotinô* , ( Moravorum omnium , in partibus Cæſaris , ſtabiliſſimô , ) Viennæ reconciliationis partes ſuſcipiente , vela ſenſim eodem vertebat. Nutare verò pariter & *Sileſia* , ( clam primò , nec tàmen non ſubodorante rem *Palatinô* ; ) pòſt paullò verò , manifeſtiùs & palàm , incipiebat : dum , univerſîs in Comitiis , pro reductione tamen *Friderici* , decernit *nihil*.

His ille manu tactîs , & , ut indubitatâ re ,

re, deprehensîs; vaſa Decembrî colligit: uxorémque primùm omnium, (quippe, partui vicinam,) *Berlinum Brandeburgicum*, protinus & ipſe ſecuturus, præmittit. Dynaſtis, è *Bohemia* ſe ſecutis, triſtis triſtibus, valedicit: eósque ſacramentô, ſibi nuncupatô, (quoniam ità temporum ventus, & varietas, ſuaderent,) ultrò ſolvit; ac dimittit. Poſt viceſimum autem ſecundum Decembris diem, *Sileſiorum* nullô retinente diſcedentis impetum, diſcedit ipſe quoq;: *pollicitus, haud adeò multò pòſt*, Bethlenio, (ſi non & his,) *cum viginti millium exercitu celeriter reverſurum ſe*; provinciásq; ſibi conſtabiliturum. (402) Abit hinc, ad Eliſabetam uxorem, Berlinum. Verùm, nec iſthîc inventâ ſtabilitate rerum, aut loci: tranſit ad *Chriſtianum*, Daniæ regem, nominis ejus quartum; *Segebergæ* tunc agentem, oppidô, Travum amnem adjacente: quod Lubeccâ milliari quartô diſtabat. Rogatîs illic à rege, ſed pro rei magnitudine nondum tunc exoratîs, auxiliîs (403); abit: unàq; ſecum, rebus irritîs relictîs, trahit, ad nova quærenda remedia, quos attraxerat ad Danum, *Saxoniæ Regulos* nonnullos; Electori Saxonico non obnoxios. Nullius autem illorum, ad opitulandum,



**Palatini diverſa itinera.**

dum, adhuc maturâ, vel mente, vel potentiâ; gratisq; circumlatâ, per omnem Aquilonem reliquum, ſpei ſuæ repulsâ, quin & novâ præterea volante per Imperium, in eum, ac participes ejus, *proſcriptione*; deſpondere tum demum, aliquantò, quàm antehac, profundiùs, animum incepit. & utique, ſibimet ipſi quoq; videbatur in illud Danielis præſagum incidiſſe fulmen: *Ex hominibus ejicient te*. donec eum *Batavia* demum excepit, advenam; *duodecenne* maceravit *exilium*; Moguntiæ febris ardens extinxit; tempore, menſéq;, ſemper, ad formidanda *Friderico*, tragicáq;, fatalî: *Novembrî* nempe. cujus luce *quartâ*, lubricum regnum inierat: *octavâ* poſtmodum, infauſtâ pugnâ manibus elapſum, amiſerat: adultò menſe, tandem & ipſe penitùs eſſe deſierat: (404) *decimo nonô Novembris*, anni triceſimi ſecundi, ſublatus.

Iſta, (poſtremîs exceptîs,) in annum præſentem pléraque referenda; cum iis tamen pauculis, quæ ſpectant in annos ſeriores, connectenda duximus: ut ſimùl, ac ſemel, ſub unum velut aſpectum caderet id, quod initiô dicere cœperamus: *Fridericum* Palatinum, è *felicissimo* (qualis eſſe potuerat,)

rat,)

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

rat,) repentè factum esse, sub unius compendio, quà temporis, quà nominis, *Infortunatissimum*: alienis miserum; suis autem, & miserandum. (405)

Quapropter, hæc, & alia talia, *Lacrymâsse* videri potuit, fletu præfagô; *discedens* olim Hajdelbergâ *Pragam Fridericus*: ut in loco dictum est.

At verò, quàm dispar, è contrario, *Maximiliani*, Bavariæ DUCIS, *Pragâ discessus*, in suam denùò *Boicam*? Illius alterius, quem dixi, collapsam fortunam, tanquam fulmine proscriptionis afflatam, quocunq; ferè gentiû accederet, averlabantur homines; & ii, quos relinquebat, & illi, quibus se committebat. *Maximilianum*, è diverso, multùm inviti, sanéq; lacrymantes, ii dimittebant à se, quorum ab oculis orisq; recedebat: & obviis ulnis, apertisq; brachiis, hi plaudentes excipiebant, ad quos, & per quorum fines, revertebatur. Ut *heroem*, cœlô sibi demissum, amplectebantur, & suspiciebant. DISPARIBUS nempe meritis, dispares occurrebant frontes: &, AMABILEM qui se præstiterat, is amabatur.

CXVI. Jam *Novembris decimus septi-*



Maximil., in Boicam redux.

*mus* illuxerat : cùm *Maximilianus* DUX, Pragâ movens, ſuæ-*Monachium*-reverſionis initium, ſuopte quoque receſsu, fecit. *primîsque* caſtris *Miskam* ventum eſt, in Auſtrum ſitam, ad ſiniſtram Multaviæ fluminis regionem ; ac Pragâ tertiô milliarî diſtantem. Incedebat autem agmine, ſolerter inſtructô ; certaminíque juxtà, (ſi ſic res ferret,) ac profectioni, præparatô : peditatui circumfusîs ad latera, munimenti cauſsâ, turmis. Ad dextram enim viæ, qua pergendum erat, *Mansfeldianis*, Pilſnam tenentibus ; ad ſiniſtram, *Taborais* (ſicunde fortaſſis obſidionem perrumperent) præſecanda facultas inſidiarum erat. In hunc eundem modum, ſtativîs *alterîs*, ſed itinere contentiore, Miskâ proceſsum eſt *Preſchibránam* (406) ; ſupra Mariæthâlam, ad rivum, qui, Platnæ lacu defluens, in Multaviam erumpit, conſtitutam. *Tertiîs* caſtrîs Preſchibránâ, magnis itineribus, *Grunenbergam*, in Zephyrónoti latus poſitam arcem, & quintô milliarî ſemotam, attigerunt ; diverſorium, jam antehac occupatum, & uſu biduanô tritum. Stativîs *quartîs*, viâ brevî, Grunebergâ *Glattoviam* tenuerunt ; à primoribus illius

illius oppidi gratulatione DUCI, ceu *Victori*, perquam submisse factâ, prolixis studiis excepti. stativa *quinta*, summô dilucûlô moveri cœpta sunt: quibus, Glattovià profecti, secundùm *Klenovvizium*, sylvam intrârunt Bohemicam: eâque, labore nusquam intermissô, (*Tantus soli natalis amor!*) per æqua salcuum, & iniqua, superatâ; reliquerunt omnem à tergô *Bohemiam*: ante noctem autem *Neokirchium* intrârunt, Bojaricæ ditionis municipium: Regéni fluminis origini vicinum. Ex hoc demum loco *Maximilianus*, præsidii causâ tractum è Bohemia secum, & cousque retentum, bis mille jaculatorum peditum, ac mille ducentorum equitum, (407) comitatum; *Herlebergiô* deducente, remittens *Pragam*, ad reliquas illic sub *Tillio* copias: ipse, de cætero, cum expeditis peditum, & cum equitatûs flore, sequentibus tardiùs impedimentis, Neokirchiô *Monachium*, magnis itineribus properare perseveravit.

Cùm porrò fit, qui tradat; *Eum in urbem Boicæ principem, ad exeuntem Novembrem intrâsse, mille quingentis, copiâ rerum differtis, currubus, ac plaustris, stipatum* (408): si



Maximil., in Boicam redux.

veritati conſentaneè narrarentur iſta; mirandum minùs futurum erat, ſi, rigente tunc magìs magísque cœlô, congelaciarísque cœptâ terrâ, *ſex millia rotarum*, per raucas viarum nivalium orbitas ſtridentia, non modò grues, & anſeres Strymonios, omnibus ex agris profligâſsent; ſed, ad agminis prætereuntis ſpectaculum, oculîs hauriendum, omnem undequaq; mortalitatem exciviſsent: effuſiùs, (utì reor,) & confertiùs; quàm olim, ad intuendos Haſdrúbalis oppreſsores, *Neronianos milites*, in Apuliam revertentes, anni tempore floridiore, concurrens Italia profilîſse ferebatur. (409)

Sed ego, (ſicuti confido,) de redeunte ſuam in Bavariam, ejus DUCE, certiora tradam, ac moderatiora.

Præcucurrerat jam in omnem *Germaniam orthodoxam*, latiùs autem, ac citatiùs, in utramque Boicam, *Maximiliani* propinquantis fama lætiſſima. Nec deerant, quà tranſiturus eſset, caſtella, municipia, Conventus, & oppida: quæ publicam in gratulationem ſplendidè ſeſe, cúmque pompâ, comparârent. Et *Saules* quidem, rex Chanaanitidis, è cæde revertens, & excidiis, Amalecitarum;

rum : id genus gratulationum ſcenicarum uſqueadeò non refugerat ; ut , non-obtruſas à populis , excogitaret ipſe ſibi frondentes in *Carméls* jugis , ac nemoribus , itinerum ac tranſituum portas , *arcúsq;* , triumphorum præcones. (410) Sed, ab his talibus longè refugiens , omnémque DEO SOLI *ter maximo* deberi gloriam ſentiens , *Maximilianus* anti-Saules ; prævolantibus ad loca Bojorum, tale quid molientium, edictis, conatus eorum difflabat : aut , ſtudiosâ præfeſtinatione meditata ſuperobruens , eludebat.

Quocirca, progreſsu ſimpliciſſimô, poſteaquam Neokirchium, die Novembris vigeſimô ſecundô, tantùm non antelucanus, reliquit: reliquum itineris è ſubſylvanis Bohemiæ confiniis, ad planiora, Danubium versùs, & hinc, per Iſaræ cisamnana loca, faciens ; *Landishutum*, ( urbem arcémq; , *ſibi natalem* , ) pervénit. Ibi, primùm omnium excipitur, à profectis in occurſum ejus, conjuge, fratréque. *Frater* , fuit *Albertus* , Bavariæ Dux ; Landgravii Lejchtenbergici gener. *Uxor* Maximiliani Ducis, *Eliſabeta* ; Caroli , Lotharingiæ Barríque Ducis , filia. cujus , è conſpecto receptóque maritô , ( præſertim ſalvô



**Maximil., in Boicam redux.**

victoréq;,) tantò fuit inexplicabilior lætitia: quantò, per tot eouſque menſes, incertior extiterat, ex adverſis ſubinde rumoribus, illius incolumitas; & quantò fuerat hujus intentior, pro viri ſalute, *precum*, in momenta pæne ſingula, ſollicitudo. Progreſsus autem, poſt hæc, nullâ tractâ Landishuti morâ, DIIX, ſuperiores in oras; *Erdinga* (quod oppidum ad Semptam rivum eſt, emporium frumentarium,) à patre ſalutatur, *Gulielmo V.* Bavariæ Duce; qui *duodeſeptuagenarius*, honorando filii charissimi reditui, *Monachiô* ſe, diebus illîs, emoverat, in amplexum illius deſcendens: & illud *Jacobi* patriarchæ, conſpectô *Joſepho* filiô ſubſultantis, totô viſus itinere volvere, poſteáque mutuos inter amplexus effundere: JAM LÆTUS MORIAR (id, quod & ſextô pòſt annô religioſiſſimè fecit,) QUIA VIDI FACIEM TUAM; multîs aliquamdiu caſuum viciſſitudinibus involutam, ſubtractámq; nobis: nunc autem, & denuò præſentem, ac *ſuperſtitem* mihi, futuram. (411)

Poſtquam autem & *Monachium* tandem, Novembris viceſimô quinto die, divæ *Catharinæ* Virgini-Maryri dicatô, veſperaſcente

ſcente ſenſim cœlô, DUX intrare cœpit: jam dudum civitas omnis, & platéæ latiſſimæ, concurſu populorum, omnibus è municipiîs, & pagis, & oppidis, repletæ: domuum item editiora loca, valvæ, feneſtræ, tabernæque, proſpectantium turbîs confertæ; lætantium congratulantiúmque vocibus perſonabant. Quibus tamen *Maximilianus* poſthabitîs; ad Ædem urbis primariam, *Cœli-Reginæ* ſacram, rectà pergens: *Monáeum* ibi quoddam, quaſi *novum*, totúmque *pium*, reperit; DUCEM, ſuorum exemplar, exſpectans. Invénit, inquam, ad Divæ Virginis, populi religioſioris denſam Multitudinem; Sacrorum Ordinum familias; Sacerdotium urbis potiſſimum; Sex, in Infulis, monaſteriorum-Antiſtites; Friſinganæ diœceſeos Epiſcopum, *Vitum Adamum*: choraulas; &, omnî ſymphoniâ piâ modulantes, organœdos. Hi pſallebant: præſules Eccleſiarum, fauſtiſſima quæque precabantur illi, cujus virtute *palma* fuiſset ex hoſte reportata. gratiæ ſollemnes agebantur ei, *Cujus eſt totum, quod eſt Optimum*; (412) victoria, reditus glorioſus, & Eccleſiæ commune gaudium: Excelſo nempe DEO. Porrò, precanti-

Maximil., in Boicam redux.

cantibus omnibus, & Numini gratulantibus, DUX precabatur ardentiùs: gratias referebat prolixiùs: oblitúsque quodammodo, reverti suam in regiam, ac fastigii principalis aulam; in oculis universæ multitudinis, annorum ipse tunc *Quadraginta septem* heros (413), innocente quovis adolescentulô submissius in genua prostratus, illo totô supplicationis Actu; nullô penitùs jactantiæ signô sensúque sese gerebat, multôque minùs *efferebat*: memor nempe, cœlesti munere se quidem, domitâ rebellione, partes implevisse LEONIS, sed GALEATI: vanitatem *cristati*, nunquam appetisse. Quô factô, tantô MAXIMILIANUS *triumphabat* excelsiùs, quantô demissiùs ipse *volebat*. Sequitur enim GLORIA, sui fugam.

## TESTIMONIA, ac NOTÆ.

(1) *Horatii, Epistolar. lib. 1. epist. 2. ad Lollium, v. 16.* Iliacos intrà muros peccatur, & extrà. *At Troibus, intrà: ab Achæis, foris. At hic, à Pragæis conjuratis, intùs: à sociis eorum, in circuitu Pragæ & Bohemiæ.* (2) *Sunt enim & Dardani cis Hellespontum, in parte Illyri-*

Anni 1620. Leo Galeatus.

Iyridis ; adeòq; Europa. (3) *Hunn*, urbi erat Troadis. *Troas* autem, regio illius. (4) *Palatinanos*, à *Necoaro* flumine profectos ad flum. *Moldam*. (5) *In vulgata* ponuntur verba, *Omnis* prævaricatio, & inobedientia. (6) *Ad Hebræos*, *cap. 2. v. 2.* (7) *Ecclesiastici 16. v. 8.* (8) *Ibid. cap 16. v.11.* (9) *Ibid. v. 12.* (10) *Sapientiæ cap. 5. v. 18.* (11) *Ibid. v. 21.* (12) *Sapient. cap. 5. v. 21. ubi vulgata*, Contra Insensatos. *hoc est*, *intelligentiæ sensu destitutos*: (13) *In Inferis*. (14) *Psal. 49. v. 4. Vulgata*, De sursum. (15) *locis cap. 2. v. 3. & Actor. 2. v. 19. & Luca c. 21. v. 25. & 26.* (16) *Psal. 49. v. 4. citato*. (17) *Numeror. cap. 16. v. 31. & 32.* (18) *4. Reg. cap. 1. v. 14.* (19) *Libri Josuæ*, *cap. 10. v. 11. &c.* (20) *Joann. Nauclerus*, *Vol. 2. Generatione 41. anno 1220. Sed expressius*, *Michael Buchingerus*, *è Cornel. Corvipolitano. & Bredenbach. lib. 1. Collation. sacrar. in annum 1273.* (21) *Judæum*, *cap. 4. per totum.* (22) *4. Reg. cap. 6. v. 17.* (23) *Cantic. 4. v. 8. Apud Cornel. porrò à Lapide*, *Leones hi*, *& pardi*, *armatos significant infectatores. in eidem cap. 4. Cantic.* (24) *Alunitur enim leonicia*, *etiam in Vvuariis Europæorum quorundam Principum : cum Pardos Syria ferè*, *Africáq;*, *sola*

Expeditio Bavari Bohemica.

ſola nôrint. (25) Cornel. à Lapide, in caput 13. Apocalypſ. (26) Jun. Juvenalis, XI. Satyrâ, citatus à Petro Henrichiano, §. de Pardo. (27) Innuit Satyricus, Inter peregrinas belluas, etiam Pardos in aream, arenámve beſtiariam, immiſſos. (28) Nemoris ſtellati, ad Pragam. (29) Paſſim in Commentariis, ſuper diverſa Scripturarum. Subinde quoque, in libris, ad Ambroſium, contra Celſum Epicuréum. (30) Iſaiæ cap. 13. à v. 4. (31) Ibid. cap. 13. v. 5. Vulgata verba ſunt. Venientibus de terra procùl. &c. (32) Preſertim verò, Croatarum. (33) VVallonum: quibus adjungas licèt, Belgarum reliquas gentes orthodoxas. (34) Idem animal, & λόρξ Græcis, & λοφιὰς eſt, ab acutiſſimo in prædam oculo. λέρκειν enim, eſt, Videre. unde λέδορκα, & λόρξ. (35) Non fabuloſas illas veterum acutoculas: ſed lupos, quos vocant, cervarios. (36) Lepus, timidior eſt, quàm, ut audeat; vulpes aſtutior, quàm, ut velit, pardo ſeſe committere. (37) Id diſertè tradit, à Lapide citat. in cap. 5. Jeremiæ, v. 6. & Plinii lib. 8. cap. 16. & Æliani lib. 5. cap. 40. cætera quoq; de Pardo pete. (38) Commentatore in Canticũ Canticorum, apud Cornel. in cap. 4. Cantic. (39) Pſal. 26. v. antepenult. (40) Ad aſſertionis

tionis hujus plenioremlucem capiendam, expendat, qui dissentit, verba Divi Pauli, 2. ad Timoth. 3. v. 13. Mali homines, & seductores, proficient in pejus: errantes, & in errorem mittentes. In errorem putà illum, de quo Salomon ait, Sapientiæ cap. 5. à v. 6. Ergò erravimus à via Veritatis, &c. lassati sumus in via iniquitatis & PERDITIONIS. Summatim denique: Dissensiones, Sectæ, &c. regnum DEI non consequentur. ait idem Paulus ad Galat. cap. 5. vers. 20. (41) Der Thiergarten / auff dem Weissen Berg: ad Pragam. (42) Sic de eo loquitur Ecclesiasticus, cap. 50. v. 28. (43) Vitruvii vox architectonica: qui scripsit tamen Augustæô sæculô. Est verò, Colluviei receptaculum. (44) Sic enim colebant Semiramidem, deam suam. de qua vide, si lubet ac vacat, quæ scripsi Ruinarum decade 1. in Semiramide. (45) Aut, sinè aspiratione, Avahæi: sicut 4. Regum, cap. 17. v. 24. aut Hevæi: velut infrà, cap. eod. vers. 31. nominantur. (46) Vocabulum auctoris Philomelæ. (47) Hanc historiam vide, ac lege, lib. 4. reg. Capite 17. à v. 24. usq; ad fin. (48) De Valle-arundineti, ponè Jordanem sitâ, & à feris

(etiam

(etiam leonibus) habitatâ, vide Christianum Adrichomium, in Theatro terræ Sanctæ, tribu, maximè Ephraim, num. 16. Includitur vero Vallis hæc, ad instar quoddam, seu formam, τῆς Δέλτα Nilotici, confluentium torrentis Carith; ejus, Delta basis est, Jordanis fluvius; in quem Carith, cum lateribus suis, è cuspide Occidua descendit. Ferarum autem immittum ibi coloniam esse; satis indicant verba Davidica, psalmi 67. v. 31. quò digitum intendit etiam Adrichomius, Theatri pag. 25. col. 2. med. (49) Psalmo 7. v. 12. & 13. & 14. Porrò, ubi Vulgata habet (idque rectè) Vasa Mortis, ibi intelligenda sunt, Instrumenta, & utensilia, suppliciorum. Unde & Septuaginta vertunt, ἑτοίμασε σκεύη θανάτε. (50) Joannem Hus, cognomine suo vebere Anserem, non solum indicat clarè, pluribus in paginis, Auctor Gloriæ Universitatis Pragensis Carolo-Ferdinandææ, ut pag. 24. med. & pag. 50. fin. & pag. 52. med. & clarius, pag. 58. ad finem, ubi, Anserinò clangore delectatum, ait, Podiebrachium, ἀπολογία; quia doctrinâ Hussi captum, & excantatum. & pag. 60. med. &c. sed nec ipsi Hussitæ hujus avis multiscrepera vocabulò Prophetam suum erubescunt insignire. ubi

uti Vita Canisiana novissimus auctor, Italus, notavit in epigrammate, quod Hussiticus effudit poëta, in Petri Canisii nostri, invisum sibi nomen, Pragæ, anno 1556.

Hinc procùl esto, *Canis!* pro nobis excubat *Anser*.

sicut dicacitatis hujus, & alibi superius, & susius, memini, Septennii II. anno 1614. pag. 449. Cæterum, hæc, de Hussiano nomine Anserinò, plusculis adnotare placuit; eò magis cæteroqui nominis, eumque Catholicum, Vandalum, ad Táboris postea mœnia defunctum: qui ante 36. annos plusquam semel affirmavit mihi; In Bohemia nescivi quidquam de ulla cognatione nominum Hussi, & Anseris: in gratiam fortassis uxoris Boheme, Hussi fœlicem professæ, ac retinentis. (51) Matthæi cap. 7. v. 21. (52) Ad Roman. 13. à v. 1. (53) Ibid. v. 4. (54) Psalmo 147. v. 15. (55) Hæc narrant, Cornel. à Lapide, in epistolam S. Petri 1. cap. 5. v. 7. §. S. Joannes. Cæsar Baronius, in annum Christi 510. num. 2. Idem quoq; in Notis Martyrologii Romani, ad diem 29. Februarii, §. Sanctorum Monachorum. Cyrillus, in Actis S. Joannis Silentiarii. & Simeon metaphrastes, ad diem 13. Maji: aliique



Expeditio Bavari Bohemica.

*complures.* (56) *Miraculis enim piorum conſpectîs, Chriſtianus effectus; fidei veræ tenax permanſit: ut Baronius indicat, locîs, proximè citatîs.* Gabor *autem iſte, ſeipſo quotidie deterior evaſit.* (57) *Hanc, à Boico* Gillenſtejnianam *dictam, locîs, alibi citatîs; auctor* Journalis *expeditionis-Bavaricæ in Bohemiam, Bojus ipſe quoque, à pag. 45. poſt med. ac deinceps, conſtanter* Grejlenſtein *nominat: eámque fuiſſe dicit Domini Joannis Jacobi à Kueffſtein; præfecti tunc annonæ caſtrenſis rebellium.* Drozdovicium *verò, cujus mox à ſexto verſu mentio ſequitur, Illuſtriſſim: Peſſima à Czechorod, affert Phosphori Radiô 6. pag. 661. citátq, infrà ad marginem, Martis ſui Moravici librum 2. cap. 6.* (58) *Hinc Conſultationem, quam Boicus ait, inter Bavariæ Ducem, & Comitem Bucquojum, habitam fuiſſe in arce* Gillenſteniana; *auctor Journalis haudquaquam falsò tribuit* Hornæ *urbi, paginâ 49. Qui nihilominus pag. 47. ad med.* Gillenſtenii (*quod* Grejlnſtenium *ipſe nominat*) *factam dicere videtur.* §. Den 12. dito, iſt man. *&c.* Doch vorher. *&c.* (59) *Abrahamo Saurio, de Urbibus, pag. 424. Scriptori, & (uti videtur) etiam præconi, neo-evangelico.* (60) *Auctor*

ctor Journalis, pag. 48. ad med. (61) Insignia regni Bohemici, Albi Leonis, in campo, seu scuto, rubro: contrà, ac Janssonius in Atlante notet. qui Tabulâ Bohemiæ, circa med. ferè, ait, Leonem Rubrum, in campo Candido, tributum fuisse VVratislao IV. ab Imperatore Friderico. (62) Apud Boicum, parte 3. lib. 5. num. 32. (63) Quæ serò tandem, ad vesperam, advenerant. ut asserit Journale, pag. 47. princip. (64) Octavô die Septembris, seu, die sollemni Nativitatis Beatissimæ Virginis Mariæ: ut Diarium numerat Teysingerianum. (65) Oberndorffii: ut scribit auctor Journalis, pag. 45. post med. (66) Quæ, positam in medio suî, Bohemiam ex omni circumquaq; parte cingit: utì, ad Tabulam Bohemiæ, docet auctor Atlantis Geographici, initiò statim: ac plures alii. (67) Nec Contemnendus, nec Timendus, hostis est: Symbolum postea, annô 1645. fuit Oliverii, Lib. Baronis de VVallis, Sacræ Cæsareæ Majest. Colonelli peditum: apud Eliam VVidemann, delineatorem, & chalcoglyptem. (68) S. Paulus ad Romanos, cap. 8. v. 31. (69) Deuteronomii cap. 32. v. 30. (70) Cornel. Nepos, in Miltiade, sub med. (71) 1. Reg. cap. 14. v. 6. &c. (72) Diarium Teysinge-





Digitized by Google

*ſingerianum*, *pag. 49. ante med.* (73) *Vide Suaſoriam 2. Marci Senecæ: præſertim autem, in* Diviſione. (74) *Libri Judicum, c. 15. à v. 4. De 300. verò Ungaris, ſpei ſuæ irritîs, auctor Journalis tradit, pag. 48. med.* (75) *S. Thomas Aquinas, Summa theologica Parte 1. quæſt. 63. artic. 6. ad 3. & q. 64. artic. 2. in corp.* (76) *Vide libri Eccleſiaſtæ caput 9. v. 10.* (77) *Job cap. 10. v. ult.* (78) *Thomas Kempenſis, lib. 3. de Imitatione Chriſti, cap. 32. num. 1.* Sui ipſius (*ſuî ipſorum*) amatores, cupidi, curioſi, gyrovagi; quærentes ſemper mollia. *&c.* fingentes, & componentes, quod non ſtabit. (79) *Sext. Propertius, lib. 1. eleg. 1. v. 6.* (80) *Eccleſiaſtici cap. 32. v. 24.* (81) *Proverb. 4. v. 25.* (82) *In caput 1. Jobi, lib. 1. moral. capite 10.* (83) *Verba Ciceronis, Oratione, pro Lucio Murena, Vol. 2. ad finem diſceptationis, contra Catonem Uticenſem.* (γ) *Cornel. Nepos, in Epamin.* (84) *Hoc vocabulum, quod vulgò, nec inconcinnè, ἴδιον ſonat, τῷ ἀλλοτρίῳ oppoſitum; concinniùs tamen, & ætati Latinitatis aureæ receptiùs, ſignificat αἰώνιον, perpetuum, ſtabile, poſſeſſori manſurum, ac duraturum. velut, apud Maronem, lib. 6. Æneid. de Marcello, Octavia filiô, præpropere extinctô,* — ni-

— nimiùm vobis Romana propago
Visa potens, superi, *propria* hæc si dona fuissent.

*Cornel. quoque Nepos, in Thrasybúlo, circa fin.* Parva (*inquit*) munera, diútina; locupletia, non *propria*, esse consueverunt. *Hoc locô vox hæc panitur in significatu politiore: quippe, sinè quo sermo cæteroqui futurus fuerat nugatorius.* (85) *Auctor Diarii castrensis, Monachii editi, annô 1621. pag. 40. & 41. & 42.* (86) *Prænobilem Dominum J. Adelzreutterum, Consiliarium aulicum, annô 1640. quando Conscriptio rerum Boicarum, à Principatu Stephani continuanda, usque ad Guilelmum V. poscebatur. Is labor, in eundem denique Jureconsultum, ejúsque scriptionis collegam, devolutus fuit.* (87) *Tabula Bohemiæ recentior, & grandis; cum vocabulis locorum Bohemicis,* Ongerschits, *nominat, per quartam latinorum vocalem.* (88) *Græcis* σκυλεύω, *spolio.* προσκυλεύω, *antè-spolio.* (89) *Exodi cap. 10. à v. 1. usque ad v. 7.* (90) *Hoc namque consectaneum videtur, ad ea, quæ de voracitate* Equi Nilotici *Achilles Tatius refert: ut id unâ quadam pastione continuatâ fiat diei, vel artificialis, vel saltem naturalis. Si namque*

*longiore ad hoc indiget temporum lapſu; jam nihil inſolens id, & inuſitatum, erit: cùm alioqui rus aliquod, frugibus plenum, per dies, aut menſes complures, etiam aper poſſit, aut cervus, conſumere. Cæterùm, hæc de* Equo Nili (*qui idem &* Elephas Ægyptius *appellatur*) *habentur apud Achillem, quem dixi, Tatium, libro 4. de Clitophonte, & Leucippâ, poſt initium libri, à pag. 220. uſq; ad pag. 224. editionis Lugduno-Batavicæ, in 12. anno 1640. evulgatæ. Græca illius verba, inter cætera, ſunt hæc.* ἔτυχον ποτάμιον θηρίον ἄνδρες τεθηρακότες, θέας ἄξιον. ἵππον δὲ αὐτὸ τὸν Νείλῳ ἐκάλουν, οἱ Αἰγύπτιοι. Καί ἔστι μὲν ἵππος, ὡς ὁ λόγος βέλεται, τὴν γαστέρα, καὶ τοὺς πόδας, πλὴν ὅσον ἐν χηλῇ χίζει τὴν ὁπλήν. μέγεθος δὲ, κατὰ βοῦν ἢ μέγιστον. *Et infrà, ad finem paginæ 223.* (θηρίον) ἔστι μὲν ἀδηφαγώτατον, καὶ ποιεῖται τροφὴν, ὅλον λήϊον. *Hæc μεταφρασικῶς ità quis interpretetur.* Nacti feram, viri, venatione pro more functi, ſpectatu dignam. Eam verò, Equum-Nili appellabant Ægyptii. Et eſt quidem Equus, ſicut fama vult; quantùm ad ventrem, ac pedes attinet: niſi, quòd, & quantum, in forfice, ſeu chela, dividit ungu-

Anni 1620. Leo Galeatus.

ungulám. Magnitudo verò ejus feræ, eſt, juxta bovem maximum. Eſt verò animal iſtud quidem voraciſſimum: facítq; cibi ſui, totam aliquam ſegetem. *Et hinc fit, ut ἀδηφαγώτατος dicatur ab Achille Equus iſte Nili, à vitio ἀδηφαγίας, ſeu, δ, ſimplicî, ἀδηφαγίας: quæ eſt*, Inexplebilis quædam Edendi aviditas. (91) *Apud Salluſtium, in Jugurtha; circa med.* (92) *Apud eundem: tribus circiter foliis ſuperiùs.* (93) *Hoc totum clarè indicat auctor Journalis, pag. 54. ſub. ipſum principium. ac ratio ſuadebat.* (94) *De quibus Maro agit, lib. 2. Æneid. longiùs poſt princip.* (95) *Ità locum hunc ſinceriores Tabulæ, cum auctore* Journalis, *appellant: quaſi dicas*, Paſcuorum-Villam. *non autem*, Waldhofium: *ut alia Tabulæ, pro I, littera, L, intrudentes. Hôc porrò locô, in recenſendis ſtativis Bojo-Caſarianorum, non diſſentit (reor) Illuſtriſs. Czechorodius, Phosphori Radio 6. pag. 663. dum ait: Ubi ſignum progrediendi datum; uterque Exercitus Gmundam versùs, Uherczicîo (Ungerſchizîo, nobis) priùs, & Rapſîo, occupatîs, ac indè, per Novohradium & Schwvinas, Budviczium proceſſit. &c. Noſtri quippe Scriptores, vocabulis utuntur ſuæ*

lingua : Bohemi, ferè Bohemicîs : ut par eſt. (96) Abrah. Saurius, de Urbibus, pag. 580. ad med. (97) De his, vide, & expende, Diarium Teyſſingerianum, pag. 52. Simul autem & ea, quæ in Actis hujus anni, 1620. ſuperiùs memoravi, de geſtis Electoris Saxoniæ, ad Budiſſinum Luſaticum. (98) Jureconſultorum, apud Ciceronem, nomina, eidem coævorum. Applica, Ludovico Camerario, & Achatio Donavio, baroni (poſtea Comiti, noſtríque Palatinatûs hujus Superioris Gubernatori Amberga) & Principi Anhaltino Seniori. qui ſuadere infelicia, jam ſub Friderico etiam IV., Quinti patre, inſtituerant. (99) Cornel. Nepos, in Hannibale, ante finem. (100) 3. Regum, cap. 22. à v. 31. (101) 1. Reg. cap. 4. à v. 10. (102) Lib. 2. Reg. cap. XI. à v. 1. &c. (103) 2. Reg. cap. 18. à v. 1. uſque ad v. 4. (104) 1. Reg. cap. 21. à v. 17. (†) Redivivus (qui inſcribitur) Slejdanus, libro XI. ante fin. ubi ad marginem addit hæc. Diſer Katzianer (quem in corpore hiſtoriæ nominat, Königiſchen Feld-Obriſten) iſt von einem ſtattlichen Adelichen Geſchlecht auß Croatia geweſen. Addit, Eum, ob fugam è prælio ad Eſseckum, Vienna poſtea captivum, & indidem

*dem liberatum ; ab cognato quodam , in arce quadam ſuâ , interfectum , ob conatum transfugii ad Turcam.* Serinus *( al.* Tzrinus *)* cecidit *, in defenſione Sigethi : ut Surius ſcribit in Commentar. anno Salutis 1566.* (105) *Sicut ad extremum denique dicetur , in enarratione* fugæ. (106) *Arbitri vox , in Trimalcione.* Lati-Clavi *porrò formam fuiſſe , qualis ferè nunc eſt Electoralium epomidum ( ſeu , Collariûm , ac ſuperhumeralium , ) aſſerit quidam à Commentatoribus Petronianis.* (107) *Hanc tantam monendi Friderici libertatem , ſatìs irreverentem , exprimit , in Conſultatione Bohemorum , ingenuè Nicol. Bellus , Laureæ Auſtriacæ lib. 4. pag. 336. col. 1. ad med.* Non ergò noſter hic eſt, ſed Adverſariorum, fermo : *qui non neſcimus* , Cum Principibus populorum , agendum eſſe reverenter , ac pudibundè. (108) *Hæc , ad hunc uſque locum , pro Sententia , Palatinum in expeditionem ſtimulante , allata : hæc , inquam , eruuntur ad apicem , è* Conſilio , *quod à Nicolao Bello , affertur , & introducitur , lib. 4. Laureæ , pag. 336. col. 1. citatâ ſuperiùs. Ego , mihi loquendi libertatem ſumo nullam , niſi , quam , qualem , & quantam , in Auctoribus , me pragreſſis , invenio : & eam*

eam quidem, ex ipſorúmmet ore Proteſtantium: non autem Catholicorum, aut Septemviorum ſcriptoris, ſenſu. (109) Librô 2. Regum, cap. 21. v. 15. & 16. & 17. (110) Jodocus Hondius, in Atlantis-Minoris tabula Bohemiæ, pag. 450. col. 1. (111) Cornel. Tacitus, Annal. lib. 1. de coërcita, per Cæſarem Germanicum, ſeditione militum Germanicianorum, uti vocabantur. (112) Reſpondetur, ad adverſaria Sententiæ dictum biblicum, allatum è lib. 2. Reg. cap. 18. v. 3. (113) Non autem, qui ei natus in Bohemia fuerat, uti Bellus pag. 336. ait: & ego alibi refelli. Interim obſerves, licet: Brachelium pag. 27. pro Berlino, ponere Stetinum: ac nihilóſecius aſſerere; Palatini filium in curam Electoris Brandeburgici transmiſſum. (114) Auctorem Laureæ vide, pag. 336. col. 1. poſt m. & col. 2. princ. (115) Jul. Cæſar, de bello civili, lib. 3. longiùs à fin. (116) Abrah. Saurio, in Urbibus, parte 2. pag. 87. Pragadicz, dicitur. Gerardo Mercatori, in Tabula Bohemiæ, Prahalicz. Guliel. Blauvve, Prahavviz. Guiliel. Janſonio, Prahalitz. Joanni Janſonio, Prachatitz. VVaſſenbergio, Bragodizium, pag. 34. princ. Ephemeridi Teyſingerianæ Pragadiz, nobiſcum manet. Sic & ſuperiùs, pro Marowiz,

wiz, *alii* Machowicz, *ſcribunt : ego , priore modô.* (117) *Joan. Janſonius , in Tabula Bohemiæ majore.* (118) *De hac* Pragadizii *clade tradit Diarium Teyſingerianum , pag. 53. med. & Boicus , Part. 3. pag. 96. ante med.* (119) *Saurius , in Urbibus , Parte 3. pag. 6.* Als eine Paſtey / oder Schantz. bis. *Verbo,* Thabor. (120) *Huc reſpiciunt Joannis Cluveri verba , in Epitoma Hiſtoriarum , pag. 649. col. 1. princ.* (121) *Abrah. Saurius , V.* Praga. *pag. 75. ad fin. ubi Viſegradam arcem pronuntiat* Wiſcherad (*an* Wiſchegrad?) *Alii tamen verè , ſicut voces , ſic & loca , diſtinguunt.* (122) *Cluverus hanc delibat , Epitom. pag. 649. col. 1. med. Joannes autem Pauli , in Jocoſeriis ſuis , Capite* de Cæſaribus, *fol. 18. pluſculis. ſed hiſtoriæ periſtaſes depravat. Vide autem & Æneam Sylvium , in hiſtoria belli Huſſitici, capitibus 40. & 41.* (123) *Saurium vide , in Urbibus , V.* Praga , *pag. 79. princ.* (124) *Vox S. Ignatii , Martyris Antiochenis , Romæ in arena leonum morituri.* (125) *Iſaiæ cap. 26. v. 10.* Miſereamur impio : & non diſcet Juſtitiam. In terra Sanctorum, iniqua geſſit : & non videbit gloriam Domini. (126) *Joan. Cluverus , pag. 649. col. 1. poſt med.* (127) *Ad Titum ,*

**Expeditio Bavari Bohemica.**

*Titum, cap. 3. v. 10. & XI.* (*) *De his* Pragadiziorum *cædibus, Abrah. Saurius memorat, Opere de Urbibus, V.* Pragadicz, *pag. 87.* (128) *Hoc* Ziſkæ, *ſeu conſilium, ſeu deſiderium, multi narrant adhuc hodie, ſive linguâ, ſive calamô. Nec planè præterit Cluverius, Epitomês pag. 650. initiô colum. 1., ex auctoribus, margini adſcriptîs.* (129) *Journale Teutonicum expeditionis Bohemicæ, pag. 54.* (130) *Ab his longè abeuntia, narrat Saurius, pag. 56. de Urbibus, Parte 3. quem tamen latèrę Veritas rerum genuina nequaquam potuit: cùm adducat Saurius ipſa verba Journalis; eáque pene ad apicem expreſſa, locô, pluſquam uno.* (131) *An & Voblinum, Bohemis dictum; & infrà Strackonizium, ad Auſtri plagam, ſitum?* (132) *Journale, pag. 55. fin.* Allgemach *(inquit)* nachgefolgt. (133) *Pſalmô 57. v. penultimô, ſeu XI.* Lætabitur juſtus, cùm viderit vindictam. *&c.* (134) *Abrahamum Saurium vide, De Urbibus, Parte ultimâ, V.* Strackoniz. *pag. 117.* (135) *Ità pronuntiat auctor Journalis, pag. 56. Gerard. Mercator, in ſua Bohemia, & Guil. Janſonius, & Atlas minor,* Horeſsowitz. (136) *Sic nominat Gerard. Mercator, & Guil. Janſſon. Teyſſingerus*

*verò,*

verò, *in Diario, pag. 56. ante med.* Grünberg, *seu* Grienberg. *At Raphaël Sadelerus, in sua Topographia Bohemiæ.* Grimberg *nominavit locum illum.* (137) *Quantum ad auctoritatem quod Industriæ ducum.* (138) Telamónes, *(inquit è Vitruvio Jun. Hadrianus,)* signa sunt, virilî formâ, quæ *(sicut Atlantes quoque)* aliquid in ædificiis sustinent. (139) *Boicus, Partis 3. lib. 5. num. 40.* (140) *Sic eam appellat, Diarium Teysingerianum, pag. 35. fin. Sed Gerard. Mercator,* Wimbergam: *Eslij, inter Pragadizium; & VVilharticzium, medio ferè per obliquum situ. Cepit eam Tiefenbachius (non ille transfuga) Bucquoji missu: ibiq; præsidium imposuit.* (141) Zütten-homium *nominat Nicol. Bellus, lib. 4. Laureæ, pag. 342. col. 1. ante fin.* (142) *De his, idem Bellus agit, loco primulum adducto, col. 2. in.* (143) *Hoc asseverationè magnâ tradit Auctor Laureæ; sicut & causiam: our in Urbibus* Nobilitas profuga *toleraretur. lib. 4. pag. 342. col. 2. post med. usq; ad finem columnæ.* (144) Risenbergam *à plerisque dictam, auctor* Journalis *pag. 57. fin.* Risenburgum *dicit: quasi* Gigantum-castrum. (145) *Tit. Livius, Annalium lib. 30. multò post princip.* (146) *Indi-*

*Judicum cap. 9. à v. 50. uſque ad fin. capitis.* (147) *Don Balthaſar, Hiſpanus idem, & Commendator Equitum S. Joannis Melitenſium.* Mélita *porrò, Inſula maris Africani, ultra Siciliam,* in Auſtrum; quâ parte (*inquit Carolus Stephanus*) in Africam vergit. *In hac Inſula coloniam habuêre Carthaginienſes (qui olim iidem & Pœni): ut indicat idem Stephanus, V.* Mélita. (148) *Ità ſemper nominatur locus hic, ab auctore* Journalis. *à pag. 58. &c. & 59. At pag. eadem 59. videtur* Strowiz *dici.* (149) *Guilielm. Janſsonius, in ſua Bohemia Tabula.* (150) *Abrah. Saurius, de Urbibus, V.* Glattaw. *pag. 638.* (151) *Partis 3. lib. 5. num. 43. è monimentis arcanioribus: cùm Fœminarum harum nobilium, ac Triginta captorum, mentionem Auctor diarii Sadeleriani prætermiſerit.* (152) Deroſelben (*ſcil.* der Vngarn) Generaln. *ait Journale, pag. 61. v. 5.* (153) *Anhaltinus Princeps Junior: apud Boicum, Partis 3. lib. 5. num. 44.* (154) *In Bohemia* Argentarias *eſſe celebres, & Atlas memorat, in Tabula Bohemiæ chorographica exponendâ: & Guil. Janſsonius, cum cura adnotat, in Bohemia ſua: cujuſmodi ſunt, ad Budevvitzium, Crumloviam, Kuttenbergam, qua-*

*quarum mentio recurret infrà quoq3, in Otio militarî, poſt pugnam ad Pragam.* (155) *De hac agit Heribertus Roſsvveydus, in Vitis Patrum, libri Quinti libello 7. num. 19.* (156) *Boicus, lib. 5. num. 45. pag. 62. med. v. 2.* Haslangum ipſum ità ſuaſiſse. *quod Teyſſingerus tamen non ait.* (157) *Hoc dicit Teyſſingerus, pag. 62. ad med.* Sonder vilmehr geſällig ſeyn möchte. (158) *Auſtria videlicet, quæ Pannonia Superior: & Hungaria, quæ Pannonia Inferior eſt, ac dicitur. ut & alibi notavi.* (159) *Ut in circulo, ſeu tractu,* Pilſnenſi, *atque circa* Satzium, *nuper: de qua re, ſuperiùs eſt actum.* (160) *Ut accidit ad* Oeffertingam, *à Super-Anaſſinis ruſticis, Duci Saſsen-Lavvenburgico. de quo egi in Annali ipſo hujus anni.* (161) *Ut ante paucos dies Hungari* Haslangum *ceperant.* (162) *Sicuti Coſacci fecerunt in Moravia, Friderico fœderatâ: direptô, ipſis in nuptiis, municipiô Meſericziô: velut ſuô locô, & annô, narravi.* (163) *Iſaiæ cap. 36. v. 21.* (164) *Iſtud obſervavit accuratè Boicus, lib. 5. partis 3. num. 46. initiò. Præterit hoc Journalis auctor.* (165) *De hoc congreſſu agit & Boicus, Partis 3. lib. 3. à num. 7.* (166) Dann es mit Euer Lieb

Pero

Perſon ein andere Mainung hätte. *Journale, pag. 62. fin. & 63. princip.* (167) *Hujus poſtremi commatis rationem, erues, è verbis Diarii Teyſingeriani, pag. 64.* §. Den 21. dito, haben. *&c. ante med.* (168) *Partis 3. lib. 5. num. 47. Illuſtriſs. verò Czechorodius, Phosphori Radio 6. pag. 667. & 668.* (169) *Sic vocitatam ævô ſuô, adeóq; Chriſti, ac Tiberii,* Bohemiam, *affirmat Vellejus Paterculus, lib. 2. pag. 375. med. Editionis Boxhorniana, Lugd. Batavorum.* (170) *Criſpus Salluſt. in Catilinaria, pag. 20. Elzeviriana editionis Leydenſis.* (171) *Salluſtio crebrum, ac familiare verbum, in Expeditionibus, præſertim Jugurthinîs: etſi nonnullis improbatum, tanquam* minùs *ibi* proprium; *potiúsq; ad fornices, & cubilia luparum, pertinens. Sed ego, cum* Hiſtorico Summo *errare malim; quam cum* immodicè-eruditis, *ſapere.* (172) *Alluſum ad illud Pſalmi 126. v. 1.* (173) *Iſaiæ 19. v. 14.* (174) *2. ad Timoth. cap. 13. Obſerva verò,* Seductorum *vocem, quam habet Vulgata lectio (Græcè γόητες) metaphoricè illic accipi, pro* Corruptoribus *in Fide, vel in Moribus: propriâ verò Latinitate, tantummodo ſignificare eos, qui, ad litteram, & naturaliter, aliquem ducunt*

ducunt seorsum, κατ' ἰδίαν, & χωρὶς ἄλλων: sicut Marc. Antonium Caj. Trebonius, in Curia Pompejana; dum Ca. Jul. Cæsar confoditur. Hôc locô, nobis utrumque vox ista notat. (175) Matth. 15. v. 14. (176) Diem videlicet Octobris vigesimum secundum intellige, Divæ Cordulæ, virgini ac martyri sacrum, è societate S. Ursulæ. (177) Sic Astrologi, cæteríq; nonnulli, Aspectus, & actus, & indoles, appellant, extra modum indulgentes genio, vel lætitiæ. (178) Tit. Livius U. C. lib. 22. med. (179) Sic eam Teysingerus nominat, pag. 64. med. quæ videtur Joannis Janssonii esse Biela. aliter, Wiela: & i, extritô, Wela. Est tamen apud eundem Joan. Janssonium, & alia Biela; à præcedente longè distans, in extremis Occiduæ Bohemiæ finibus, è regione Palatinatûs Superioris, ad Pfrejmptæ fluminis ripam, seu tractum lævum: quæ Biela huc non spectat. spectat autem, ad lectoris errorem præcavendum. (180) Varronis, & aliorum, dictio est, pro Stramine: quod, apud classicum scriptorem, nondum equidem legi. quamvis tamen interim Stramineus, Nasonis, & Propertii, sit. &c. (181) Lib. 2. Regum, cap. 2. à v. 14. &c. (182) Hos nominant recentiores quidam eos pedites, quos

*Germani vocant*, die Muſquetierer. *an meliùs alii*, die Doppelhaaggner? (△) *Non ergò (niſi mediatè) Friderici Palatini. quod tamen nudè ſcriptor Noricus tradit, libro 5. partis 3. n. 50. Ibid: & de Aſcanio* Aquavivâ *error eſt, (quippe, qui non captus, ſed planè occiſus, ſit,) ut, de* Teuffelio: *qui non videtur fuiſſe* Orthodoxus. (183) *Everhardum VVaſſenbergium vide, pag. 35. & auctorem Journalis, pag. 47. poſt med.* (184) *Teyſſingeri diarium, pag. 5. poſt med.* (185) *Boicus Parte 3. lib. 5. num. 52. appellat*, templum, ſatis firmum. *Journale verò*, Ein Capellen / vnd gemaurten Freydthoff / *pag. 69. princ. Circa medium tamen ait*, Zwiſchen der Statt / vnd bemeldter Kirchen. (186) *Vide, dicta ſuperiùs, de Pragadizio, & Ziſkâ.* (187) *Iſaiæ 56. v. 7. Ezechielis 13. v. 18. in præcones ſectarios dictum. lege.* (188) Omnium-Sanctorum. *quæ Feſta, πάντων τῶν ἁγίων, Græcis, in compoſito τὰ Παντάγια, dicuntur.* (189) *Marci Annæi Senecæ Controverſiarum lib. 1. Controv. 8. ſeu ultimâ. titulô*, Ter Fortis. (190) *In Arce obîſſe, indicat Illuſtriſs. Dom. Georgius Chriſtoph. ab* Haslang; *paullò inferiùs denuò ad teſtimonium invocandus.* (191) *Pſalmô 57. ad fin.* (192) *Itâ loquitur auctor*

*auctor Journalis, pag. 61. post princ.* Biß er hernach / den dritten Novembris, zu Rackonitz / ins Feinds Läger / verstorben. *At Castra hostica, præsertim Hungarorum, erant, etiam intrà mœnia constituta Stativa, & contubernia militum: vel Urbs potiùs ipsa Rackonizium, pars dici poterat stativorum militia Fridericiana. Obiisse vero Haslangum, in* Arce *Rackonizii, satis innuunt litteræ Illustrissimi Domini L. Baronis, Georgii Christophori, ab & in Haslang, superiùs paullò antè nominati: ex Arce Hochen-Cummerana nuper, X. die Septembris anni 1676. datæ, ad Illustrissimam ipsius filiam, Martam Catharinam, Comitissam de Preysing, Baronissam de Leyblfing. &c. quibus in litteris, inter cætera, de* Alexandro *hôc, ait,* Er seye von den Vngern gefangen / vnd zu Rackonitz / so ein Schloß in Böhmen / (*immò & oppidum, seu urbs,*) gestorben. (193) *Iisdem in litteris, quas paullo antè adduxi, hoc idem indicant ista verba.* Sonsten wol ein dapfferer Soldat / vnd Cavalier / gewesen. GOtt tröste ihn! (194) *Hoc idem & in Religiosis moribundus providè S. Pater noster* Ignatius Loyola, *observat: & à suis observari voluit, iis præsertim, qui* Infirmo assistunt, *maximè, in phreneſi constituto: quam*

*phreneſin, crebrò admodum*, febres *ardentes, & ſcil. illa, quas vocant* Hungaricas, *invehunt. Vide Conſtitut. Partem 6. cap. 4. §. 2.* (195) *In litteris, jam pluſquam ſemel pro teſtimonio laudatîs, ad Dominam filiam, Illuſtriſs. Dom. Georgius Chriſtophorus, ait;* Bey Ihrer Churfürſtl. Durchl. wolſeeligiſter Gedächtnus / Hofmarſchalck. Mit derſelben / iſt er auch / als General-Wachtmaiſter zu Pferdt / in Böhmen geweſen. (196) *Pſal. 71. v. 1.* (197) *Horatii Latinitas.* Intaminatîs fulget honoribus. *librô Carminum 3. Odâ 2. ante med.* (198) *Hunc locum, auctor Journalis, pag. 72. ante med.* bis *nominat* Sträſſchonitz. *Boicus, Partis 3. lib. 5. num. 54. pag. 74. fin.* Straſonizam. *Emendata verò Tabula, etiam Gerardi Mercatoris, & chorographica Raphaëlis Sadeleri deſcriptio, Journali ad finem adnexa,* Straſsitz. *Illuſtriſſim. verò, ac Reverendiſs. Dom. Thomas Joannes, de Czechorod, Phoſphori ſui Radiô 3. pag. 372. med. vocat* Straſsecium. *Omnia hæc poſteriora, per diminutionem contractionémve, primitivi* Straſsonizii. (199) *Virgil. lib. 12. Æneid. in Oratione Turni, contra Drancem.* Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit. *Germani quoque dicimus, de cæſis in acie, vel monomachiâ;*

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

chiâ; Er hat ins Graß gebiſſen. (200) *Vt Boico, Part. 3. lib. 5. num. 54. princ.* (201) *Expeditos, ſolutos, liberos per omnia; ſicut milites* ferentarii *priſcis, Salluſtio, Vegetio, &c.* (202) Quadruplicem, *ſcribit Boicus, lib. 5. modò citatô. num. 55.* (203) *Id ſignatè tradit Teyſingerus, pag. 73. v. 6.* (204) *Proprietate Latii cultioris, idem eſt, quod* Finiri. *Salluſtius crebrò, & alii: ſicut & aliàs adnotavi.* (205) *Proverb. 21. v. 30.* Non eſt Sapientia, non eſt prudentia &c. contra Dominum. *Alter locus eſt, pſalmô 30. v. 16.* In manibus tuis Sortes meæ. *ubi lectio alia habet*, Tempora mea. (206) Ager requietus, *Naſoni*. Ein außgeruheter / außgeraſteter / Acker. *transfertur & ad hominem.* (α) Prætoria, *veteribus dicebantur, etiam* Villæ ſuburbanæ; *in modum ac ſplendorem* Arcium *exſtructæ: velut & alibi ſubindico.* (207) Lange Bruggen, Balcken / *unde &* Pons ſublicius, *Romæ, alibi.* (208) *De hoc* militari *vocabulo, annotavi quiddam, & in ſuperioribus; occaſione bellorum, inter Inſubres, & Allobroges.* (ξ) *Illuſtriſſim. Peſina, de Czechorod &c. Phoſphori pag. 374.* pro Hollachio, *ponit* Hohenlojum. (ζ) *Hoc Conſilium militare, paullò ante congreſſum prælii,*

*habitum revera à Maximiliano fuiſse ; ſcribit Teyſingerus , diarii pag. 75. ad med. & Boicus , Partis 3. lib. 5. num. 57. & ipſe id indicat Maximil. Dux , epiſtolâ ad Paulum V. Pontif. Max. apud Boicum , lib. 5. cit. pag. 83. ante med.* Præmiſsâ *( inquit )* deliberatione. *&c.* (209) *Pſal. 35. v. 7.* Juſtitia tua, ſicut montes - Dei: judicia tua, abyſsus multa. (210) *Bracheliius pag. 29. ad med. Everhardus VVaſsenbergius , pag. 37. med. Cluverus Danus , pag. 784. col. 2. poſt med. in Epitoma.* (211) *Adolphus Bracheltus , pag. 32. med. Boicus , partis 3. lib. 5. num. 59. fin. Nicol. Bellus , lib. 4. Laur. pag. 344. col. 1. med. & alii.* (212) *Libri Sapientiæ cap. 17. v. 10.* Cùm ſit enim timida Nequitia ; dat teſtimonium condemnationis. Semper enim præſumit ſæva , perturbata Conſcientia. (213) *Ità nominatur à Boico , lib. 5. num. 55. poſt med. & ab Adolpho Brachelio , pag. 28. fin. In Diario Teyſingeriano , pag. 73. ad med. appellatur ,* der Oberſte Gauche. (214) *VVaſsenbergius , pag. 36. ad med.* (215) *Sic conciliantur , VVaſsenbergius , ac Brachelius. quorum prior , ait ,* Trecentos trucidatos : *poſterior ,* Quingentos , cæſos , aut captos. *pag. 29. princ.* (216) *VVaſsenbergius , pag. cit. 36. ad med.* (217) *Pſalm. 9. v. 8.*

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

*v. 8.* (218) *Proverb. 28. v. 1.* (219) *Sic nominatur ab Everhardo VVasenbergio, pag. 37. princ. Brachelio verò dicitur,* Vexillum prætorium. *pag. 28. med.* (220) Lithschenizium *vocat Bellus, lib. 4. pag. 343. col. 1. ad medium.* (221) *Inter eos, etiam Boicus novissimus, Partis 3. lib. 5. num. 59. ad med.* (222) *Id satis indicat & Boicus, locô, modò cit. post principium statim numeri 59.* Minnunt alii. *&c.* (223) *Auctor Journalis, pag. 5. med.* (224) *Hoc,* De comitatu Bucquoji, in acie, *dicit clarè Boicus, pag. 77. ad med.* (225) *Boicus, Cæsarianam etiam aciem percurrens, Parte 3. lib. 4. num. 59. & num. 60.* (226) *Auctor diarii castrensis Teutonicus, ad pag. 75. Tabulâ 2. &, ad pag. 76. tab. 3.* (227) *Vide, si placet, hôc locô, Quid & Boicus adferat, Partis 3. librô 5. num. 61.* (228) *De Turre Evangelica, S. Lucas, cap. 14. v. 28. & 29. & 30.* (229) *Boicus, Partis 3. lib. 5. num. 60. fin.* (230) *Inter* Duodecimam *&* Primam *horam, post* meridiem, *prælium istud cœptum fuisse, passim tradunt Acta. & auctor Journalis, pag. 76. ante med.* Darauff ist nun/ in GOttes Namen/ der Anzug/ zwischen 12. vnd Eins Vhren/ nach Mittag/ auff dem Weissenberg/ gegen dem Feind/

beſchehen. *Boicus, Partis 3. lib. 5. num. 62. §.* Acie. *&c.* Paullò poſt meridiem *(inquit)* ſignum pugnæ datum eſt. *At Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Peſsina, Phoſphori ſui Radiô 3. pag. 375. ante fin.* Circa Primam *(ait)*, poſt meridiem, horam, ſignô ad prœlium datô. *&c. Sic ferè conciliantur inter ſeſe Scriptores.* (231) *VVaſsenbergius, pag. 37. ad med.* (232) *Numeror. cap. 21.* (233) *1. Reg. cap. 14. v. 13. &c.* (234) *2. Reg. cap. 5. v. 6.* Joab *ſcilicet, introduxit* Davidem; *qui David, fuit frater, matris Joabi: cuj mulieri nomen fuit* Sarviæ. (235) *Henricum Fabritium vide, in Compendio Menologii Magni teutonicô, in fol. die 16. Junii: rem, inſpectu lectúq; dignam. Porrò,* Pompejopolis *iſta, hodie* Pompelóna, *ſeu* Pampelona *eſt, in Navarra trans-pyrenaanâ, ſeu Hiſpanicâ.* (236) *Danielis cap. 9. v. 24. id eſt,* Chriſtus Jesus. (237) *De hoc ſacrilego* Iconoclaſmo, *egi ſuperiùs, Annô 1619. in recenſendis Actis diei XXI. Decembris. Poſtea verò reperi, hæc éadem omnia enucleatiùs (nec tamen noſtris diſsona) expoſita ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino, Dom. Thoma Joanne Peſsinâ, &c. Phoſphori Radiô 3. à pag. 351. & ſeqq. Et rurſus infrà, Radiô 6. à pag. 642.*

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

642. totâ. (238) *Psal. 63. v. 8.* (239) *Retulit, qui interfuit, fide dignus, ac veteranus, Sacerdoti P. C. H. Monacensis Monacensi.* (240) *Pesina, Phosphori Radiô 3. pag. 376. à princip.* (241) Zbubnam *nominat auctor Journalis, tabulâ II. Acierum.* De-Bubna *verò, Pesina Radiô 3. pag. 376. ante med.* (242) *Teyssingerus, Pesina, Brachelius,* A Tillio fuisse Crazium immissum Anhaltinianis, *asserunt. Adelkreutterus verò, reconditiorum exquisitor, ac discussor, Parte 3. lib. 5. num. 62. id clarîs verbis attribuit* ipsi Maximiliano DUCI. *Sed facilis hîc Auctorum est conciliatio: si dicamus (ut dicimus;) A Maximiliano monitum Tillium, ut Joan: Philipp: Crazium immitteret: à Tillio verò, mox immissum Crazium.* Quod enim ago per alium, agere per meipsum censeor. *L.* Si per alium. *ff.* nequis eum, qui in jus vocat, *&c.* (243) *Tilli monitis convenienter: quem Teyssingerus dicit praecepisse Crazio,* Daß er mit seinen 500. Pferdten / auff bemeldten Fürsten von Anhalt / mit sonderbarem Ernst / treffen soll. So er *(subjungit)* gethan. *&c. pag. 76. post med.* (244) *Phosphori Radio 3. pag. 376.* (245) *Libro 4. gestor. regis sui. pag. 253. ante fin.* (246) *Haec*

accuratè tradit Illuſtriſs. Peſsina, Phoſphori Radio 3. pag. præſertim 376. & pag. 377. &c. (247) Auctor Journalis, Tabulâ pugnæ IV. ad litteram F. hoc ſignatè exprimit, in Declaratione Tabulæ. (248) Boicus, Partis 3. lib. 5. num. 63. (249) Sic eum nominat Boicus, lib. 5. Partis 3. num. cit. 63. (250) Hæc Illuſtriſsim. Peſsina Czechorodius, Phoſphori Radiô 3. exſequitur fuſiùs pag. 377. & 378. & Teyſingerus tabulâ IV. Pugnæ, ad litteram, G. (251) Iſaiæ cap. 38. à verſ. 8. Horologium porrò illud Achazæum, in Turricula cochleatâ nobis expreſſit affabrè, ſub hunc ipſum annum 1620. in athenéo Dilingano, præſtans mathematicus, Georg. Schœnbergerus, S. J. (252) Joſuæ cap. 10. à v. 12. 13. &c. (253) Arbitri vox eſt, primô ſtatim fol. Tam magnæ artis compendiariam invénit: ut & alibi adnotavi. L. Annæus Seneca quoque, epiſtolâ 27. Galviſius Sabinus, eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam excogitavit. &c. (254) In epiſtola ad Paulum V. Pontificem; quæ reperitur apud Boicum, Partis 3. lib. 5. num. 65. & 66. & 67. (255) Librô 4. geſtorum ſui regis, pag. 254. ante fin. (256) Æneid. 4. de Eliſa Didone; multò ante finem libri. (257) Eodem lib. 4. ante med. de nuptiis

nuptiis Elisæ. (258) Hunc memorat expressè Adelzreutterus, Partis 3. lib. 5. num. 64. ad m. (259) Isaiæ cap. 13. v. 23. fin. (260) 3. Reg. cap. 20. v. 23. & v. 28. (261) Carcer Romanus, omnium facilè teterrimus: in quo Conjurati Catilinarii necati sunt. Sallust. in Catilina, longè ante fin. (262) De prælio Mont-Albensi loquens Brachelius, déq; captus illic: ait pag 31. med. Capti, Anhaltinus, & Turrianus, juniores, ducum ipsorum filii: tum, Styrumbius. &c. At verò, tunc non captum Turrianum filium, sed prælium continuâsse in Monte, cæteráq; egisse bellica negotia, post abitum è Monte; patet ex iis, quæ hôc locô sunt enarrata: quæ scripsimus, auctoritate nixi Illustrissimi ac Reverendissimi Domini, Dom. Thomæ Joannis Pessinæ &c. omnia compertiora habentis. pag. 377. & 382. med. in Radio 3. Phosphori. Restat igitur, ut, si captus fuerit Turrianus Comes junior (æquè, ac Princeps Anhaltinus junior,) id postea acciderit. Sed, quando, & ubi, & à quo; noverint, qui tradunt ista. (7) Dictionis istius vis, ac nervus, intelligitur è Tacito, de Pallante ejurante. lib. Annal. 13. (263) De Occisorum numero, sententia hæc communior est. De Vulneratis, Pessina Phosphorì

vi Radio 3. pag. 358. ante fin. ait ; Plures ſaucios extitiſſe, conſtat, ( quàm ſcil. tantùm Centum, & Quinquaginta, ) & Brachel. pag. 31. Saucii, ferè plures extiterunt. (264) Adelzreutterum ſic interpretor, Partis 3. lib. 5. num. 64. initiô. (265) Ità Vegetius nominat eum ; quem alii Metatorem, den Einführer. (266) Pretiô, quod Soſpitatori datur. (267) De iſthoc Pappenhemii caſu, in acie Monte-Albanenſi, tradunt, Illuſtriſs. Peſsina, Radii 3. pag. 378. fin. Brachelius, pag. 31. ante fin. VVaſſenbergius, pag. 39. fin. & pag. 40. initiô. Boiceus, Parte 3. lib. 5. num. 64. & alii. Illuſtrantur autem hæc & iis, quæ in Genealogia ſcripſit Nicol. Rittershuſius, titul. Pappenhajm. V. Godefrid. Henricus. Quære autem litterâ M. Mareſchalli. (268) Omnium potens, & efficax. Alluditur autem & ad certamen, quod priſcis Pancrâtion dicebatur. unde Pancratiaſtæ. (269) Phoſphori Radiô 3. pag. 378. med. (270) Librô 4. geſtorum ſui regis. pag. 254. poſt princ. (271) Pag. 343. col. 2. (272) Pag. 343. (273) Librô 4. geſtor. ſui regis. pag. 254. poſt princip. (274) Epitomês pag. 784. Cluverus, col. 1. poſt med. ferè. (275) Idem, Epitomês pag. 784. col. 2. poſt med. (276) Pag. 39. med.

Anni 1620. Leo Galeatus.

39. med. (277) Pag. 31. (278) Phosphori Radiô 3. pag. 378. med. (279) Apud Adelzreutterum, Parte 3. lib. 5. num. 76. (280) Journale, pag. 77. princ. Vnd halt man darfür / daß vom Feind in 6000. / Theils auff der Wahlstatt / ligend bliben / Theils in der Flucht / ob den Seyten / an vnterschidlichen Orthen / nidergehaut: ausser der Gefangnen. (281) Pag. 77. ante fin. Die Vngaren / haben über die Moldau / in grossem Schröcken / vnd confusion, gesetzt: vnd / der Pragerischen Burgern Anzaig nach / über die 1000. ersoffen. (282) Libro 4. de gestis regis sui. pag. 254. (283) Pag. 251. fin. & eod. lib. 4. gestor. Ludov. (284) 1. Reg. cap. 18. v. 7. (285) 1. Reg. cap. XI. v. XI. (286) 1. Reg. cap. 17. v. 51. (287) Colligitur ex lib. 1. Reg. cap. XI. v. 8. (288) Æneid. 6. ante fin. de Marcello. (289) Hæc disertè tradit Pesina, Phosphori Radiô 2. pag. 98. ad med. addens, Id 8. Novembris accidisse, ac scil. die Victoriæ 5 póstq; Friderici transitum, ex Arce regia, in Pragam-Veterem. (290) Lucanus, lib. 1. pag. 3. (291) Inter feras hujus generis, est Unicornis, seu Monóceros (ut Simeona Zethi innuit, apud Hadrian. Junium:) inter aves autem, phœnix. (292) Hanc Considera-

ſideratione affert (ſaltem obiter) etiam Peſsina, Phoſphori Radiô 3. pag. 383. med. (293) Bellus autem, de Equis tolutariis Anglicis infert, neſcio quid, Laureæ libro 4. pag. 343. col. 2. fin. Cluverus verò, de Curribus loquitur, Epitomês pag. 785. col. 1. princip. (294) Aude aliquid, brevibus Gyarîs, & carcere, dignum; Si vis eſse Aliquis. — Satyricus Aquinas, libro 1. ſatyrâ 1. verſu 73. & 74. (ð) Quædam horum, ad verbum, habet Illuſtriſſim. Peſsina, in Phoſphoro, Radiô 3. pag. 383. à med. ad fin. (295) Criſpi Salluſtii locutio in Jugurtha, de Metello & Jugurtha, prœliantibus. Alibi verò, unicô immutatô verbô, idem Salluſtius, itidem in Jugurtha, de Gætulis ait: Eorum multitudinem in unum cogit. §. Jugurtha, poſtquam. &c. (6) De his, adversùs Palatinum, querelis, hinc indè ſuſcitatîs, dubium eſse nemini poteſt ullum; qui Nicolai Belli Lauream, libro 4 pag. 344. col. 1. & 2. ſeriò expenderit. (296) Plumaſchy vulgò. Arbiter, in Publii Mimi Fragmento, ſeu verô, ſeu confictô; Plumatô amictus aureô Babylonicô. Flavô verò plumatus erat Palatini pileus. (297) Hæc refert apud Illuſtriſs. Peſsinam, Simeon Kapyhorſkyus, in Actis anni 1619. Vide Phoſphori Radium

*dium 3. pag. 353. à fin. &c.* (298) *Ad Philippenſes, cap. 1. v. 7.* (299) *& Carolo Caraffa, Nuncio Apoſtolicô, Peſsina, Phoſphori Radiô 3. pag. 383. poſt initium.* (300) *Vide Boicum, hôc locô, de* Vinctis. *Partis 3. lib. 5. numerô 66. Simile ferè quiddam de* Vinctis, *in eadem urbis regione emiſsîs, in Exſequiis, Sancto* Wenceslao *Martyri, ac Duci, ductis; adfert Peſsina, Phoſphori Radiô 3. pag. 155. à med. & pag. 156.* (301) *Auctor Journalis, pag. 77. med.* (302) *Paginâ 77. Journal. poſt med.* (303) *Vide Nicolaum Bellum, lib. 4. pag. 344. col. 2. ad fin.* (304) *Hôc locô, Journalis auctor,* ſolius Veteris-urbis, ac Statuum regni, *meminit, pag. 77. med.* Haben auch die Altſtätter/ vnd zugleich die Ständ/ einen Trommeter zu Ihr Durchl. geſchickt. *&c. At Boicus,* Veteris *juxtà,* Novæq; Pragæ, *legatum agnoſcit, lib. 5. num. 66. fin. Illuſtriſs. quoque Peſsina, Phoſphori Radiô 3. pag. 384.* Ex Veteri (*inquit*) & Novâ Civitate, nuntii à civibus miſsi, *&c.* (305) *Gramondus, lib. 4. de Ludov. 13. pag. 254. med.* (306) *Ità ſcribit Ill. Peſsina (qui locum & vidit, & videre quotidie poſset,) Phoſphori Radiô 3. pag. 343. med.* (307) *In Canticum Canticorum, Sermone 1.*

(308)

(308) *Sic ſcribit, & loquitur, Ill. Peſsina, Phoſphori Radiô 1. fin. Similia ferè, & Radiô 5. in* Serie Præpoſitorum, *pag. 604. col. 1. fin.* (309) *Verba ſunt Peſsinæ, Phoſphori citatâ pag. 604.* (310) *Sic nominatur à ſuámet natione, pro* Georgio: *in Diſputatione Reverendiſs. Capituli Pragenſis, contra Huſsitarum errores: quæ citatur à Peſsina, principiô tenus, pag. 254. Radiô 3.* (311) *Fuit is Caſimiri, Poloniæ regis, filius: ac frater S. Caſimiri, Divis poſtmodum à Leone X. adſcripti. Vide Radium 2. Phoſphori Peſsinæi, in VVladislao Pol. & Matthiâ Ungarô.* (312) *Codex MS.* Przibyz de Radonin, *Magiſtri ſchola ad S. Ægidium Pragæ, in Chronico Bohemico anni 1446. temporibus Rochizanæ, & Podiebraskii; regis, à ſecta intruſi: apud Peſsinam, Phoſphori Radiô 3. à pag. 229. ante med.* (313) *Annæ ſic dictæ: quod, ſicuti noſtrates* floreni *ſinguli,* ſexagenûm *crucigerorum, ſic illæ* groſsorum *totidem, valorem continent?* (314) *Proverb. cap. 1. v. 14.* (315) *Memoria Regum, in* Tarquiniis, (*ultrò fugientibus*) *Romæ tamen & profugatorum, anniverſaria; ſub* Regifugii *nomine, diu quondam viguit. erátq; dies is, ante Kalendas Martias, ſeptimus. quo eodem die, conſignatur &* Hirun-



Digitized by Google

Hirundinum-Adventus, *in Kalendario Fastorum Ovidianorum Gyraldinò. Fugârant porrò ii, qui è Bohemiâ rebelles fuerant,* (*quantum in ipsis erat,*) Ferdinandum, *Bohemiæ regem; in suffectò ei* Fridericô. (316) *Festa.* Vulcano, *Ignis præsidi, in Circo Flaminio celebrari sueta quotannis, decimò, ante Kalendas Septembres, die. Nemo verò suspicetur, Talia* Arsenio, *Decano Metropolitanæ Pragensis, ut ignota, gratis, & intempestivè, attribui. Fuit enim nequaquam illiteratus: &* Commentaria *ideus, privata publicaq; rerum gestarum, post se reliquit: eorum, nos auctoritate tradimus hæc ipsa, sicut & Illustrissimi Pessinæ. qui memorat hæc, ex illius* autographis. *Phosphori Radio 3. à pag. 346. usque ad pag. 350. inclusivè. Scripsit præterea* Arsenius *idem, publicèq; recitavit, typis mox evulgatam,* Orationem, gravitatis eloquentis plenam: *cujus initium habes, apud Pessinam; pag. 386. Phosphori.* (317) *Libri Judicum, cap. 9. v. 15. de Abimelecho, regni Sichimæ subsessore.* (318) *De quibus Athen: vide Cornelii Nepotis Lysandrum, in Vitis Imperatorum Græcæ. Meminit autem horum, etiam Ca. Jul. Cæsar, in Oratione dissuasoria supplicii capitalis Conjuratorum, apud Sallust. in Catili-*



Expeditio Bavari Bohemica.

*na: aliiq; complures.* (319) *Terent. Eunuch. Act. 5. ſc. 5. v. 4.* (320) *Hæc, ſed ſparſim, Peſſina, Phoſph. Radiô 3. à pag. 367. uſq; ad pag. 372.* (321) *Propugnator. ab ἀσπίζω, ὑπερασπίζω, clypeô interpoſitô* protego, *ἀσπὶς, ίδος, enim,* clypeus *eſt.* (322) *Vide Nicolaum Bellum, lib. 4. Laureæ, pag. 344. col. 2. poſt med.* (323) *Iſaiæ cap. 58. à v. 2. &c.* (324) *S. Paulus, ad Roman. cap. 13. à v. 1. uſq; ad 5.* (325) *Auctor Journalis, pag. 77. fin.* Haben etlich Puncten ſchrifftlich angebracht / (*quæ Boicus affert, ac recenſet, lib. 4. Partis 3. num. 67. med.*) darauff Ihr Durchl. ihnen / in beyſeyn der Kayſerl. vnd anderer Cavalliern / ſelbſt die Nothdurfft zu verſtehen gegeben: daß man ihnen die Zähr ſtarck auß den Augen flieſſen ſehen: (*& hoc, ut ait Boicus, libro & num. citato, propter poſitam eis ob oculos, admiſſorum in DEUM, atque Cæſarem, criminum gravitatem.*) (326) *Peſſina, Phoſphori Radiô 3. pag. 345. poſt princ.* (327) *Idem ibid. pag. 351. ante fin.* (328) *Peſſina, Radiô 3. pag. 359. med.* (329) *De hoc agit Hieronymus Oſorius, epiſcopus Algarbiorum, lib. 3. de geſtis Emmanuelis, Portugalliæ regis. & alii complures.* (330) *Lege, & expende, in hunc totum* Pelopii *ſermonem,*

*monem, ea, quæ scribit Illustriss. ac Reverendiss. Pessina, Phosphori Radiô 6. pag. 638. fin. & 639. princ. ac med. & magis, quæ infrà, pag. 642. fin. & pag. 643. totâ, ac 644. med.* (331) *Hadrian. Junius,* Séliquam *pronuntiat: & tamen* Cerátium *vocat; quod* Siliqua *est, non* Séliqua. *Hôc locô,* Ponduſculum *est,* Quatuor Granorum; *in re Medica, & Nummariâ. i. e.* Vier Gran. (332) *Nicol. Bellus, lib. 4. Laur. pag. 344. col. 1. post princ.* (333) *ff. de reg. jur. l. quod ab initio. & ff. de pac. l. si tibi decem. §. si pactus.* (334) *Hac tergiversatio dimissi militis Bohemici, describitur ab auctore Journalis, pag. 78. & à Boico, Partis 3. librô 5. num. 67. &c.* (335) *Id factum esse ad 3. Idus Novembr: hoc est, Undecimô mensis, die S. Martini Turonensis; clarè Boicus tradit, Partis 3. lib. 5. num. 67. Teyfingerus autem indicat, paginâ 78. Journalis, §.* Folgenden Tag. *Alius autem, Id gestum asserit, die, à Victoria, 3. & confestim illo die* Jurare Cæsaris in nomen jusſos esse. (336) *Pessina Phosphori Radiô 3. pag. 384. post med.* (337) *Teyfingerus, in Diario, pag. 79. med.* (338) *Idem, pag. 79. fin.* (339) *Nicol. Bellus, Laurea pag. 345. col. 1. princ.* (340) *Idem, ibid. col. 1. ante med.*



Expeditio Bavari Bohemica.

(341) *Journale, pag. 85. princ.* (342) *Bellus, lib. 4. Laureæ, pag. 344. col. 2. med.* (343) *Journale, pag. 80. ante fin.* (344) Inſignia *Regni Bohemiæ: veluti ſub initia* Leonis Galeati *dictum eſt.* (345) *Auctor Laureæ, lib. 4. pag. 344. poſt med. col. 2.* (346) *Saurius, de Urbibus, V.* Praga. *pag. 78. circa med.* Strahofium *porrò*, Sionem-Montem *etiam appellari ſuetum, indicat & alius quidam ſcriptor Bohemus: ac, ni fallor, etiam auctor* Encomiorum Univerſitatis *Carolo-Ferdinandææ, Encomii XVII. fin. pag. 69. fin.* (347) *Libro 2. Machab. cap. 14. â v. 8.* (348) *Ad Roman. cap. 14. v. 5.* (349) *Græci Latiniq;, ſic* Cereviſiam *appellant.* (350) *Sic* Ferrifodinas *vocat Ca. Jul. Cæſar, belli Gallici lib. 7. ad med. ferè: ut & Tit. Livius, lib. 4. de bello Macedonico: ubi & de* Argentifodinis: *quas* Argentarias *nominat.* (351) Commoda, *dicitur Guilielmo Janſonio; in tabula Bohemiæ.* (352) *Annò namq; 1555. & 1556. Societas Pragæ habitare cœpit: ut ad marginem adnotat, paginæ 323. Phoſphori Radiô 3. Illuſtriſſim. Peſſina.* (353) *De* Mendacibus *vulgò dicimus*, Er geht mit faulen Fiſchen vmb. (354) Groondel *(id eſt*, Hieronymus, *plebejis,)* Faul-Fiſch / *vel*, Groondel Stinck-

Stinck, Fiſch. (355) *Actu 5. ſc. 6. verſ. ult. Verba Démeæ ſunt, ad Getam.* (356) *Liber, cujus eſt Inſcriptio*, Gloria Univerſitatis Pragenſis : *Encomiô XI. pag. 45. & 46. & 47.* (357) *Scriptum anonymi cujuſdam, in Palatinatu : & appendix* Supplicii Huſsæi ; *quod* Actis Concilii Conſtantienſis *annexum eſt.* (358) *Peſsina, Phoſphori Radiô 2. pag. 77. med. ubi & indicat ; Apud Scriptores Bohemos, eum eſse talem ; quales ei titulos in corpore ſcriptionis nos tribuimus.* (358) *Gnatho Terentianus, Eun. Act. 2. v. 1.* (359) *Hic, Pragam reverſus, ſub anni 1621. principium, & in Sacris omnia reſtituens ; obiit poſtea, ſequentis anni (1622.) autumnô jam hiemante, die 2. Novembris, morte placidiſſimâ. Cujus, & viventis, & defuncti*, Miracula, *tam libellô peculiarî deſcripta, quàm Strahofii picturîs piîs expreſsa*, Viri Sancti *opinionem ei paſſim conciliant : utì teſtatur Illuſtriſsim. Peſsina, Phoſphori Radiô V. pag. 551. ad med.* (360) *Epiſtola Ferdinandi I. Cæſaris, ad Paulum IV. Pontif. Max. an. 1558. die 15. Novembris data.* (361) *Peſsin. Radiô 3. à pag. 323. &c.* (362) *Plebeis utique*, Johann-Eck. *Vide Peſsin. Radiô V. pag. 586. princ.* (363) *Geneſ. cap. 4. v. 7.* (364) *1. Reg.*



Expeditio Bavari Bohemica.

*Reg. cap. 22. v. 19.* (365) *1. Paralipom. cap. 10. à princip. uſque ad v. 5. incluſivè. in quem locum, & verſum, vide & Jacob. Salian. in Annalibus Vet. Teſtam.* (366) *2. Reg. cap. 1. v. 21.* (367) *Exodi cap. 1. fin. & cap. 2. v. 3. ac v. XI. Præterea, Exodi 7. v. 20. ac ſeqq.* (368) *Peſsina, Phoſphori Radiô 5. pag. 586. uſque poſt med.* (369) *Martyrolog. Roman.* S. Sigiſmundi regis *triumphum cœleſtem recolit Calendîs Maji. Calendarium autem Lipſanologicum, apud Illuſtriſſim. Czechorodium, Phoſphori Radiô 4. pag. 508. poſt med. aſſignat ei diem 2. Maji; ut peculiarî cultu afficeretur: vò, quòd Sacrum regis illius Burgundiaci corpus, à Carolo IV. annô 1365. è Monaſterio Agaunenſi, Sedunenſis diœceſeos, allatum fuiſset: & in Sacello templi Metropolitani Pragæ collocatum.* (370) *In àuthen. de conſu. in princ. col. 4.* (371) *Epiſtola S. Judæ Apoſtoli, v. 6. & clariùs, ſecundâ S. Petri, cap. 2. v. 4.* (372) Seinen Gvatter / oder Gvattermann. *Vtuntur* Cómpatris *voce quidam Juris, ac maximè Decretorum MS. periti. Jacobus quoq; Sannazarius, epigrammatum lib. 2.* ad Pætum compatrem. *niſi fortè* compater *ibi ſit* nomen proprium: *ideóq; litterulâ primâ majuſculâ ſcri-*

scribendum foret. (373) Schebrack, geographicæ tabulæ locum istum nominant: situmq; ponunt, longè infra Carlostenium, Austrum versùs. (374) Matth. 5. v. 10. (375) Cantici Canticorum, cap. 8. v. 7. (z) Et meritò metuendum est iis, qui garrulitati magis assueverunt. Legatur, De Obligatione Sigilli-Confessionis, Paulus Laymannus, lib. 4. Theologiæ moralis, tractatu 6. cap. 14. à num. 1. &c. Certè, interdum Revelatorem-Confessionis Sacramentalis degradatum (inquit) legimus, & sæculari potestati traditum, ait apud eum, Numeri 1. fine, Henriquez, num. 9. (376) Sigálion, Ægyptiis symbolum, ac monitor, Silentii, digitîs labia sua comprimens; jubénsq; quodammodo σιγᾶν, id est, tacere. Quæ porrò de beato Joanne Nepomucéno dicta sunt; ea compluribus indigerent testium citationibus. Sed, partim sparsim, partim & collectim, reperiuntur, apud Illustrissimum & Reverendissimum Thom. Joannem de Czechorod, Phosphori Radiô 5. à pag. 583. usque ad 586. exclusivè. & Radiô 6. à pag. 644. usque ad pag. 657. (377) Ità vaticinatus hujc VVenceslao fuerat, in Joann. Eckiana causa, Jaroslaus Miczan, Canonicus Metropolitanæ Pragensis, Baro de Klinstejn, &c. apud



Expeditio Bavari Bohemica.

*apud Illuſtriſſim. Peſsinam, Phoſphori Radiô 5. pag. 586. ſub med. Et eventus vaticinio reſpondit: earúmq; captivitatum una, contigit Kœnigſálæ, alterô à Praga milliarî; ut Saurius tradit, l.* de Urbibus, *V.* Königs-Sal. *Fuit autem eô malô rex ille planè dignus; dejectus Imperiô: quem vix quiſquam bonus, bonis adnumerat Regibus: quem auctor Gloriæ Univerſitatis Carolo-Ferdinandææ, Encomiô XX. pag. 77. poſt med. vocat*, Impium Wenceslaum: *Encomiô V. ſuprà, pag. 17. med.* tanti patris *(Caroli IV.)* degenerem tandem filium: *Encomiô verò IV. pag. 16. med. hæc de ipſo ſcribit:* Hinc illæ, proſpectantis è feneſtra *(Caroli ſcil. Quarti)* lacrymæ; quòd, Unum filiorum, in Perditionem Patriæ datum, divinitùs præſenſiſset. (378) *Peſsina, Phoſphori Radiô 2. pag. 76. poſt med.* (379) *Joan. 4. v. 48.* (380) *Hæc apud Peſsinam, Radiô VI. à pag. 646. uſque ad pag. 656. (per intervalla tamen) invenies.* (381) *Socero* Borzivogio, *DUCI Bohemiæ: & ſocrui* Ludmillæ, *DUCISSÆ. Sic enim, numerô multitudinis, de Priamo quoque, & Hecubâ, Maro loquitur, libro 2. Æneidos. (loquitur verò de Regia Priami)*

– infe-

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

Digitized by Google

— infelix quò se, dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat,
*AD SOCEROS*: & Avo puerum Astyanacta trahebat.

(382) *4. Regum, cap. XI. toto: & 2. Paralipom. cap. 22. à vers. 10.* (383) *Sensum hunc* ex parte *expressit aliquâ*, Henricus IV. *Galliarum rex: qui, memorantibus quibusdam, Elisabeta Angla jussu, Mariam, Scotia reginam, asciâ perensam & sublatam fusse, respondit;* Frustra vos miramini, frustra caussas inquiritis cædis illius. Siquidem, nulla unquam fœmina regnavit, cujus non insignis notetur Crudelitas. *Florim. Remondus, de Origine Hæreseon, lib. 6. cap. 16. num. 6. pag. 299. med.* (384) *4. Reg. cap. 21. à v. 19. usque ad fin.* Duobus quoq; annîs regnavit in Jerusalem: fecítque malum in conspectu Domini, *&c. Item, & explicatiùs, 2. Paralip. cap. 33. à v. 21. usque ad v. 24. de rege* Amon. (*v*) Viperæ *similis, serpens; morsu suo sitim immensam vulnerato corpori invehens. à δίψα, sitire.* (385) *Germanis*, Schreck-Mahl: *Bohemis*, Strachnikwas. (386) *Furiarum una; sic dicta Græcis, ab Odiendo, Invidendo, &c.* (387) *Hunc signatè nominat Illustriss. Pessina, Phosphora-*

*ri Radiô 3. pag. 151. v. 2. Cuj conſentit etiam Cardinalis Bellarminus, lib. 3. de Officio Principis Chriſtiani; in Vita S. VVenceslai, dum ait:* Ab Occidentali parte Arcis regiæ id accidiſſe. *At* Ratſchini *vicus hic, ad Strahoſium, infrà poſitum, reſpiciens, ac tendens, ab Occidua parte ſitus eſt:* Pohorzelicum, *ajo.* (388) *Hæc clarè deducas ex iis, quæ explicata reperies ab Illuſtriſs. Peſsina, Radiô 3. pag. 165. & 166.* (389) *Pſal. 37. verſ. 5.* (390) *Iſaiæ cap. 58. v. 6.* (391) *1. ad Timoth. cap. 6. v. 9.* (392) *Colligitur ex iis, quæ tradit Peſsina, in Notis maximè lateralibus, ad Radium 2. Phoſphori, initiô, ad pag. 15. fin. & pag. 151. med. de* Brzéna, *Boleslai conjuge.* (393) *Apocalypſ. cap. 18. v. 7.* (394) *Hæc, de hiſtoria* Drahomiræ, *comportavimus, è diligentiſſimis Illuſtriſs. Peſsinæ de Czechorod, &c. ſcriptis, in Phoſphori Radio 2. ac 3. diverſis locîs.* Cardinalis *porrò* Bellarminus, *lib. cit. 3. de Officio Principis Chriſtiani, non ferè uſquam diſsentit his: ex Æneæ Sylvii hiſtoria Bohemica, cap. 14. & Caſaris Baronii tomo X. &c. Vitam* S. Wenceslai *contexens.* Drahomiram *interim,* unà cum curru, & iis, qui ſimul vehebantur, abſorptam humô, *aſſerit cap. 15. Bellarminus. Czechorodius verò,*

verò, *nullorum meminit* aſsidentium; *ac ne quidem vel unius pediſequæ. qui ſuam tamen hiſtoriam deduxit, è rerum Bohemicarum, vetuſtîs æquè recentioribúsq; Scriptoribus accuratîs: nominatim*, è Chriſtanno, *Boleslai* Sævi (*interfectoris Sancti VVenceslai*) *filiô*, Strachyquæ *fratre, Monacho Brzevvovensî, Benedictinô; librô, De Paſſione S. VVenceslai, patrui ſui. Ex Archivo item vetuſtô Capituli Metropolitani Pragenſis: ubi Annus cædis ejus ponitur, Chriſti Nati 939. Ex Hageckio quoque, & R. P. Bohuslao Balbino. Czechorodius præterea* Tetínum *aſſiduè appellat, illam S.* Ludmillæ *ſedem arcémve, quam Cardinalis Bellarmin. arcem* Theynam, *ſeu* Teynam. *Item, quem* Borzivogium *aut* Borziwogium, *Czechorodius, & alii, nominant; eum, Bohemiæ Ducem, auctor* Gloriæ Univerſitatis *Carolo-Ferdinandææ vocat* Bórzivor: *Encomiô 1. pag. 1. & 2.* (395) *Hæc, auctor Journalis* (*qui rebus geſtis interfuit*) *refert,* (*pag. 82. fin. & 83. uſque ad med.*) *Ad diem 15. Novembris faſtorum Gregorianorum.* (396) *Noricorum compoſitor, lib. 5. num. 73.* (397) *Peſsinam vide, Phoſphori Radiô 3. pag. 383. fin. & 384. prin.* (398) *Adi Brachelii quoque teſtimonium, in annum 1634. parte 2. pag. 8.*

Expeditio Bavari Bohemica.

*pag. 8. fin. & pag. 9. princ.* (399) *De his exprobrationibus, Comiti Turriano factîs, tradit auctor Laureæ, librô 4. pag. 358. col. 2. à princ. uſq; ad fin. per totum. Potuiſſet autem,* bonus alioquin indole naturâque Princeps, (*ut & alibi jam,* bis *minimùm, dixi,*) Fridericus, *niſi malîs circumſideretur ſuaſoribus, quiritarì titulîs aliîs, longè potioribus,* de Turriano, *Comite* Seniore. *qui, ſi factus è Proteſtante Islebiano fuit Calviniſmi ſtrictioris ſectator* (*ut eum deſcribit Everhardus VVaſsenbergius, belli Bohemici pag. 25.*) *adeóq;* Puritanus, *Britannicorum æmulus; haud dubiè fautor ipſe quoq; fuit, & approbator,* Iconoclaſmi, *Decembrî ſuperioris anni Pragæ facti; velut conjici queat è* Querelis, *à Palatino depoſitîs in ſinum Turriani, adversùs Pelopium, hoſtem Iconoclaſmi: ſicut alibi ſuperiùs dixi. Hoc enim Calvini diſcipulorum, & maximè Puritanorum, eſt proprium. Hortator item, & impulſor utiq; fuerit, illius* Decreti, *extremè Anti-papiſtici: quod auctore* (*ut dicebatur*) *incitatoréq;, impiiſſimô illo Abrahamô Sculetô, ſub hujus ipſius anni 1620. principium, promulgaturus per Bohemiam Elector Palatinus fuerat. quo promulgatô, plauſum quidem daturi fuerant, Sculeto & Turriano innexi.*

Anni 1620. Leo Galeatus.

*nexi, Puritani: pulsuri verò regnô Fridericum, citra controversiam ullam, Bohemi caterarum sectarum, acatholici; prinsquàm etiam Bavarus Dux, & Comes Bucquojus, ei pellendo, supervenirent. Fuit autem* Decretum *istud, De* Ritibus sacris (*immò verò*, exsecratione dignis,) *per omnes Regni ecclesias, perpetuîs deinceps temporum ætatibus, observari jussis; illi Berlinensi Brandeburgicorum anni 1614. multùm affine; si non, in quibusdam, enormius, & invidiâ Palatinum insuperabilî depressurum: Turrianô verò, Sculteto q, Principis excusationi, vel tutelæ, nihil profuturis. Refert illius* Articulos, *Simeon Kapihorskyus, in historia cœnobii Sedlicensis: & ex eo, Illustrissim. Pessinâ, Phosphori Radiô 3. à pag. 354. per seqq.*

Templorum Bohemiæ Campanæ tolluntor: Ad Arcem Pragensem, omnes devehuntor.

Altaria lapidea (quippe, Papistarum opus) à fundamentis diruuntor. ligneæ mensæ substituuntor, nigrô pannô, ad solum usque

uſque defluente, tectæ; ſindone verò, cùm Cœna fit.

Imagines omnes, tam Chriſti, quàm Deiparæ, Sanctorúmque, & picturæ quælibet aliæ templorum, (utpote, à Papiſtis excogitata Idololatria,) exſtirpantor.

In Synaxibus, hoſtiæ locô, Panis dator, vel orbicularis placenta, in oblongas diſciſsa partes. hinc, partem ſibi quiſq; tollito. Similiter & de Calice, ſuam quiſque partem bibito.

Pro Calicibus aureis, argenteísve, Cratéres lignei, tornô ducti, ſufficiuntor.

Sacerdotum, in templis uſurpari ſolitæ, veſtes, Albæ, Gaſulæ, ſuperpellicea, vexilla; lucentes

tes in altaribus cerei : genuflexionum, coram altaribus, reverentia ; Crucis, poſt benedictionem, expreſsio, ceu res Papiſticæ, tolluntor, omittuntor. Fontes baptiſmales, per eccleſias, funditus dejiciuntor. pelves ex ære, vel ſtannô, ſubſtituuntor. Sanctiſſimæ Trinitatis Imago, nec pingitor ullo modô, neque ſculpitor. Catechiſmi doctrina univerſa, commutator in Decalogum : cujus Præceptum princeps eſto, *Fuga ſculptilium* : poſtremum verò, Noni Decimíq; præcepti conſociatio. In tractatu De Fide, ac Cœna, ubi antehac ea legebantur verba, Eſt verum Corpus, & Sanguis, Domini noſtri

ſtri JESU Chriſti, omittuntor iſta deinceps: ac dicitor, Eſt viſibile Signum.

Pro ſuggeſtibus in poſterum, non Evangelia, nec Apoſtolorum epiſtolæ, ſed Biblia vetera, vel libri Prophetarum, explanantor; aut explanationis argumentum præbento.

Confeſsio, ſecretam ad aurem fieri ſolita, eliminator: ſed, ore ad os loquente, vel ſcriptô, peccatorum numerus recenſetor.

Auditô JESU nomine, nec genuflectitor (*perinde, quaſi Paulus flecti vetet, cùm dicit, Omne genu flecti;*) neque caput aperitor, nec frons, & vultus, inclinantor. Eſt enim (*inquit, pro aurea & Achilléa rationum ratione,*)

*ne.*) EST ENIM IDOLOLATRIA.

*Ex his, ità constitutis,* Articulis, *si successum nacti suum forent, Primus quidem Turnio, è tot nolarum grandium æris Campani centuriis conflatîs, tormenta bellica, castrorum in usum;* Articuli *verò cæteri,* Sculteto, *Magni Puritanorum DOCTORIS titulum;* Friderico *demum, Odii publici plaustra, ex omnibus undique Bohemiæ terris, oppidis, pagîs, innumera invexissent. Saluti fuit Palatino tunc, Prócerum-Regni, (& quidem plerorumq; Acatholicorum) dissentientium, resistentiúmq;, validus, insuperabilisq;, torrens. Retusum itaque, Civium quoque Pragæ minîs; ac tandem, uti ferrum-hebes retrusum in vaginam suam, ità* Decretum *illud* Sculteteum, *in latebras suas est; nullôq; promulgationis actu, vel ictu, evanuit.* (400) *Æneidos 4. Maro.* (401) *Everhardus VVassenbergius, pag. 51. Paucîs, inquit, mensibus.* (402) *Hæc Bethlenio scribens Palatinus, apud Brachelium, pag. 38. post med. haud dubiè Silesiis quoque, paullò antè, significârit: in præsentia adhuc illorum agens, aut in abitûs articulo constitutus: auctoritatis sibi stabilien-*

*biuendæ, reparandæve, gratiâ.* (403) *Joannes Cluverus, epitomês pag. 786. col. 2. poſt princip. & Abrahamus Saurius*, de Urbibus, *titulô* Segeburg, *&* Sigeberga. *Accidit autem hæc, ad Danum, profectio, annô 1621. die 28. Februarii.* (404) *Nicol. Rittershuſius, Tabulâ genealogicâ, de Palatinis Electoribus: in Frid. V.* (405) *Quæ de Friderico Palatino narrata ſunt, ab ejus, è Bohemiæ terris, abitu: ea, præter Auctores, qui in procurſu narrationis adducuntur (in Notis præſertim, ac Teſtimoniis,) firmantur his præterea, quæ ſparſim, quæq; continuatè, refert etiam Nicolaus Bellus, lib. 4. Laureæ, diverſis locîs: à pagina potiſſimùm 347. col. 1. med. Paginâ item 348. col. 2. ad fin. Pag. 349. Pag. 350. col. 2. poſt princip. Pag. 353. uſque ad pag. 356. & rurſus, paginâ 358. & pag. 359. &c.* (406) *Auctor Journalis, nominat locum hunc* Brſchibran: *tabulæ*, Przibran. (407) *Eruitur hoc, partim è Nicolao Bello, l. 4. Laur. pag. 345. col. 1. fin. partim, ex auctore Journalis, pag. ult.* (408) *Auctor Laureæ, lib. 4. pag. 345. col. 1. fin. &c.* (409) *Tit. Livius, lib. 27. multò ante fin.* (410) *Lib. 1. Reg. cap. 15. verſu 12.* (411) *Geneſ. cap. 46. v. 30.* (412) *Oratio devotiſſima Eccleſiæ, pro Dominica VI. poſt Pentecoſten*

*cosien posita.* (413) *Natus etenim Maximilianus, annô Sæculi superioris 73. die 17. Aprilis; redut Pragâ Monachium, annô Sæculi sequentis XX. die 25. Novembris. Vide, & expende, Genealogiam DUCUM Bavaria* Rittershusianam.

## SUBNOTATIO.

IN procursu Operis hujus, quod LEO GALEATUS inscribitur, sub ipsum Bohemiæ intrandæ procinctum, declaravi; Me residuum narrationum Expeditionis illius, propter scriptores, in multis dissonos, plerumque stabilisturum deinceps auctoritate fidéque DIARII Castrensis illius, quod à Pugna Pragensi proximè, recentique re, vulgatum typis exisset; eorúmque esset assensu probatum, qui Res vel ipsi gesserant, vel gestis interfuerant.

Adjeci tamen, *Siquid interim & aliorum aliunde monimentorum, in manus fortè venturum esset*, ex quo labor hic noster, aut lucis aliquid acciperet, ad cognitionem majorem: aut firmamentum, ad testimonii pondus: id me nequaquam præteriturum.

Accidit autem feliciter; ut, post illa sic scripta depactaq;, cum ego compositione meâ jam ad *tri-urbem* accederem, DUCI Bavaro sese dedituram; indidem, hoc est, Pragâ, prorsus inopinus, immerensque, *donum* acciperem, auró

aurô quantovis mihi pretioſius: non ſinè litteris Amiciſſimi cujuſdam alterius, in quibus, Octobris die VI. datîs anno 1676. ſcriptum erat, Porrigi mihi *materiam impinguandi Septenniæ meæ; ſiquid aptum continere videretur.* Volumen iſtud, ad me Pragâ miſsum Ambergam. Erat autem (ut inſcribitur, ac reipſa ſe præſtat,) PHOSPHORUS, ſeu, *Stella Matutina*, Septem Radiorum; *Sanctæ* nimirum *Metropolitanæ* Pragenſis *Eccleſiæ Majeſtas, & Gloria. Voluminis* iſtius accuratus, is idem, qui *Doni* quoque dignabundus, *Auctor*, ſuperioribus añîs *Prodromi Moravo-graphiæ*; mox, & *Ucalegontis*, nunc autem, hôc ipſo tempore, *Moravici Martis*, percelebris editor, eſt,

*Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus, Dom: Thomas Joannes Peſſina, de Czechorod, Dominus in Oborziſtie; Epiſcopus Samandrienſis: Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis Decanus, Officialis; Canonicus Litomericenſis, & VVIſſehradenſis: Sacræ Cæſareæ Regiæq; Majeſtatis Conſiliarius, Sacriq; Lateranenſis Palatii Comes.*

Hujus Primatis tanti, tam liberaliter oblatæ munificentiæ, continuò, non parciùs ego, neque pudibundiùs, indulgere, meam in rem, cœpi; quàm Eriſichthon eſuritor, paratis ad manum epulis: laborisq; mei maciem, utì fueram invitatus, ſaginare conatus ſum: crebriùs *unum* Peſsinam Illuſtriſſimum ad Teſtimonia, quàm *omnes* alios *coll-ctim*, vocando. Feci verò tantò promptiùs, quantò reconditiora, quàm in pleriſque ferè cæteris, apud eum (quippe, locis iis, & arci regiæ, Bohemicisque tabulariis, vici-

viciniorem) invéni. Delibavi (fateor) & verò depaſtus quoque ſum largè, Phoſphorum, rore matutinô dulcè ſucculentum. Nec *plagium* tamen feci: quia non *nolenti*.

Siquid aliud autem, in hujus Vireti defloratione, deliqui: totum peccatum meum, ſed (ut ſpes eſt) adhuc ad veniæ meritum, iſtud eſt, in Phoſphorum Czechorodianum: In iis, quæ *mei* fuerunt argumenti, licèt *alienæ* tamen ſegetis, exercui falcem. Ex Opere Magno, feci Parvum: è copioſo, contractum: è Trogo, Juſtinum: è manipulorum acervo divite, Spicilegium.

## METRUM.

### Anni 1620.

### *PROELIUM AD PRAGAM.*

#### Octavâ Novembris, & Sollemnitatis Omnium Sanctorum.

*AUREUS ille Dies, cauſsæ melioris Amori,*
*FERREUS idem Odiis Cæſaris, ortus erat.*
*Omnia Romulei clamabant pulpita mundi,*
Reddite Cæſaribus, reddite jura, DEO!
*Sola Libuſsææ* (1) *rabies interrita Trojæ,*
*Atridis Helenam reddere, Sèque, negat.*
*Ergò, animis armisque, alacres, & in omnia prompti,*
*Boicus hinc miles, Belgicus* (2) *indè, fremit:*

*Collectiq; unîs, diversô ex æquore, campis,*
*Magnanima, ad Pragæ limina, caſtra locant.*
*MONS urbem medius Bojis dirimebat ab armis;*
*Acclivi, ac properas ſpes remorante, ſitu:*
*Olim* Albus, *ſed atroce* ruber *mox Marte futurus:*
*Hujus ſtant ſummô Zecchica (3) ſigna, jugô.*
*Deteriora tenent, nec ſcandi mollia, Noſtri.*
*Sed, CUPIDIS pare ſunt mollia, dura, locô.*
*Famque ambo adverſis, in utramque calentia ſortem,*
*Agmina, conſtiterant frontibus, atque Duces.*
*MAXIMUS hinc, Bavari Caput agminis, ÆMILIANUS;*
*Belgica Bucquoiæ mensq;, vigórq;, manûs.*
*TURNIUS aſt illic, animæq; Hollachius altæ, (4)*
*Ac gemini (armipotens nomen!) ANHALTIADÆ.*
*Conſona proludunt ingentibus OMINA pugnis,*
*Plerumque: ac Fatum vix ſinè vate venit.*
*Pes nondum collatus erat; geminæque ſuperſtes*
*Horæ meta ibat: jam tremuêre pedes.*
*Jam, conjurata inſolitô caſtra iſta pavore,*
*Arcanôq; labant marcida crura metu.*
*Nec Terræ fuit hæc (quamvis tunc, credere quidvis,*
*Indeclinati ſuaſit imago mali,)*
*Sed genii formido tui,* mala Cauſsa; *brevísq;*
*In caſum Solii, prona, tremensq;, fuga.*
*CÆSARIS at quantò melior de partibus oſcen,*
*Audet Vltricis promere ſigna manûs?*
*Verdugæi ingens vexilli è cuſpide flamma*
*Surgit; &, accenſus militis indè calor.*
*Adde, Tereſiadæ, Carmeli à vertice, myſtæ*
*Ad pugnam ſtimulos, vaticinámq; fidem:*

*Adde*

Anni 1620. Leo Galeatus.

*Adde, animos Boji ingentes, conſligere certi,*
*(Si vel cunctorum langueat Ira ducum)*
*Hoſtilique SACRUM jugulo defigere FERRUM, (5)*
*Quod Vaticani miſerat Ara PATRIS.*
*Adde, alia, atque alia, eventûs oſtenta Secundi:*
*Omnia ſed ſuprà eſt omina, Cauſsa BONA.*
*Ergò*; Tubas! inflate tubas! (*ait*) accipe ſignum,
Miles: &, Armorum præſide, vince, Deô!
*Continuò, cava ſigna canunt. it teſsera pugnæ,*
*Ignota Aonidum, SANCTA-MARIA, choris;*
*Sed Cœlo, & Bojo, & Latio notiſſima noſtro.*
*Vocibus his, animos juncta & Imago facit:*
*Primam ponè aciem, ac Mediam, celeberrima ſindon*
*VIRGINIS, è Phrygia forma micabat acu.*
*SOL rapidus, cœli medium ſuperaverat axem;*
*Quippe, Tagi propior, quàm tibi, Cydne, (6) vadis:*
*Concinuêre tubæ; conclamavêre phalanges;*
*Miſta equitum ardebant agmina, miſta pedum.*
*Undique fulmineas tempeſtas ænea mortes,*
*Et tonitru, ac flammas ſparſerat, atque metum.*
*Stat generoſa acies. dextrum Bucquoja virûm-vis*
*Cornu acuit; lævum Tillia frena regunt.*
*At medias legionum arces, Agamemnone magnô*
*Fortior, altus equô præpete, BOJUS habet.*
*DIFFICILES magnis aditus ſunt rebus. in æquo*
*Martis utrinque diu pendula-libra ſtetit:*
*Pòſt, nutare Aquila; &, trepidis imbellior alis,*
*Vérgere, Anhaltini turbine preſsa globi.*
*Prejneræa phalanx, captô duce, móxque cohortes,*
*Tieffenbâce, tuæ, turbida ſigna ſequi:*
*(Nec dare terga tamen, quantùm, pellente Coſaccô,*
*Mox Panno, aut ſociâ, Zecchica caſtra, fugâ.).*



Expeditio Bavari Bohemica.

*Reſtituêre Aquilam* Galeati *immota* Leonis
*Robora: &, ingenti Tillius ore, tonans:*
Quò, pavidi? quò dejnde, equites? Via fortibus Una eſt,
In mortem! in pugnam! State! referte gradum!
*Iſta ſimùl: Simùl è dextræ, quam legerat, Alæ*
*Turbine, quingentos expedit acer equos.*
*CRAZIUS his ductor: (vellem, hunc ſibi ſemper eundem*
*Mens bona ſervâſſet!) Fuſa, viámque, facit.*
*Ocyus & jaculîs, & agentibus æquora nimbîs,*
*Rumpit Anhaltinos fulmen equeſtre globos:*
*Victorésque fugat, victósque redire fugatos,*
*Cogit: & hoſtiles grandinat inter equos.*
*Sternendo hæc via prima hoſti. fugit Hungarus: inſtat*
*Sarmata (7), qui valles, arváque, cæde tegit.*
*Quod gladio ſupereſt, ſpoliis tardum agmen, & armis,*
*Haurit inexplicitis Wúltava (8) vorticibus.*
*HÆC inter, jam dudum Albo ſuccedere Monti,*
*Inque hoſtem eniti, Ductor uterque jubet.*
*Crudeſcunt pugnæ: gladiorum ferreus ardet*
*Horror; & haſtarum ſplendet ahena ſeges:*
*Pes pede, virque vivô, premitur; manus urget; &, unâ*
*Clade, eques atque pedes, ſignáq; & arma, natant.*
*TANTI utrimq; fuit, ſuperare, aut perdere, Montem!*
*Sed, Montana domat cornua, Boja manus.*
*Deſerit inſeſſos formido Bohemica colles;*
*Victoriq; patent valla refracta pedi.*
*Hàc hoſtes, illàcque, volant: hàc Bojus, & illàc,*
*Inſequitur. Quidquid prendidit Ira, jacet:*
*Nec miſerum trepidis Vivaria proxima lethum*
*Depellunt (cicuris regia clauſtra feræ).*

*Nam*

*Nam, quisquis perfúgit eò; vel inertia vincla,*
*Vel nigra indécori vulnere Fata, subit.*
*Jámque adeò ex omni plana est Victoria Bojis*
*Cespite. Summa hostis cæsus, & imma, tegit.*
*Signa triumphales referunt hostilia dextræ,*
*Centum. Mille trahunt, castra opulenta, rotæ.*
Per campos Septena *jacent, mordentia terram,*
Millia. *Moldæus cætera gurges agit.*
*Ducuntur, manibus clementi fune revinctis,*
*Quos memorare, suus non sinit ordo, duces.*
*Praga, patet Bavaro: petit arva Silesia, pulsus*
*Dux-Rheni. (hæc mœstæ prima stativa fugæ)*
*Indè, Pretislajâ Berlinum, ac Cimbrica libans*
*Hospitia; ad Vahalim flectit, & arva Mosæ.*
*Hiberna hæc, profugo. Tum, Rotterodamia (9) vectus*
*Per strata, ad latebras, nobilis Haaga, tuas:*
*Indè, aliò atque aliò, volitat. quem si usquè sequaris*
*Carmine; deficies,* claudô *(Elegia)* pede.

## TESTIMONIA, ac NOTÆ.

(1) Pragæ. *quam, à Primisláo duce cinctam aggere murôque,* Libussa, *ducis uxor, & Virô nobilior, velut ipsa conditrix, nominavit: &, quasi* Limen *regni, suâ linguâ* PRAGAM *dixit. Carol. Stephan. V.* Praga; *Bellus, & alii.* (2) Bucquojanus; *ab Alberto Archiduce, Belgarum Principe, Cæsari submissus.* (3) Bohemica: *à* Zeccho, *gentis (ut nunc est) eò, tan-*

*quam colonia, ex Illyricis terris deductore: ſicut frater hujus, Lechus, deductor ſuorum aſſeclarum in Poloniam fuit.* (4) *Anhaltinus etenim Princeps, Senior, in Bavari* DUCIS *exercitum, adhuc imparatiorem, &* Monti ſubjectum, *irruere certus;* Hollachio *Comiti, diſſuadenti, contráq; connitenti, cedere deniq; ſuſtinuit: etſi facti poſtea ſæpe pœnitens. Vide Boicum, Partis 3. lib. 5. num. 66. &, de* pœnitudine, *Illuſtriſſimum Peſsinam, Phoſphori Radiô 3. pag. 374. poſt med.* (5) *De* Gladio, *quem, à ſe* benedictum, *miſit* Maximiliano *Paulus V. Pontif. Romanus, vide in Actis hujus Anni 1620. Henricum Spondanum.* (6) *Cydnus, Orientis fluvius, in Cilicia: ſicut Tagus, Occidentis, in Hiſpania.* (7) *Coſaccus, è Polonia miſsus, Cæſari militatum.* (8) *Sic Bohemicè vocatur* Molda *fluvius: & uſurpatur iſta vox, etiam ab hiſtoricis, ut, Ab auctoribus, apud Peſsinam, in Actis* VVenceslai *IV. de B. Joanne Nepomuceno, & Joanneccio: aliſq; ſparſim.* (9) *Hæc, de diverſis aditis in fuga locis, ac provinciis, ordinè Nicolaus Bellus tradit, in Laurea, libro 4. ad fin. & librâ deinceps 5.*

APO-

**Anni 1620. Leo Galeatus.**

## APOCOMMA II.

# Montis-Albi VIVARIUM,

### *Cujusmodi ferarum?*

I. RECTÈ dicta VIVARIA sunt, *loca clausa, quibus*, seu per undas fluitantia; seu plumîs involuta, per auras vaga; sive gradientia per humum, *animalia*, dominorum deliciis *aservantur*; in vitæ, tàm suæ, quàm alienæ, fructum.

Sed, reperti sunt tamen, quibus ista *Vitæ pascua*, vel effectu rerum ipso, vel ex destinatione certè, nutrirent *mortem*; aliis, *naturæ*: quibusdam, ut minimùm, *Civilem*. Hoc Mosci, patrum nostrorum memoriâ, senserunt, in emissis in se, crudelitate Basilidæ Ducis, ursîs. Sensisset, ni Cæsar Octavianus intersilîsset, apud Senecam (1) Vedii Pollionis ad cyathos puer; crystallô fractâ, cibus murænis futurus. Expertus item est, in circumcluso mœnibus roborario, (2) viginti passuum millibus spatioso, vitæ Civilis imminutionem, jacturâ libertatis obsignatam, rex

rex Celtarum; ad Ticînum urbem, à Carolo V. comprehenſus, & abductus. (3)

Sed intereſt, Hæc genera *Saltuum clauſorum* quænam *genera ferarum* incolant, ad luſtrantium ea, vel oblectamentum; vel perniciem, aut periculum. Sunt enim animalium diverſorum genii diverſi. Sunt aliîs alia ferociora: ſunt alia, manſuetis, & cicuribus, propiora, pænéq; domeſtica. puſillus autem grex, &, ramosîs cornibus conſpicua corpora, plerumque meticuloſiora: quorum animus, aut nullus, aut in pavore ſemper natans. Aliæ demum animantes, *foris*, & ad oſtentationem ſolam, minaces; *intus* trepidæ, non minùs, quàm *ſciúri* nemorales; ad tálitri ſonitum in avia fugaces.

Proluſionem porrò diverſitatis hujus expreſsiſse mihi jam olim, Romanorum eruditiſſimus, Marcus Terentius Varro, videtur, haud inelegantem. Cujus proin afferri, quin immò potiùs & adnumerari, dicta; Coronidem laboris hujus, & reſpiraculum, in loco temporéque cenſemus.

Sunt autem illius, in libro *de Re ruſtica* tertiô, capite decimô tertiô, verba ſcriptoris domeſtica: Quintíq; licèt Hortenſii mutuata tricli-

Anni 1620. Leo Galeatus.

triclinium, & Axii personam induta; revera tamen, suîs à natalibus, Varroniana; Varronísque Latinitas.

II. *Apud Quint. Hortensium* (inquit Axius) *cùm in agro Laurentî essem, ibi istud magis τραγικῶς fieri vidi. Nam Sylva erat* (ut dicebat) *supra quinquaginta jugerum maceriâ septa: quod non* leporarium, *sed* θηροτροφεῖον, *appellabat. Ibi erat locus excelsus; ubi, triclinio positô, cœnabamus. Quintus* (putà, Hortensius,) *Orphea vocari jussit. qui, cùm eò venisset, cum stola & citharâ, & cantare esset jussus; buccinam inflavit. ubi tanta circumfluxit nos cervorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum, multitudo: ut non minùs formosum mihi visum sit spectaculum, quàm in Circo Maximo ædilium, sinè Africanis bestiis cùm fiunt venationes.* Hæc Varro.

III. Varronem (quantùm hæc índicant) in Hortensiano Laurentino, duo præ cæteris oblectabant. *Amœnitas*, ex umbrosa sylva. *Quadrupedum* item, ad Orphei personati buccinam perceptam, *promiscuus confluxus*. Horum utriusque delectabilium, infuit aliquid & Stellato Montis Albi, supra Pragam, theriotrophîo.

*Pri-*

Montis-Albi Vivarium.

*Primùm* enim, Mons ipſe, tametſi ſolô (velut ex oculatis teſtimoniis alibi dixi) magnam partem ſcrupeô, confragoſô, foveîs ac verrucîs aſperatô (4): ſuô tamen in ſupercilio *ſuburbanam* habet *Regiam*, cuj *ſaltus* (inquit is, qui ſpectavit,) *adjacet*, *eleganter*, & non maceriâ duntaxat, *obſeptus*. Ferarum is ſaltus eſt: cujus delicias, quamdiu Pragæ deſedit, haud diſplicuiſſe Friderico Palatino, complures obſervârunt: cùm is, ad diffundendum à curis animum, per Ratſchini declivia, vicúmque Pohorzelicenſem, *pedeſter*, ac, non niſi pediſequorum-aliquot ſubſequente miniſteriô, de cætero, pæne ſolitarius, ad clauſum illud ferarum luſtrum, *perquam frequenter* prodeambularet. (5) Juvabat eum, in æſtu frequentiæ Senatorum ſuorum ſudantem, *pompæ contemptrix*, *quies*.

Quod autem, locô *ſecundô*, ſpectat ad Hortenſianum belluarum, inflatô ſemel cornû, concurſum, ac cœtum: in ALBI quoq; MONTIS ſuprema planicie, ſuperciliôque, non per omnia diſſimile, geſtum quidpiam eſt, Horâ pugnæ: quando, non buccinæ, ſed tubarum Boicarum, ac lituorum Cæſaris, invaleſcente clangore, bipedum, in peditibus;

bus ; quadrupedum, in equis, sessore nudatîs ; sesquiquadrupedum, in alariis, adhuc incolumibus, multitudo prægrandis, unum celeriter in Saltum *stellati Vivarii*, quò *mortem* effugeret, convolavit. *Aliquot* illic *millia* (dum adhuc in Arce regia Pragæ Palatinus rerum exitum opperiretur) in solo Stellari nemore, vitæ veniam à Maximiliano, precibus operâque caduceatoris, illi supplicantis, impetrâsse ; *Constant: Peregrinus*, apud Boicorum scriptorem novissimum, (6) auctor est. Quos omnes in unum illuc cumulum *fuga* compulit ; metu Boici, vel Eburonici ferri, trepidantibus instantis, incitata.

Majorémne tu putes illuc Leonum tunc, aut pardorum, convenisse turbam ; quàm, *cornua* cristásve gerentium, capitum ? aut, antra circumspicientium, cuniculorum ? Et unâ tamen Horâ priùs, Omnes hi, cum cæteris humì stratis, feroces animorum (quos non habebant) ostentatione, minacésq; verbîs, pavore dissimulatô, *rugierant*. Stabant autem, cum trepidis his, eorum quoque factionis nonnulli ; qui, nuper admodum, per Solmensem, LEONI GALEATO mandare non timuerunt, in hanc ferè formam : *Volumus*,

Montis-Albi Vivarium.

*mus, ut, quodcunque Cæſari præſcribimus, id, expediente te, Duas poſt Lunas, in effecto ſit.* (7) Hi nunc, capite cernuô, *mutiebant.*

## TESTIMONIA, & NOTÆ.

(1) *Libro 3. de Ira, cap. 40.* (2) *Hadriano Junio, cap.* de Terræ *&c.* vocabulis, *ex Agellio, eſt*, Ferarum vivarium, robuſteorum aſſerum ſeptô clauſum. *an, à multa illic roborei generis arbore?* (3) *Multi paſſim id tradunt; Inter eos, & Saurius, de Urbibus. V. Pavia. pag. 12.* (4) *Boicus, Partis 3. pag. 76. libri 5. num. 57.* (5) *Simeon Kapihorſky, in hiſtoria monaſterii Sedlicenſis, annô 1619. apud Illuſtriſſim: Peſsinam, Phoſphori Rad. 3. pag. 354.* (6) *Apud Boicum, Part. 3. pag. 78. libri 5. num. 63. fin. numeri.* (7) *De hac adverſariorum Cæſaris inſolentia, conditionem cum mnis ponente, egi, Septennii III. anno 1619. à pag. 390. uſque ad 392.*

## METRUM.

*SI verum mihi fama refert, & cana vetuſtas;*
*Hic Cephali, (1) hic regnum Melanionis, (2) erat:*
*Sylvicolúmq; dabat nutrix domus armentorum,*
*Quàm libet immiti mitia tecta Feræ.*

*Hæc*



Digitized by Google

*Hæc olim. At, Boji poſtquam rugire Leones,*
*Cœperúntque Aquilæ clangere Cæſareæ;*
*In ſua quadrupedes remigrárunt luſtra colonæ:*
*Huc bipedum retulit ſe fugitiva cohors.*
*Ecquarum fuerint hæc* quondam *Septa ferarum?*
*Cervorum? aprorum? tigridis? ánne capræ?*
*Dicere, non habui. Poſtquam* fugis, *hoſtis; habebo.*
*Quæ Vivaria erant, nunc Leporaria* (3) *ſunt* (4).

## NOTÆ.

(1) *Princeps hic erat juventutis Græcanicæ; filius Dejonéi. qui, venationum ſtudioſus. uxorem Procrin, inter fruteta latitantem, ſéque commoventem, jaculô, per errorem, trajecit; feram ratus. de qua narrat Naſô, lib. 7. Metamorphoſeon. Fuit autem ea, filia Erichtei, regis Athenarum.* (2) Melánion, *alio nomine,* Hippómenes; *venationi, ſylvis, & curſûs certamini, deditus;* Atalantæ *virginis ſyndromus, & aſtu victor. Naſo, lib. 10. metamorphoſ.* (3) *Vide Apocommatis hujus numerum 2. è Varrone, v. 5. De* Multitudine *porrò, è prælio Montis-Albi* fugientium *in ſaltum Stellati ſeceſſûs; præter alios, memorat etiam Nicol. Bellus. lib. 4. pag. 456.* (4) *Qui Monoſyllabô, (claudente Pentametron, Eliſione non praviâ,)*



Montis-Albi Vivarium.

*hîc offenditur: is cum Q. Catullo priùs transigat, Epigrammate 77. vers. 7. & 8. sic canente.*

Nam, quæcunque homines bene cujquam, aut dicere posſunt,
Aut facere; hæc à te dictáq;, factáq;, *sunt.*

*Leonis Galeati*

F I N I S.

MEN-

## *MENDA TYPI,*
### *sic emendanda.*

Paginâ 57. v. 7. ante fin. qua. *lege*, quando.
Ibid. v. 4. ante fin. ii. *lege*, Genii.
Pag. 67. v. 6. ante fin. & historiam. *lege*, & eorum historiam.
Pag. 76. v. 10. cæteriqne. *lege*, cæterique.
Pag. 88. v. 16. sollicitusque. *lege*, sollicitus, *sint que*.
Pag. 119. v. 16. asylum. *lege*, asylum.
Pag. 149. v. ult. Maximilianô *lege*, Maximilîano.
Pag. 300. v. 8. ante fin. cohortatur &. *lege sic*, cohortatur: &.
Pag. 307. v. 9. imperitotum. *lege*, imperitorum.
Pag. 359. v. 10. tripoliqne. *lege*, tripolique.
Pag. 365. v. 2. dncum. *lege*, ducum.

EFFI-

Digitized by Google

# EFFIGIES,

*Suis paginis adjungendæ.*

Alexandri Haslangi. 209
Maximil. Ducis Bavar. 369

Digitized by Google